Tui nos domine sacramẽti libatio sancta restauret et a vetustate purgatos in mysterii salutaris faciat transire consortium. P.

Sabbato Introitus

Veni et ostẽde nobis faciem tuam domine qui sedes super cherubin et salui erim⁹. Ps. Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. Gloria patri et filio. Aduerte q̃ in ista collecta et in aliis sequentibus dicitur. Oremus. vsqꝫ ad vltimã in qua dicitur. Domin⁹ vobiscum. Collecta.

Deus qui conspicis quia ex nostra prauitate affligimur concede propicius: vt ex tua visitatione cõsolemur. Qui viuis et regnas. Lectio ysaie prophete. xix.

In diebus illis. Clamabũt ad dñm a facie tribulãtis: et mittet eis saluatorem et propugnatorẽ qui liberet eos. Et cognoscetur dñs

ab egypto: et cognoscent egyptii dominum in die illa: et colent eum in hostiis et in muneribus: et vota vouebunt domino: et soluent. Et percutiet dominus egyptum plaga / et sanabit eam: et reuertentur egyptii ad dominum: et placabitur eis: et sanabit eos: dominus deus noster.
℞. A sūmo celo egressio eius et occursus eius vsqꝫ ad summum eius. ℣. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annūciat firmamentū. Alia Collecta

Concede quesumus omnipotens deus: vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigēiti filii tui noua natiuitate liberemur. Per eūdē.

Lectio isaie pphete xxxv.

Hec dicit dominus Letabitur deserta et inuia et exultabit solitudo: et florebit quasi lilium. Germinans germinabit: et exultabit letabūda et laudās. Gloria libani data est ei: decor carmeli et saron. Ipsi videbūt gloriā dn̄i: et decorem dei nostri. Confortate man⁹ dissolutas et genua debilia roborate. Dicite pusillanimes confortamini et nolite timere. Ecce deus noster vltionem adducet retributionis: deus ipse veniet et saluabit nos. Tūc aperiētur oculi cecoꝝ: et aures surdorum patebūt. Tūc saliet sicut ceruus claud⁹: et apta erit lingua mutoꝝ: qꝛ scisse sūt in deserto aque: et torrētes in solitudīe: et que erat arida in stagnū ⁊ sitiēs in fontes aquarū Ait domin⁹ ops. ℞. In sole posuit tabernaculū suū et ipse tanqꝫ sponsus procedens de thalamo suo. ℣. A summo celo egressio eius et occursus eius vsqꝫ ad summum eius.

Alia collecta.

Indignos nos q̄s domine famulos tuos quos actionis propríe culpa contristat vnigeniti filii tui nos aduentu letifica. Qui tecū.

Lectio isaie prophete. xl.

Hec dicit dn̄s de⁹ Super mōtē excelsū ascende tu qui euangelizas syon. Exalta in fortitudine vocem tuā qui euangelizas hierusalē. Exalta noli timere. Dic ciuitatib⁹ iude. Ecce deus vester. Ecce domin⁹ deus in fortitudine veniet: et brachium eius dn̄abitur. Ecce merces ei⁹ cū eo et opus illius coram illo. Sicut pastor gregē suū pascet: ⁊ in brachio suo congregabit agnos: et in sinu suo leuabit eos: dn̄s deus noster ℞. Dn̄e deus virtutū cōuerte nos et ostēde faciē tuā et salui erimus ℣. Excita domine potentiā tuā et veni vt saluos facias nos. Collecta.

Presta q̄s ops deus: vt filii tui ventura solēnitas et p̄sētis nobis vite remedia cōferat et p̄mia eterna cōcedat. Per eūdem.

Lectio isaie prophete. xlv.

Hec dicit dn̄s xp̄o meo cyro cuius apphēdi dextram vt subiiciā ante faciē ei⁹ gētes: et dorsa regū vertā. Et aperiā corā eo ianuas: et porte nō claudētur. Ego āte te ibo: et gl'iosos terre hūiliabo. Portas ereas cōterā: et vectes ferreos cōfringā Et dabo tibi thesauros abscōditos et arcana secretoꝝ. vt scias quia ego dn̄s: q̄ voco nomē tuū de⁹ israel ppt̄ seruum meū iacob ⁊ israel electum meum. Et vocaui te noīe tuo assi-

milaui te:et nõ cognouisti me Ego dominus:et non est amplius Extra me non est deus. Accinxi te et nõ cognouisti me:vt sciant hi qui ab ortu solis et qui ab occidente: quoniã absq; me non est deus Ego dominꝰ et non est alter:formans lucẽ et creans tenebras:faciens pacem et creans malum . Ego dominus faciẽs omnia hec Rorate celi desuper et nubes pluant iustum:aperia tur terra et germinet saluatorem : et iusticia oriatur simul. Ego dominus:creaui eum. ℟. Excita domine potentiã tuam et veni vt saluos facias nos . ℣. Qui regis israel itẽde qui deducis velut ouẽ ioseph qui sedes super cherubin appare corã effraim beniamin et manasse. Colla

PReces populi tui q̃s domine clementer exaudi vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur pietatis tue visitatione consolemur. Qui viuis. Lcõ danielis ꝓphete. iii.

IN diebus illis: Angelus domini descendit cum azaria et sociis eius in fornacem et excussit flammã ignis de fornace et fecit mediũ fornacis quasi ventũ roris flantem Flãma autem diffusa est super fornacẽ cubitis quadragintanouẽ:et incendit quos repperit iuxta fornacẽ de caldeis ministros regis qui eam incẽdebãt Illos aũt nõ tetigit ignis neq; cõtristauit nec q̇cq̃ molestie intulit . Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabãt et benedicebãt ⁊ glorificabãt deũ in fornace:dicẽtes. Tractus

BEnedictus es dñe deus patrũ nostrorũ. Et laudabilis et gloriosus i secula ℣. Et benedictũ nomẽ glorie tue quod est sãctũ. Et laudabile et gloriosũ ĩ secula ℣. Benedictus es in tẽplo sctõ glorie tue. Et laudabilis. ℣. Benedictus es in tẽplo sctõ tuo regni tui. Et laudabilis ℣. Benedictꝰ es q̇ sedes sup cherubĩ intuens abyssos Et laudabilis ℣. Benedictus es super sceptrũ diuinitatis glorie tue Et laudabilis ℣. Benedictꝰ es qui ambulas sup pẽnas ventorũ. Et laudabilis ℣. Benedicãt te oẽs angeli et scti tui Et laudabilẽ et gloriosum in secula . Benedicant te celũ terra mare et oĩa q̄ in eis sunt. Et laudabilẽ et gloriosũ in secula ℣. Gloria patri et filio et spiritui sancto Et laudabili et glorioso in secula . ℣. Sicut erat ĩ pricipio et nũc et sẽper et ĩ secula seculorũ amẽ Et laudabili et gl'ioso in secula . ℣. Benedictꝰ es dñe deꝰ patrũ nostroꝝ. Et laudabilis et gloriosus in secula Orõ

DEus qui tribꝰ pueris mitigasti flãmas ignũ concede ꝓpicius:vt nos famulos tuos nõ exurat flãma vicioꝝ Per dñm

Ad thessalonicenses. .ii.ii.

FRatres: Rogamꝰ vos per aduẽtum dñi nostri iesu xpi ⁊ nostre cõgregationis in ipsũ vt nõ cito moueamini a vestro sensu neq; terreamini neq; per spiritum/neq; per sermonẽ neq; per eplam tãq̃ ꝑ nos missã:quasi instet dies dñi. Ne quis vos seducat vllo modo. Qm̃ nisi venerit discessio primũ vel dissẽsio: et reuelatꝰ fuerit homo peccati filiꝰ perditionis:q̇ aduersaẗ ⁊ extolliẗ supra oẽ quod diciẗ deus aut q̇d coliẗ: ita vt in tẽplo dei sedeat:ostẽdẽs se tãq̃ sit deus. Nõ retinetis ꝙ cũ adhuc essẽ apud vos:hec dicebã vobis Et nũc quid detineat scitis: vt reueletur in

suo tempore Nam mysterium iam operatur iniquitatis tãtum vt qui tenet: nunc teneat donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniqu⁹ quẽ dñs iesus iterficiet spiritu oris sui: et destruet illustratione aduentus sui. Tractus.

Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. V. Qui sedes super cherubin appare corã effraim beniamin et manasse V. Excita dñe potentiã tuam et veni vt saluos facias nos.

Secundum lucam. .iii.

Anno quintodecimo imperii tyberii cesaris: procurante põtio pilato iudeã: tetrarcha autẽ galilee herode philippo aũt frẽ eius tetrarcha ituree/et traconitidis regionis: et lysania/abiline tetrarcha/ sub pricipibus sacerdotum anna et cappha factũ ẽ verbũ dñi sup iohãnẽ zacharie filiũ in deserto. Et venit in oẽm regionem iordanis predicãs baptismum penitentie in remissionẽ peccatorũ: sicut scriptum est in libro sermonum isaie pphete. Vox clamantis in deserto parate viã dñi: rectas facite semitas eius. Omnis vallis iplebit: et oĩs mons et collis humiliabitur. Et erunt praua in directa/ et aspera i vias planas: et videbit oĩs caro: salutare dei. Offer. Exulta satis filia syon predica filia hierusalem ecce rex tuus venit tibi sãctus et saluator. Secre

Sacrificiis presentibus dñe placatus intẽde: vt et deuotiõi nostre pficiant et saluti. Per .Coio.

Exultauit vt gigas ad currendã viã a summo celo egressio eius et occursus eius vsq3 ad summum eius. Postcoio

Quesum⁹ dñe de⁹ noster: vt sacrosancta mysteria que p reparationis nostre munimĩe cõtulisti et psens nobis remediũ esse facias et futurum. Per dñm.

Dñica.iiii. ad missam Introitus

Memento nostri dñe in beneplacito ppl'i tui visita nos i salutari tuo ad videndum in bonitate electorum tuorum in leticia gentis tue vt lauderis cum hereditate tua. Ps. Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculũ misericordia eius. Collecta.

Excita dñe q̃s potẽtiã tuã et veni et magna nobis virtute succurre: vt per auxilium gratie tue quod nostra peccata prepediunt indulgẽtia tue propiciatiõis acceleret. Qui viuis. Ad philippenses. .iiii.

Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominib⁹ Dominus enĩ prope est. Nichil sollicit sitis: sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestre innotescãt apd deũ Et pax dei q̃ exuperat oẽm sẽsũ custodiat corda vestra/et itelligentias vestras. In christo iesu: domino nostro. R. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum omnibus qui inuocãt eum in veritate. V. Laudẽ domini loquetur os meum et benedicat omnis caro nomen sanctum eius. Alleluia. V. Veni domine et noli tardare relaxa facinora plebis tue. Prosa.

Nostra tuba nũc tua clemẽtia christe regatur atq3 pia. Exaudi precamina et laudãtia mente de

nota Ita nã laus est tibi grata vox si
quod nostra sonat cõscientia canat
Quod vt omnibus proueniat inde-
fesse venia petantur auxilia Nã qui
cunq; digne merentur ea. Omnia
semper eis salubria. Quibꝰ sine hu
mana contagia non vtilia. Relin-
quentes igitur itinera nimium la-
ta. Angustam viam gradiatur que
nos patriam ducat ad almam. Hec
enim sacra vestigia redemptori pio
per placita. Qui et nostra tempora
pie disponat semper nosq; ptegat.
Patriamq; miserãs ducat ad almã
qua sine fine regnat. Canticaq; no
stra placeãt per cuncta secula. Amẽ

Secundum Johannem. i.

In illo tẽpore. Miserunt iudei
ab hierosolymis sacerdotes et
leuitas ad iohannẽ: vt iterrogarẽt
eum. Tu quis es? Et confessus est:
et nõ negauit Et confessus est quia
non sum ego christus. Et interro-
gauerunt eũ. Quid ergo? Helyas es
tu? Et dixit. Non sum. Propheta es
tu? Et respondit Non. Dixerunt er-
go ei. Quis es vt responsum demꝰ
his qui miserunt nos? Quid dicis
de teipso? Ait Ego vox clamãtis in
deserto: dirigite viam domini: sicut
dixit isaias propheta. Et qui missi
fuerãt: erãt ex phariseis Et iterroga
uerunt eum: et dixerunt ei Quid er
go baptizas si tu non es christus/ne
q; helyas/neq; ppheta? Respõdit eis
iohannes dicẽs Ego baptizo i aqua
medius autẽ vestrum stetit quẽ vos
nescitis. Ipse est qui post me ventu-
rus est qui ante me factus est: cuius
ego non sum dignus vt soluam eiꝰ
corrigiam calciamẽti. Hec in betha-
nia facta sunt trans iordanem: vbi
erat iohannes baptizans. Offer.
Aue maria gratia plena dominus tecum
benedicta tu in mulieribus et benedictꝰ
fructus ventris tui. Secreta

Sacrificiis presentibus quesu-
mus domine placatus intẽde:
vt et deuotioni nostre proficiant et
saluti. Per dñm. Coio. Ecce virgo cõ-
cipiet .v. Postcoio.

Sumptis muneribus q̃s domi
ne vt cum frequentatione my
sterii crescat nostre salutis effectus
Per dñm.

In vigilia natiuitatis dñi Ad missam. Introitus.

Hodie scietis quia veniet do
minꝰ et saluabit nos et ma-
ne videbitis gloriã eius. Ps.
Dñi est terra et plenitudo eius: orbis ter-
rarum et vniuersi qui habitãt in eo. Glo
ria patri. Collecta.

Deus qui nos redemptiõis no-
stre annua expectatione letifi-
cas presta: vt vnigenitum tuũ quẽ
redemptorem leti suscipimus veniẽ
tem quoq; iudicem securi videamꝰ
dñm nostrũ: iesum christum.

Ad Romanos. i.

Fratres. Paulꝰ seruꝰ iesu chri-
sti vocatus apostolus segrega
tus in euangeliũ dei quod ante pro
miserat per prophetas suos in scri-
pturis sanctis de filio suo qui factꝰ
est ei ex semie dauid secundum car
nem: qui pdestinatus est filius dei i
virtute secũdũ spiritũ sãctificatiõis
ex resurrectione mortuorũ iesu chri-
sti domini nostri. per quem accepi-
mus gratiam et apostolatũ ad obe

diendum fidei in omibus gẽtibus pro noĩe eius: in quibus estis et vos vocati iesu christi dñi nostri. ℟. Hodie scietis quia veniet dñs et saluabit nos et mane videbitis gloriam eius. ℣. Qui regis israel intende qui deducis ve lut ouem ioseph qui sedes sup cherubin appare coram effraim beniamin et ma=nasse. Secundum Matheũ. i.

In illo tẽpore. Cũ esset despõ=sata mater iesu maria ioseph anteꝗ̃ cõuenirent: inuẽta est in vte ro habens de spiritu sancto. Joseph autem vir eius cum esset iustus: et nollet eam traducere: voluit occul=te dimittere eã. Hec autẽ eo cogitan te: ecce angelus dñi apparuit in sõ=nis ioseph dicens. Joseph fili dauid noli timere accipere mariã coniu=gem tuã. Quod eni in ea natũ est: de spiritu sãcto est. Pariet autẽ fili um: et vocabis nomẽ eius iesũ. Ip=se eni saluũ faciet populũ suũ a pec catis eoꝝ. Offer. Tollite portas princi pes vestras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. Secreta.

Da nobis q̃s domine: vt natiui tatis dñi nostri iesu christi solẽ nia q̃ presentibus sacrificiis preue=nim⁹: sic noua sint in nobis vt con tinuata permaneãt: sic perpetua p seuerent: vt pro suo miraculo noua semper existant. Per eũdem. Coĩo. Reuelabitur gloria dñi et videbit omnis caro salutare dei nostri. Postcoĩo.

Da nobis domine q̃sumus vni geniti filii tui recensita nati=uitate respirare: cuius celesti myste rio pascimur et potamur. Qui tecũ Nota ꝙ si vigilia natalis domi=ni dñica euenerit. In missa tene pre dictũ ordinẽ. Addito ꝙ dicitur. Al=leluia. ℣. Veni domine et noli tardare re laxa facinora plebis tue. Prosa. No stra tuba. Que supra in dñica. iiii. et dicit Credo. Nota preterea ꝙ in casu pmisso missa dñice iiii. aduen tus q̃ cadit in ipa vigil. natiuit. dñi feria ttia precedẽte celebret. No ta insuper ꝙ nocte natiuitatis dñi. post. ix. ℟. Et añ. Te deũ. dicit euã=geliũ modo qui sequit. Dñs vobi=scũ. Et cũ spũ tuo. Initiũ sãcti euan gelii. Scdꝫ matheũ. i. Glã tibi dñe

Liber generationis iesu christi filii dauid: filii abrahã. Abra ham genuit isaac: isaac autem ge nuit iacob. Jacob autem genuit iu dam et fratres eius. Judas autẽ ge nuit phares et zaram de thamar. Phares autẽ genuit esrom: esrom autem genuit aram. Aram autem genuit aminadab: aminadab autẽ genuit naason. Naason autẽ genu it salmon: salmon aũt genuit booz de raab. Booz autem genuit obeth ex ruth: obeth autẽ genuit iesse. Jes=se autẽ genuit dauid regem: dauid autẽ rex genuit salomonẽ ex ea que fuit vrie. Salomon autẽ genuit ro boã: roboã autẽ genuit abiã. Abia aũt genuit asa: asa aũt genuit iosa phat. Josaphat autẽ genuit iorã: io ram aũt genuit oziã. Ozias aũt ge nuit ioathan: ioathan autẽ genuit achaz. Achaz aũt genuit ezechiã: eze chias aũt genuit manassẽ. Manas ses aũt genuit amon: amon aũt ge nuit iosiã. Josias aũt genuit iecho=niã et fr̃es ei⁹ in trãsmigratiõe baby

lōis Et post trāsmigratiōnē babylonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autē genuit zorobabel. Zorobabel autē genuit abiud. Abiud autem genuit eliachim: eliachim aūt genuit azor. Azor autem genuit sadoch: sadoch autem genuit achim. Achim autē genuit eliud: eliud autē genuit eleazar. Eleazar autē genuit mathan: mathan autē genuit iacob. Jacob autē genuit ioseph virū marie: de qua natus est iesus: qui vocatur christus. Sequitur Canticū. Te deū laudamus. Quo finito statim incipitur. Hy⁹ Christe redēptor oīm. quo dicto statim dicitur missa in gallicantu. Introitus

Dominus dixit ad me fili⁹ me⁹ es tu ego hodie genui te. ps. Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania. Gloria patri. Gloria in excelsis. dicit in ista et sequēti missa. Ad primā collectā. Dñs vobiscū. dic. Ad secūdā vero dūtaxat. Oremus. Ita dicito in sequēti missa. Sequitur prima.

Deus qui hanc sacratissimā noctem veri luminis fecisti illustratiōe clarescere: da q̄s: vt cuius lucis mysteria in terrā cognouimus: eius quoq; gaudiis i celo perfruamur. Qui tecum. Collecta.

Lectio isaie prophete. ix.

Hec dicit dñs. Populus gentium qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnā: habitantibus in regiōe vmbre mortis: lux orta est eis. Paruul⁹ enī natus est nobis: et filius datus est nobis. Et factus est pricipat⁹ sup humerū eius et vocabitur nomen eius admirabilis/consiliarius/deus fortis/ pater futuri seculi: prīceps pacis. Multiplicabitur eius imperiū: et pacis nō erit finis. Super solium dauid et super regnū eius sedebit: vt confirmet illud et corroboret in iudicio et iustitia: amodo et vsq; in sēpiternum. ℟. Tecum principium in die virtutis tue in splēdoribus sanctorū ex vtero ante luciferū genui te. ℣. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponā inimicos tuos scabellum pedū tuorum. Collecta. Alia.

Deus qui humane substātie dignitatē mirabiliter cōdidisti: et mirabilius reformasti: da nobis quesumus eius diuinitatis esse cōsortes: qui humanitatis nostre fieri dignatus est particeps: iesus xp̄s dominus noster. Qui tecum.

Ad tytum. ii.

Charissime. Apparuit gratia dei et saluatoris nostri oībus hoībus erudiens nos: vt abnegātes īpietatem et secularia desideria: sobrie/et iuste/ et pie viuamus in hoc seculo: expectātes beatā spem et aduentum glorie magni dei/ et saluatoris nostri iesu christi: qui dedit semetipsū pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: et mūdaret sibi populū acceptabilem/sectatorem bonorū operum. Hec loquere: et exhortare. In xp̄o iesu domino nostro. Alleluia. ℣. Dñs dixit ad me filius me⁹ es tu ego hodie genui te. Prosa.

Celeste organum hodie sonuit in terra. Ad partū virginis superū cecinit caterua. Quid facis

humana turba cur non gaudes cũ supera. Vigilat pastorum cura vox auditur angelica. Cantabant incli ta cantica plena pace et gloria. Ad christum referunt propria nobis ca nunt ex gratia. Nec cũctorum sunt hec dona sed mens quorũ erit bona Non sunt absolute data differẽter sunt prolata. Affectus differant vi cia et sic nobis pax est illa que et bo nis est promissa. Iungũtur superis terrea ob hoc quidẽ laus est iuncta sed decenter fit diuisa. Gaude ho mo cũ perpẽdis talia. Gaude caro facta verbi socia. Nuntiat eius or tũ ethera lucis per incidia. Subeũt duces gregũ limina bethleem vsqꝫ preuia. Inuenitur rex celorum inter animalia. Arcto iacet in p̄sepe rex qui cingit omñ̃ia. Stella maris quẽ tu paris colit hec ecclesia. Ipsi no stra per te pia placeant seruicia. Amen. Secundum Lucam. ii.

In illo tempore. Exiit edictũ a cesare augusto: vt describere tur vniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est a preside syrie cyri no. Et ibant omnes vt profiterenť singuli in suam ciuitatẽ. Ascendit autem et ioseph a galilea de ciuita te nazareth in iudeam ciuitatẽ da uid que vocatur bethleem: eo ꝙ es set de domo et familia dauid: vt ꝓ fiteretur cũ maria desponsata sibi vxore pregnãte. Factum est autem cum essent ibi: impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suũ pri mogenitũ: et pannis eum ĩuoluit: et reclinauit eũ in presepio: q̃a non erat ei locus in diuersorio. Et pa stores erant in regione eadem vigi lantes et custodientes vigilias no ctis super gregem suũ. Et ecce an gelus dñi stetit iuxta illos: et clari tas dei circunfulsit illos et timue runt timore magno. Et dixit illis angelus: nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudiũ magnũ quod erit omĩ populo: quia natus est vobis hodie saluator qui est xp̄s dñs in ciuitate dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pan nis inuolutum: positũ in presepio. Et subito facta est cũ angelo multi tudo militie celestis: laudantiũ deũ et dicentium. Gloria in altissimis deo: et in terra pax homĩbus bone voluntatis. Non dicitur Credo. In ista nec etiam in sequenti missa.

Offꝫ. Letẽtur celi et exultẽt terra ante faciẽ domini quoniam venit. Secreta.

Accepta tibi sit dñe quesumus hodierne festiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente per hec sa crosancta cõmertia in illius inue niamur forma in quo tecũ est no stra substantia. Qui tecum. Pre fatio Quia ꝑ ĩcarnati. Infra actio nem. Cõicantes et noctẽ sacratissi mam celebrantes. Quere ante ca nonem. Cõio. In splendoribus sãcto rum ex vtero ante luciferum genui te. Hic dicanť laudes et finita anti. de Benedictus. sacerdos dicat in alta ri postcõmunionẽ sequẽtẽ. Postcõ

Da nobis q̃s domine deus no ster: vt qui natiuitatem domi ni nostri iesu christi nos frequenta re gaudemus: dignis conuersatio nibus ad eius mereamur perueni

re cōsortiū. Qui tecū. Sequit̄. Ite missa est. Deide cātant̄ tres añe sequētes. Cōpleti sūt dies marie vt pareret filiū suū primogenitū. an. Ecce cōpleta sunt omia que dicta sūt per angelū de virgine maria. an. Hodie christus natus est hodie saluator apparuit hodie in terra canunt angeli letantur archangeli hodie exultent iusti dicētes: gloria in excelsis deo all'a. Quibus finitis statim

In aurora. Ad missam. Introitus. Sed notandū q celebraturus hāc missam primum debet horam prime persoluere. Introitus.

Lux fulgebit hodie sup nos quia natus est nobis dñs et vocabitur admirabilis deus princeps pacis pater futuri seculi cuius regni nō erit finis. ps. Dominus regnauit decorem indutus est indutus est dñs fortitudinem et precinxit se. Gloria patri. Collecta.

Da q̄s omp̄s deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce perfūdimur: hoc in nr̄o resplēdeat opere: qd per fidē fulget in mente. P eūdē

Lectio isaie prophete. lxi. c.

Hec dicit dñs. Spiritus dñi sup me: eo q vnxerit me. Ad annūciandū mansuetis misit me: vt mederer cōtritis corde: et predicarem captiuis indulgētiā / et clausis apertionē: vt predicarē annū placabilem dño / et diē vltiōis deo nostro: vt cōsolarer om̄s lugentes: vt ponerem cōsolationē lugētibus syon: et darē eis coronā pro cinere: oleū gaudii pro luctu: palliū laudis pro sp̄u meroris. Et vocabūtur in ea fortes iustitie: plātatio dñi ad glorificādū

Ecce dñs auditū fecit: in extremis terre: dicite filie syon. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cū eo: et opus eius corā illo. Et vocabunt eos populus sanctus: redēpti a dño deo nostro. ℞. Benedictus qui venit in nomine dñi deus dñs et illuxit nobis ℣. A dño factū est istud et est mirabile in oculis nostris. Alia. Collecta.

Da q̄s omp̄s deus: vt qui beate anastasie martyris tue solennia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dñm.

Ad tytum. iii. c.

Charissime. Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei: non ex operibus iustitie que fecimus nos: sed secundum misericordiā suā saluos nos fecit: per lauacrū regenerationis et renouationis sp̄us sancti: quē effudit in nos abunde: per iesū xp̄m saluatorem nostrū: vt iustificati gratia ipsius heredes simus secūdū spem vite eterne. In christo iesu: dño nostro

Alleluia. ℣. Dñs regnauit decorē induit induit dñs fortitudinē et p̄cīxit se virtute. Prosa.

Nato canūt omia dño pie agmia. Sillabatim pneumata pstringēdo organica. Hec dies sacrata in qua noua sūt gaudia mundo plene dedita. Hac nocte p̄celsa intonuit et gloria in voce angelica. Fulsere et imania nocte media pastoribus lumia. Dum fouēt sua pecora subito diua percipiūt monita. Natus alma virgine q̄ extat añ secula Est imēsa in celo gl'ia pax et in terra. Sic ergo celi caterua altissime

iubilat. Et tanto canore tremat alta poli machina. Sonet et per oia ac in die gloria voce clara reddita. Humana concrepant cũcta deũ natum in terra. Cõfracta sũt et ipería hostis crudelissima. Pax in tra reddita nũc letent̃ omĩa nati per exordia. Solus qui tuetur omĩa. Sol⁹ qui cõdidit oĩa. Ipse sua pietate soluat omĩa pctã nostra. Amen.

Secundum Lucam. ii c.

IN illo tempore. Pastores loq̃bãtur adinuicẽ: dicẽtes. Trãseamus vsq3 bethleem: et videamus hoc verbũ quod factũ est / quod fecit dñs: et ostendit nobis. Et venerũt festinantes: et inuenerũt mariã et ioseph: et infantẽ positũ in presepio. Videntes autẽ cognouerũt de verbo quod dictũ erat illis de puero hoc. Et omẽs qui audierant mirati sunt: et de hiis que dicta erãt a pastoribus ad ipsos. Maria autem cõseruabat omĩa verba hec: cõferẽs in corde suo. Et reuersi sũt pastores glorificãtes / et laudantes deum in omnibus que audierãt et viderãt: sicut dictum est ad illos. Offertoriũ. Deus eni firmauit orbẽ terre qui non cõmouebitur: parata sedes tua deus ex tũc a seculo tu es. Secreta.

MUnera nostra q̃s dñe natiuitatis hodierne mysteriis apta proueniant: vt sicut homo genitus idem refulsit deus: sic nobis hec terrena substantia cõferat quod diuinũ est. Per eũdẽ. Alia Secreta.

ACcipe q̃s dñe munera dignãter oblata: et btẽ anastasie suffragãtibus meritis ad nostre salutis auxiliũ peruenire concede. Per. Prefatio. vt in missa p̃cedẽte. Sed hic et in maiora missa sequẽti dicit̃ Cõicãtes ⁊ diẽ sacratissimã celebrãtes qua. etc. fo. lxxix. Coio. Exulta filia syon lauda filia hierusalẽ ecce rex tuus venit tibi sãctus et saluator mũdi.

HUius nos dñe Postcoio. sacramenti sẽper nouitas natalis instauret: cuius natiuitas singularis humanã repulit vetustatem. Per eundẽ. Alia.

SAciasti dñe familiã tuã muneribus sacris: eius q̃s sẽper interuentione nos refoue cuius solẽnia celebramus. Per d. In die natiuitatis dñi. Ad missã. Introitus.

PUer natus est nobis ⁊ filius datus est nobis cuius imperiũ super humerũ eius et vocabitur nomẽ eius magni cõsilii angelus. Ps. Cantate dño canticũ nouũ: quia mirabilia fecit. Glia

COncede q̃s ops Collecta. deus: vt nos vnigeniti tui noua p carnẽ natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eundẽ. Ad Hebreos. i.

FRatres. Multipharie multisq3 modis olim deus loquens patribus in pphetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio / quẽ cõstituit heredẽ vniuersorum: per quẽ fecit et secula. Qui cum sit splẽdor glorie et figura substantie eius: portansq3 oĩa verbo virtutis sue purgationẽ pctõꝝ faciẽs: sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tãto melior angelis effectus: quan

to differẽtius pre illis nomen here=ditauit. Cui eni dixit aliquãdo angelorũ: filius meus es tu: ego hodie genui te. Et rursũ. Ego ero illi i patrẽ: et ipse erit michi in filiũ. Et cũ iterũ introducit primogenitum in orbẽ terre dicit. Et adorẽt eũ omẽs angeli dei. Et ad angelos quidẽ dicit. Qui facit angelos suos spiritus: et ministros suos flammam ignis. Ad filiũ autẽ. Thronus tuus deus in seculũ seculi: virga equitatis/virga regni tui. Dilexisti iustitiã: et odisti iiquitatẽ: propterea vnxit te deus/deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis Et tu in principio dñe terrã fundasti: et opera manuũ tuarũ sunt celi. Ipsi peribunt: tu autẽ pmanebis: et omẽs vt vestimentũ veterascẽt. Et velut amictũ mutabis eos et mutabuntur: tu autẽ idem ipse es: et anni tui nõ deficient. R. Viderũt oẽs fines terre salutare dei nostri iubilate deo omis terra. V. Notũ fecit dñs salutare suũ ante cõspectũ gentiũ reuelauit iustitiã suã. Alla. V. Dies sanctificatus illuxit nobis venite gentes et adorate dñm qa hodie descendit lux magna super terram.

Celica resonẽt clare Prosa. camenas agmina. Nũc regis celebrãdo gratulãter nuptias. Lux noua iã terras illustrat veteres pellens tenebras. Reserat superna gratia diu clausa pallatia. Felix mater est sola intacta eterna puerpera. Iã nato stans grauida cũ viri sis cubilis nescia. Omis nunc caterua nostra te rogat dña. Soluas vt nostra cũcta peccamina vincula virgo sempiterne btã. Digna fuisti sola tollẽtem crimĩa intra vteri claustra portare qui gubernat oĩa supera infera. Hũc sua laudãt facta gaudenter bona qua viuũt super essẽtia. Nos hũillima turma demus debita poscẽtes eius clemẽtia. Vt nostra prestãs tẽpora nũc quieta det placida frui vita vtilia donando famulis mũera. Ac inter nos discrimina sena saluãs post funera derelicta sedẽ ducat mortis ac malorũ ignarã Vbi ad dexterã patris almã sedẽs conregnat coetern⁹ p omĩa. Potenter cũcta disponẽdo cũ eo secla presẽtia et futura. Beata iustis donet oĩbus premia. Preclara qua lux vere micat q̃ est salus eterna et nostra gloria. Amen. Initiũ sancti euãgelii. Scdm iohannem. i.

In principio erat verbũ et verbũ erat apud deũ: et deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud deũ. Omĩa p ipsũ facta sũt: et sine ipso factũ est nichil. Quod factũ est in ipso vita erat: et vita erat lux hominũ: et lux in tenebris lucet: et tenebre eã non cõprehẽderũt. Fuit homo missus a deo: cui nomẽ erat iohannes. Hic venit in testimoniũ: vt testimoniũ perhiberet de lumĩe: vt oẽs crederent p illũ. Nõ erat ille lux sed vt testimoniũ phiberet de lumine. Erat lux vera: q̃ illuminat oẽm hoiem venientẽ in hũc mũdum. In mũdo erat: et mũdus p ipsũ factus est: et mũdus eũ nõ cognouit. In ppria venit: et sui eum nõ receperũt. Quotquot autẽ receperũt eũ: dedit eis ptãtẽ filios dei fieri his q̃ credũt

in noie eius. Qui nõ ex sãguinib⁹: neqꝫ ex volũtate carnis: neqꝫ ex volũtate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbũ caro factũ est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius / gloriã quasi vnigeniti a pře: plenũ gratie et veritatis. Offertorium. Tui sũt celi et tua est terra orbẽ terrarũ et plenitudinẽ eius tu fũdasti iustitiam et iudiciũ preparatio sedis tue. Secre.

Oblata dñe munera noua vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosqꝫ a pctõꝝ nostrorũ maculis emũda. Per eũdẽ. Prefatio. Quia per icarnati. Coicantes. vtš in precedẽti missa. Et sic per octa. dicito etiã si de beata maria aut de quocũqꝫ sãcto missa fiat. Coio. Viderũt oẽs fines tře salutare dei nostri. Postcõ

Presta qs omps deus: vt nat⁹ hodie saluator mũdi sicut diuine nobis generationis est auctor: ita et imortalitatis sit ipse largitor Qui tecũ. Dñica infra octa. natiuitatis dñi. Introitus.

Dum mediũ silẽtiũ teneret oĩa et nox in suo cursu mediũ iter haberet ops sermo tuus dñe de celis a regalibus sedibus venit. Ps. Dñs regnauit exultet terra: letẽtur insule multe. Glia. Collecta

Deus q̃ salutis eterne btẽ marie virginitate fecũda hũano generi premia prestitisti: tribue qs: vt ipsã pro nobis itercedere sentiamus: per quã meruimus auctorẽ vite suscipere: dñꝫ nřm iesũ xpm filiũ tuũ. Qui tecũ. Ad galathas iiii.

Fratres. Quãto tpe heres paruulus est: nihil differt a seruo cum sit dñs oĩm: sed sub tutoribus et actoribus est vsqꝫ ad prefinitũ tẽpus a patre. Ita et nos cũ essemus paruuli: sub elemẽtis mũdi eram⁹ seruientes. At vbi venit plenitudo tẽporis: misit deus filiũ suũ factuꝫ ex muliere. Factũ sub lege / vt eos q̃ sub lege erãt redimeret: vt adoptionẽ filiorũ reciperemus. Quoniam autẽ estis filii dei: misit deus spm filii sui in corda vestra clamantem abba pater. Itaqꝫ iã non est seruus sed fili⁹. Qd si fili⁹ et heres p deũ. R. Speciosus forma pre filiis hoim diffusa est gratia in labiis tuis. V. Eructauit cor meũ verbũ bonũ dico ego opera mea regi lingua mea calamus scribe velociter scribẽtis. Alla. V. Dñs regnauit decorẽ induit: iduit dñs fortitudinem et precinxit se virtute. Prosa.

Testabũdus exultet fidelis chorus alla. Regẽ regũ itacte pro fudit thorus res mirãda. Angelus cõsilii natus est de vgine sol de stella. Sol occasũ nesciẽs stella sẽp rutilans sẽper clara. Sicut sydus radiũ profert virgo filiũ pari forma. Neqꝫ stella radio neqꝫ mat filio fit corrupta. Cedrus alta libani cõformat hysopo valle nřa. Verbũ ens altissimi corporari passũ est carne sũpta. Isaias cecinit synagoga meminit nũq̃ tamẽ desinit esse ceca. Si nõ suis vatib⁹ credat vel gẽtilibus sibillinis versibus hec pdicta. Infelix ppera crede vel vetera cur dãnaberis gens misera. Quẽ docet littera vatũ cõsidera ipsũ genuit puerpera alleluia.

Secundum Lucam. iii.

In illo tp̃e. Erat ioseph et maria mater iesu mirãtes super his que dicebant de illo. Et bñdixit illis symeon: et dixit ad mariã matrẽ eius. Ecce positus est hic in ruinã: et in resurrectionẽ multorũ in israel: et in signũ cui cõtradicet. Et tuã ipsius aiam pertrãsibit gladi9: vt reuelẽtur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna pphetissa filia phanuel de tribu asser: hec processerat in diebus multis: et vixerat cũ viro suo ãnis septẽ a virginitate sua. Et hec vidua vsqꝫ ad ãnos octogintaquattuor que non discedebat de tẽplo ieiuniis/ et obsecratiõibus seruiẽs nocte ac die. Et hec ipsa hora supueniens cõfitebat dño. Et loquebatur de illo oĩbus qui expectabant redẽptionẽ israel. Et vt perfecerũt oĩa scd̃m legẽ dñi: reuersi sũt in galileã in ciuitatẽ suã nazareth. Puer autẽ crescebat/ et cõfortabat plenus sapiẽtia: et gratia dei/ erat in illo. Offr. De9 eni firmauit orbẽ terre qui nõ commouebitur parata sedes tua deus ex tũc a seculo tu es. Secreta.

Muneribus nr̃is q̃s dñe precibusqꝫ susceptis: et celestibus nos mũda mysteriis: et clemẽt er exaudi. Per. Coĩo. Tolle puerũ et matrẽ eius et vade in terrã iuda defũcti sũt eni qui q̃rebant aiam pueri. Postcoĩo.

Hec nos cõmunio dñe q̃s purget a crimine: et itercedẽte beata dei genitrice maria celestis remedii faciat esse cõsortes. P. In circũcisione dñi. Introitus.

Puer natus est nobis/ et filius datus est nobis: cuius imperiũ sup humerũ eius/ et vocabit nomẽ eius magni cõsilii angelus. Ps. Cantate dño canticũ nouũ: quia mirabilia fecit. Gl'ia pa. Collecta.

Deus qui nobis nati saluatoris diẽ celebrare concedis octauũ: fac nos q̃s eius perpetua diuinitate muniri: cuius sumus carnali cõmertio reparati iesu xp̃i dñi nostri. Qui tecum.

Ad colossenses. .i.

Fratres. Audistis dispẽsatione dei que data est mihi in vobis/ vt ipleã verbũ dei: mysteriũ qd̃ abscõditũ fuit a seculis/ et generationibus: nunc autẽ manifestatũ est sãctis eius q̃bus voluit deus notas facere diuitias glorie sacramẽti huius in gẽtibus/ qd̃ est xp̃s in vobis spes glorie: quẽ nos annũtiamus corripiẽtes oẽm hoiem/ et docentes in oĩ sapiẽtia: vt exhibeamus oẽm hoiem perfectũ. In xp̃o iesu dño nostro. R. Viderũt oẽs fines terre salutare dei nostri iubilate deo omis terra. V. Notũ fecit dñs salutare suũ ante cõspectum gentiũ reuelauit iustitiã suã. All'a. V. Dies sãctificatus illuxit nobis venite gẽtes et adorate dñm q̃a hodie descẽdit lux magna super terrã. Prosa. Nato dño. vt s in die natiuita. in secũda missa.

Secundum Lucam. ii.

In illo tp̃e. Postq̃ꝫ consũmati sũt dies octo/ vt circũcideretur puer: vocatũ est nomen eius iesus. Qd̃ vocatũ est ab angelo: priusq̃ꝫ in vtero cõciperetur. Offr. Tui sũt celi et tua est terra orbẽ terrarũ et plenitudinẽ eius tu fũdasti iustitia et iudiciũ preparatio sedis tue. Secreta.

Muneribus nostris q̄s dn̄e pre cibusq̄ȝ susceptis: et celestib⁹ nos mūda mysteriis/ et clemēter ex audi. Per. Prefatio ⁊ Cōicātes. vt s̄ Coio. Viderūt oēs fines terre salutare dei nostri.

Presta q̄s dn̄e vt qd̄ saluatoris nostri iterata solēnitate p cepimus: perpetue nobis redēptionis cōferat medicinā. Per eūdē. In vigilia epyphanie dn̄i. Introitus.

Hodie scietis ... Lux fulgebit hodie sup nos q̄a natus est nobis dn̄s: et vocabit̄ de⁹ p̄ceps pacis pater futuri seculi cui⁹ regni nō erit finis. ps. Dn̄s regnauit decorē indutus est idutus est dn̄s fortitudinem et precin xit se. Gloria patri. Collecta.

Corda nr̄a q̄s dn̄e vēture festiuitatis splendor illustret: quo mūdi huius tenebris carere valeamus: et perueniamus ad patriā claritatis eterne. p d. Ad romanos .iii.

Fratres. Scimus q̄m quecūq̄ȝ lex loq̄tur: hiis qui in lege sūt loquit̄. Vt omē os obstruat̄ et subditus fiat oīs mūdus deo: q̄a ex operibus legis nō iustificabitur oīs caro corā illo. Per legē eni cognitio pc̄ti Nūc autē sine lege iustitia dei manifestata est: testificata a lege et prophetis. Justitia autē dei p fidē iesu xp̄i in oēs/ et sup oēs qui credunt in eū. Nō eni est distinctio. Oēs enim peccauerūt: ⁊ egēt gloria dei. Justificati gratis per gratiā ipsius/ et p redēptionē q̄ est in xp̄o iesu: quē p̄posuit deus p̄pitiatorē p fidē in sāguine ipsius/ ad ostensionē iustitie sue p̄pter remissionē precedētiū delictorū in sustētatione dei/ ad ostēsionē iustitie eius in hoc tēpore: vt sit ipse iust⁹ et iustificās eū qui ex fide est iesu xp̄i: dn̄i nostri. R. Benedictus qui venit i noīe dn̄i deus dn̄s et illuxit nobis V. A dn̄o factū est istud et est mirabile in oculis nostris. Alla. V. Dn̄s regnauit decorē iduit iduit dn̄s fortitudinē et precinxit se virtute. Secūdū Matheū. ii.

In illo tp̄e. Defūcto herode: ecce āgel⁹ dn̄i apparuit in sōnis ioseph in egypto dicēs. Surge/ ⁊ accipe puerū et matrē eius: et vade in terrā israel. Defūcti sūt eni: qui q̄rebant aīam pueri. Qui cōsurgēs/ accepit puerū et matrē eius: et venit i terrā israel. Audiens autē q̄ archelaus regnaret in iudea p̄ herode patre suo/ timuit illo ire: et admonit⁹ in somnis/ secessit in partes galilee Et veniens/ habitauit in ciuitate q̄ vocat̄ nazareth: vt adipleret̄ qd̄ dictū est per prophetas: q̄m nazareus vocabit̄. Offr̄. Deus eni firmauit orbē tr̄e q̄ nō cōmouebit̄: parata sedes tua deus extūc a seculo tu es. Secreta.

Tribue q̄s dn̄e vt eū presētib⁹ imolemur sacrificiis: ⁊ sumamus quē vēture solēnitatis pia munera ploquūtur iesū xp̄m dn̄m nostrū. Qui tecū. Coio. Tolle puerū et matrē eius et vade in terrā iuda defūcti sūt eni q̄ q̄rebant aīam pueri. Postcoio

Illumina q̄s dn̄e populū tuū: et splēdore gratie tue: cor eius semp accende: vt saluatorē suū/ et incessāter agnoscat: et veraciter apprehendat: dominum nostrum iesum xp̄m filiū tuum. Qui tecū. In die. Ad missam. Introitus.

Ecce aduenit dñator dñs et regnũ in manu eius/ et potestas/et ĩperiũ. ps. Deus iudiciũ tuũ regi da:et iusticiã tuam filio regis. Glia pa.

Collecta.

Deus qui hodierna die vnigenitũ tuum gentibus stella duce reuelasti:concede propitius: vt q̃ iam te ex fide cognouimus: vsq3 ad cõtẽplãdã speciẽ / tue celsitudinis pducamur. p eũd

Lect. isaie pphẽ. lx

Surge illuminare hierusalem quia venit lumẽ tuũ: et gloria dñi super te orta est. Quia ecce tenebre operient terram:et caligo populos. Super te autem orietur dñs:et gloria eius in te videbitur. Et ambulabũt gentes in lumine tuo:et reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos et vide: omẽs isti cõgregati sũt: venerũt tibi. Filii tui de lõge venient: et filie tue de latere surgent. Tunc videbis et afflues/et mirabitur/et dilatabiť cor tuum / quando conuersa fuerit ad te multitudo maris:fortitudo gentiũ venerit tibi. Jnundatio camelorũ operiet te:dromedarii madian et effa. Omẽs de sabba veniẽt : aurũ et thus deferentes: et laudem dño annuntiantes. ℟. Omnes de sabba venient aurum et thus deferentes et laudem dño annũciantes. ℣. Surge et illumina re hirlm q: venit lumẽ tuũ ⁊ glia dñi sup te orta est. Alla. ℣. Vidimus stellã eius in oriẽte et venimus cũ muneribus adorare dominũ.

Prosa.

Epiphaniã dño canamus gloriosã. Qua plẽ dei vere magi adorãt. Jmmensã caldei cui9 ple q̃ venerãtur potentiã. Quẽ cũcti prophete cecinere venturũ gẽtes ad saluãdas. Cuius maiestas ita est ĩclinata vt assumeret serui formã. Ante scl'a q̃ deus et tẽpora homo fact9 est in maria. Balaam de quo vaticinãs exibit ex iacob rutilãs inquit stella. Et confringet ducũ agmina regiõis moab maria potẽtia. Huic magi munera deferũt preclara aurũ simul thus et myrrã. Thure deũ predicant auro regẽ magnũ hoĩem mortalẽ myrra Jn somnis hos monet angelus ne redeãt ad regẽ cõmotũ ppter regna. Pauebat etenĩ nimiũ regẽ natũ verens amittere regni iura. Magi stella sibi micante preuia pergũt alacres itinera patriam q̃ eos ducebat ad ppriã linquẽtes herodis mãdata. Qui pcussus corde nimiũ pre ira extimplo mandat eludia magica nõ liqui taliter impunita sed mox priuari eos vita Vis nũc caterua tinulũ iũgat laudibus organi pneuma. Mystice offerẽs regi regũ xp̃o munera p̃ciosa Poscẽs vt per orbẽ regna oĩa protegat in scl'a sẽpiterna. Amen.

Secundum Matheum. .ii.

Cum nat9 esset iesus in bethleem iude:in diebus herodis regis:ecce magi ab oriẽte venerũt hierosolymã dicentes. Vbi est qui natus est rex iudeorũ. Vidimus enim stellã eius in oriẽte:et venimus adorare eũ. Audiens autẽ herodes rex turbatus est : et omĩs hierosolyma cum illo. Et cõgregans omẽs principes sacerdotum et scribas populi sciscitabatur ab eis/ vbi xp̃s nasce-

rex. At illi dixerūt ei. In bethleē iu-de. Sic enī scriptū est per prophetā. Et tu bethleem terra iuda: nequaꝙ̄ minima es in pricipibus iuda. Ex te enī exiet dux: qui regat populum meū israel. Tunc herodes clam vo catis magis diligēter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mittens illos in bethleē: dixit. Ite/et interrogate diligenter de puero: et cū inueneritis renūciate michi: vt et ego veniens/adorem eū. Qui cū audissent regem: abierunt. Et ecce stella quā viderāt in oriente/ante-cedebat eos: vsqꝫ dū veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autē stellam: gauisi sūt gaudio magno valde. Et intrantes domū: inuene-runt puerū cum maria matre eius Et pcidentes: adorauerūt eum. Et apertis thesauris suis: obtulerūt ei munera: aurū/thus/et mirram. Et respōso accepto in sōnis ne redirēt ad herodē: per aliā viā: reuersi sunt in regionē suā. Offertoriū. Reges tharsis et isule munera offerēt reges ara bū et sabba dona adducent et adorabunt eū omnes reges terre omēs gentes serui-ent ei. Secreta.

Ecclesie tue q̄s dn̄e dona propi tius intuere: quibus iā nō au-rū: thus et mirra profertur: sed qđ eisdē muneribus declaraṫ/imolaṫ/ et sumitur. Per d. Prefatio. Qui cū vnigenit⁹. Infra Coicātes. Quere āte canonē. Coio Vidim⁹ stellā eius in oriēte et venim⁹ cū mūerib⁹ adorare dn̄ꝫ

Presta q̄s ops deus: Postcō vt q̄ solēni celebram⁹ officio: purificate mētis intelligentia cōse-quamur. P. Secūdū Matheū. iii.

In illo tp̄e: Venit iesus a gali-lea in iordane ad iohānē: vt ba-ptizareṫ ab eo. Johannes autē ꝓhi-bebat eū dicens. Ego a te debeo ba-ptizari: et tu venis ad me? Respon-dens autē iesus: dixit ei. Sine mo-do. Sic enī decet nos: implere oēm iustitiam. Tunc dimisit eū. Bapti-zatus autē iesus: cōfestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sūt ei celi: et vidit spm̄ dei descendentē sicut co-lūbam: et venientē super se. Et ecce vox de celis dicens. Hic est filius me us dilectus: in quo michi cōplacui.

Dn̄ica post epyphaniā. Introitus.

In excelso throno vidi sede-re virū quem adorat mul-titudo angeloꝝ psallentes in vnū ecce cuius īperiū nomen est in eternū. ps. Jubilate deo oīs terra ser uite dn̄o in letitia. Glia pa. Collecta.

Omnipotēs sēpiterne deus: di-rige actus nr̄os in bn̄placito tuo: vt in noīe dilecti filii tui/mere amur bonis operibus abundare. P eundem. Ad Romanos. xii.

Fratres: Obsecro vos p miam dei: vt exhibeatis corpora vr̄a hostiā viuentē: sc̄tā deo placētē/ra tionabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini i nouitate sēsus vr̄i: vt pbetis q̄ sit volūtas dei bona: et bn̄placēs et pfecta. Dico enī p grāꝫ q̄ data est mihi oībus q̄ sūt īter vos nō plus sapere q̄ꝫ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatē: et vnicuiqꝫ si-cut deus diuisit mensurā fidei. Si-cut enī i vno corpore multa mēbra

habemus oîa autē mēbra nō eundē actū habēt: ita multi vnū corpus sumus in christo. Singuli autem: alter alterius membra. In christo iesu: domino nostro. ℟. Benedictus dñs deus israel q̄ facis mirabilia magna solus a seculo. ℣. Suscipiant mōtes pacē populo tuo et colles iustitiam. Alleluia. ℣. Jubilate deo omnis terra seruite domino in letitia.

Secundum Lucam. ii.

In illo tempore. Cum factus esset iesus annorum duodeci: ascendentibus illis hierosolymam secundū consuetudinē diei festi: cōsūmatisq̧ diebus/cum redirent: remansit puer iesus in hierusalem: et non cognouerūt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu: venerunt iter diei: et requirebant eū inter cognatos et notos. Et nō inuenientes: regressi sūt in hierusalē requirentes eū. Et factū est post triduū inuenerūt illū in tēplo sedentem in medio doctorum: audientē illos: et interrogantē eos. Stupebant autē omēs qui eū audiebant/super prudentia et responsis eius. Et videntes admirati sūt. Et dixit mater eius ad illum. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est ꝙ me querebatis? Nesciebatis quia in hiis q̄ patris mei sūt: oportet me esse. Et ipsi non intellexerunt verbum: qđ locutus est ad eos. Et descendit cū eis: et venit nazareth: et erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Et iesus proficiebat sapientia/etate et gratia: apud deum et homines. Offertorium. Jubilate deo omnis terra iubilate deo omnis terra seruite dño in letitia intrate in conspectu eius in exultatione quia dñs ipse est deus. Secreta.

Concede quesumus domine vt oculis tue maiestatis munus oblatum: et gratiam nobis deuotionis optineat: et effectum beate perennitatis acquirat. Per dñm nostrum iesū xpm. Prefatio. Quia cum vnigenitus tuus. Cōmunio. Fili quid fecisti nobis sic ego et pater tuus dolentes querebamus te et quid est ꝙ me querebatis nesciebatis quia in hiis que patris mei sūt oportet me esse.

Postcōmunio.

Per huius domine operationem mysterii: et vicia nostra purgentur: et iusta desideria compleantur. Per dominum nostrum.

Feria quarta. Introitus. Ecce aduenit. vt supra. fo. xi. Ad Romanos. primo.

Fratres. Gratia vobis et pax a deo patre/et domino nostro iesu christo. Primum quidem gratias ago deo meo per iesū christum pro oībus vobis: quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. Testis eni mihi est deus cui seruio in spū meo in euāgelio filii eius: ꝙ sine intermissione memoriā vestri facio sēper in orationibus meis: obsecrās si quo modo tandē aliquādo prosperū iter habeā in volūtate dei veniendi ad vos. Desidero enim videre vos: vt aliquid ipartiar vobis

gratie spiritalis ad confirmandos vos/id est simul consolari in vobis per eam que inuicem est fidem ve- stram atqꝫ meam.

Secundum Matheum. iiii.

IN illo tēpore. Cū audisset ie- sus ꝙ iohānes traditus esset: secessit in galileā. Et relicta ciuita- te nazareth: venit/et habitauit in ci uitate capharnaū maritima in fi- nibus zabulon et neptalim: vt adi- pleret quod dictū est per isaiā ꝓphe tam. Terra zabulon/et terra nepta lim: via maris trans iordanē gali- lee gentiū. Populus qui ambula- bat in tenebris: vidit lucē magnā. Et sedētibus in regiōe vmbre mor tis: lux orta est eis. Exinde cepit ie- sus predicare/et dicere. Penitentiā agite. Appropinquabit enī: regnū celorū. **In octa epypha. Introitus.**

ECce aduenit dn̄ator dn̄s et regnū in manu eius/et po testas et iperiū. **Ps.** Deus iu dicīū tuū regi da: et iusticiā tuam filio re gis. Gl'ia pa. **Collecta.**

DEus cuius vnigenitus in sub stātia nostre carnis apparuit: presta q̄s: vt per eū quē similem no bis foris agnouimus: intus refor- mari mereamur. Per eūdē. **Lectio beati pauli apl'i. Ad timotheū.** i. i.

CHarissime. Fidelis sermo et omni acceptione dignus: q̄a xp̄s iesus venit in hūc mundū pctō res saluos facere: quorū prim⁹ ego sū. Sed ideo miam cōsecutus sum vt in me primū ostēderet xp̄s iesus oēm patientiā: ad informationem eorū qui credituri sūt illi in vitam eternā. Regi antē seculorū imorta- li/iuisibili soli deo/honor et gloria: in secula seculorū. Amen. **R.** Oēs de sabba venient aurū et thus deferentes et laudē dn̄o annūciātes. **V.** Surge et illuia re hir'lm q2 venit lumē tuū et gl'ia dn̄i sup te orta est. **All'a. V.** Vidimus stellā eius in oriēte et venimus cū muneribus ado- rare dominū. **Prosa.** Epyphaniā. **vt s in die. Secundū Johānem.** i.

IN illo tp̄e. Vidit iohannes ie sū veniētem ad se: et ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit pctā mun di. Hic est de quo dixi. Post me venit vir qui ante me factus est: q̄a prior me erat et ego nesciebā eū. Sed vt manifestet in israel: propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimo niū perhibuit iohānes: dicēs. Quia vidi spm̄ descendentē quasi colum bā de celo: et mā̄sit super eū. Et ego nesciebā eū: sed qui misit me bapti zare in aqua: ille michi dixit. Sup quē videris spiritū descendentē/et manentē super eū: hic est qui bapti zat in spū sancto. Et ego vidi: et te- stimoniū perhibui: quia hic est fili⁹ dei. **Offer.** Reges tharsis et isule mune ra offerent reges arabū et sabba dona ad ducent et adorabunt eum oēs reges terre omnes gentes seruient ei. **Secreta.**

HOstias tibi dn̄e deferimus p nati filii tui apparitione sup pliciter exorantes: vt sicut ipse no- strorū est auctor munerum: sic ipse sit misericors et susceptor iesus chri stus dn̄s noster. Qui tecum viuit. **Coio.** Vidimus stellam eius in orien- te et venimus cū muneribus adorare do minum. **Postcoio.**

CElesti lumine q̃s dñe sẽper et
vbiq3 nos preueni: vt mysteriũ
cuius nos participes esse voluisti:
et puro cernamus ĩtuitu: et digno
percipiamus effectu. Per dominũ

Dominica prima post octabas epyphanie. Introitus.

OMnis terra adoret te deus
et psallat tibi: psalmum di
cat noĩ tuo altissime. **ps.** Iu
bilate deo oĩs terra psalmũ dicite nomi
ei⁹ date gloriã laudi ei⁹ Gl'a. **Collecta**

VOta q̃s dñe supplicantis po
puli celesti pietate prosequere
vt et que agẽda sunt videant: et adĩ
plenda que viderint conualescant.
Per do. **Ad Romanos.** xii.

FRatres. Habẽtes donatiões
secũdũ gratiã que data est no
bis differẽtes. Siue pphetiã secun
dũ rationẽ fidei. Siue ministeriũ
in ministrando. Siue qui docet: in
doctrina. Qui exhortatur: in exhor-
tãdo. Qui tribuit: in simplicitate.
Qui preest: ĩ sollicitudine. Qui mi
seretur: in hylaritate. Dilectio: sine
simulatione. Odiẽtes malũ: adhe-
rentes bono. Charitatẽ fraternita-
tis: inuicẽ diligentes. Honore: inui-
cem preueniẽtes. Sollicitudine nõ
pigri: spũ feruentes: dño seruiẽtes.
Spe gaudẽtes/in tribulatione pa-
cientes: orationi instãtes. Necessita
tibus sanctorũ coĩcantes: hospitali
tatẽ sectãtes. Benedicite: persequẽ-
tibus vos. Benedicite: et nolite ma
ledicere. Gaudere cũ gaudẽtibus:
flere cũ flentibus. Idipsũ: inuicẽ sẽ-
tientes. Non alta sapientes: sed hu
milibus cõsentientes. **R.** Misit deus
verbũ suum et sanauit eos et eripuit eos
de interitu eorũ **V.** Cõfiteantur dño mi
sericordie eius et mirabilia eius filiis ho
minũ **A**lľa **V.** Laudate deũ oẽs angeli
eius laudate eũ omẽs virtutes eius

Secundum Johannem. ii. c.

IN illo tempore. Nuptie facte
sunt in chana galilee: et erat
mater iesu ibi. Vocatus est autẽ ie-
sus et discipuli eius ad nuptias. Et
deficiente vino: dicit mater iesu ad
eũ. Vinum non habẽt. Et dicit ei ie
sus. Quid michi et tibi est mulier?
Nondũ venit hora mea. Dicit ma-
ter eius ministris. Quodcũq3 dixe-
rit vobis facite. Erant autẽ ibi la-
pidee hydrie sex posite secundũ pu-
rificationẽ iudeorũ: capientes sin-
gule metretas binas vel ternas.
Dicit ei iesus.. Implete hydrias a-
qua. Et impleuerũt eas vsq3 ad sũ
mũ. Et dicit eis iesus. Haurite nũc
et ferte architriclino. Et tulerũt. Vt
autẽ gustauit architriclinus aquã
vinũ factũ: et non sciebat vnde es-
set: ministri autem sciebant q̃ hau-
serant aquã: vocat sponsũ architri
clinus: et dicit ei. Omnis homo pri
mum bonũ vinũ ponit: et cum ine
briati fuerint: tũc id quod deterius
est. Tu autẽ seruasti bonũ vinum
FRatres: Si linguis hominū lo quar et āgeloꝝ: caritatē autē nō habeā: factus sū velut es sonans aut cymbalū tinniēs. Et si habue ro ꝓphetiā: et noueri mysteria oīa: et oēm sciētiā: et si habuero oēm fi dē. ita vt mōtes trāsferā/caritatē au tē nō habuero: nihil sū. Et si distri buero in cibos pauperꝝ oēs faculta tes meas: et si tradidero corp⁹ meū/ ita vt ardeā: caritatē aūt nō habue ro: nihil mihi ꝓdest. Caritas patiēs est: benigna est. Caritas nō emulatur nō agit perperā: nō inflatur: nō ē am biciosa: nō q̄rit que sua sūt. Nō irri tatur: nō cogitat malū: non gaudet sup iniq̄tate: cōgaudet aūt veritati. Oīa suffert/oīa credit/oīa sperat: oīa sustinet. Caritas nunq̄ excidit. Siue ꝓphetie euacuabūtur: siue li gue cessabūt. siue sciētia destruetur Ex parte eni cognoscim⁹/et ex pte ꝓphetam⁹. Cū āt venerit qđ pfectū est/euacuabitur qđ ex pte est. Cū essē paruul⁹ loquebar vt paruul⁹/sapie bā vt puul⁹/cogitabā vt puul⁹ Quā do aūt fcūs sū vir/euacuaui q̄ erant paruuli. Videm⁹ nūc per speculū in enigmate/tūc āt facie ad faciē Nūc cognosco ex pte/tūc aūt cognoscā si cut et cognit⁹ sū. Nūc aūt manent. fides. spes caritas. tria hec. Maior aut hoꝝ ē caritas. ℟. Tu es deus qui facis mirabilia solus notā fecisti in gēti b⁹ virtutē tuā ℣. Liberasti in brachio tuo populū tuū filios isrl̄ et ioseph. Tract⁹.

Iubilate deo oĩs terra: seruite dño in leticia. ℣. Intrate in conspectu eius in exultatiõe ℣. Scitote qm̃ dñs ipe est deus ℣. Ipse fecit nos et nõ ipsi nos. nos aũt pplũs eius et oues pascue eius

Secundum Lucam xviii

In illo tẽpore. Assumpsit iesus duodeci discipulos suos: et ait illis. Ecce ascẽdimus hierosolymã: et cõsũmabũt oĩa que scripta sunt per pphetas de filio hoĩs. Tradetur enĩ gẽtibus: et illudet / et flagellabitur / et cõspuet. postq̃ flagellauerit: occident eũ: et die tertia resurget. Et ipsi nihil horũ intellexerũt. Et erat verbũ istud abscõditũ ab eis: et nõ ĩtelligebãt que dicebãt. Factũ est aũtẽ cũ appropinquaret iesus hierico: cecus quidã sedebat secus viã mẽdicans. Et cũ audiret turbã ptereũtẽ. iterrogabat qđ hoc esset. Dixerunt aũt ei. q̃ iesus nazaren⁹ trãsiret. Et clamauit dicẽs. Jesu fili dauid: miserere mei. Et qui pibãt / increpabãt eũ vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: fili dauid miserere mei. Stans autẽ iesus: iussit illum adduci ad se. Et cũ appropiquasset interrogauit illũ dicens. Quid tibi vis faciã? At ille dixit. Dñe vt videam. Et iesus dixit ei. Respice: fides tua te saluũ fecit. Et cõfestim vidit et seq̃batur illũ magnificãs deũ. Et oĩs plebs vt vidit: dedit laudem deo

Offꝫ. Bñdictus es dñe doce me iustificatiões tuas bñdictus es dñe doce me iustificatiões tuas in labiis meis pnũciaui oĩa iudicia oris tui.

Secreta

Hec hostia q̃s umus domine emundet nostra delicta: et ad sacrificiũ celebrandũ subditorum tibi corpora mentesq̃ sãctificet. P.

Coĩo. Manducauerũt et saturati sũt nimis et desiderium eorum attulit eis dñs nõ sũt fraudati a desiderio suo. Postcõ.

Quesumus omnipotẽs deus: vt qui celestia alimẽta percepim⁹: per hec contra omnia aduersa muniamur. Per dominum.

Feria scđa. Lectio hieremie pphẽ. iii

Conuertimini filii reuertẽtes et sanabo auersiones vestras Ecce nos veim⁹ ad te Tu enĩ es dñs de⁹ noster. Vere mẽdaces erãt colles et multitudo mõtiũ. Vere ĩ dño deo nr̃o sal⁹ israel. Cõfusio comedit laborẽ patrũ nr̃oꝝ ab adolescẽtia nr̃a greges eorũ et armẽta eoꝝ: filios eorũ et filias eoꝝ. Dormiem⁹ in cõfusiõe nostra: et opiet nos ignominia nostra. qm̃ dño deo nostro peccauimus nos et patres nr̃i ab adolescẽtia nr̃a vsq̃ ad diẽ hãc: et nõ audiuimus vocẽ dñi dei nr̃i. Si reuerteris ad me isrl̃ ait dñs: ad me cõuertere. Si abstuleris offendicula tua a facie mea non cõmoueberis. Et iurabis viuit dñs in veritate et ĩ iudicio et in iustitia: et bñdicẽt eũ gẽtes / ipsumq̃ laudabũt. Hec enĩ dicit dñs viro iuda. et habitatori hirlm. Nouate vobis nouale. et nolite serere sup spinas. Circũcidimĩ dño: et auferte ppucia cordiũ vr̃oꝝ viri iuda ⁊ habitatores hirlm: ne forte egrediatur vt ignis idignatio mea et succedat: et nõ sit qui extinguat. Pp̃ malicia autẽ hec mala veniẽt ppter maliciã cogitationũ vr̃arũ.

Secundũ Johannem

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Propterea me pat̄ diligit: quia ego pono animā meā vt iterū sumam eā. Nemo tollet eā a me: sed ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi eam: et potestatē habeo iterū sumēdi eam. Hoc mādatum accepi a patre meo. Dissensio iterum facta est inter iudeos: ꝑpter sermones hos. Dicebāt autem multi ex ipsis. Demonium habet et insanit. quid eum auditis? Alii dicebant. Hec verba non sunt demoniū habentis. Nūquid demoniū potest cecoꝝ oculos aperire?

Feria. iiii. Secundum Marcum. x.

In illo tempore. Erant in via ascendentes hierosolymā: et p̄cedebat illos iesus. Et stupebant et sequentes timebant. Et assumens iterū duodecim: cepit illis dicere: q̄ essent ei ventura. Quia ecce ascēdimus hierosolymā: et filius hoīs tradetur principibus sacerdotū et scribis et senioribus et dānabunt eum morte. Et tradent eum gentibus et illudent ei et conspuent eum et flagellabunt eum: et interficient eum et tertia die resurget. In capite ieiunii ante missam celebraturus vestimentis sacerdotalibus oībus preter casulā indutus: primū ad cineres benedicendū p̄cedat modo sequenti. Adiutoriū nostrū in noīe domini Qui fecit celū et terrā. Sit nomen dn̄i benedictū. Ex hoc nunc et vsq̄ i seculū. Dn̄e exaudi oratione meam Et clamor meus ad te veniat. Dn̄s vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus qui nō mortē sed penitētiam desideras peccatoꝝ. fragilitatē cōditionis humane benignissime respice: et hos cineres quos causa p̄ferende humilitatis atq̄ promerende venie capitibus nostris īponi decernimus bene ✠ dicere tua pietate dignare vt qui nos cinerem esse: et ob prauitatis nostre meritū in puluerem reuersuros cognoscimus: pctōꝝ oīum veniā: et premia petentibus repromissa misericorditer consequi mereamur. Per dn̄m.

Item alia oratio. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus qui misereris oīm. et nihil odisti eoꝝ que fecisti. dissimulās peccata hominū ꝑpter penitētiā: qui etiam subuenis in necessitate laborātibus. bene ✠ dicere. et sācti ✠ ficare hos cineres dignare quos causa humilitatis et scē religionis ad emūdāda delicta nostra sup capita nostra ferre cōstituisti: more niniuitarum: et da per inuocationē tui noīs: vt oēs qui eos ad deprecādā tuā misericordiā sup capita sua tulerint: a te mereant̄ oīum delictoꝝ suoꝝ veniam accipere: et hodie sic eorum inchoare ieiunia sācta: vt in die resurrectiōis purificatis mētibus ad sāctū mereātur accedere pascha: et in futuro ꝑpetuā accipere gloriā. Per.

Finitis oratiōibus p̄dictis aspergat aqua benedicta cineres p̄dictos Et tūc genibus flexis recipiat: ipse primo ab alio maiore vel minore sacerdote p̄sente. deinde cūctis genib⁹ flexis venientibus: frontibus eorū de cineribus benedictis imponendo sig

gnum crucis i primo modo dicat. Recognosce homo quia cinis es: et in cinerem reuerteris. Quib⁹ peractis. Et septē psalmis penitentialibus vbi mos fuerit genibus flexis finitis sequitur Kirieleysō xp̄eleyson. Kirieleysō. Pater noster. Et ne nos. ℣ Et veniat super nos mia tua dn̄e. ℟ Salutare tuum secundū eloquium tuum. ℣ Dn̄e deus virtutum conuerte nos. ℟ Ostende faciē tuam et salui erimus. Domine exaudi orationem meam: Et clamor meus ad te veniat. Dn̄s vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus

Orationes sequentes dicūtur ad vnum Per dominū. Oratio

Deus qui humili actione flecteris et satisfactione placaris: aurem tue pietatis inclina precibus nostris: et capitibus seruorum tuorū hoꝝ cinerum aspersiōe a ttactis effunde propicius gratiā tue benedictionis. vt eos et spiritu cōpunctionis repleas et que postulauerit efficaciter concedas: et cōcessa perpetua stabilitate manere itacta decernas.

Oratio. Adesto domine sup plicatiōibus nostris: nec sit ab his famulis tuis clemētie tue lōginqua miseratio: sana vulnera eorūqꝫ remitte peccata: vt nullis a te iniquitatibus separati tibi domio semper valeant adherere. Oratio

Miserere quesum⁹ dn̄e deus famulis tuis et cōtinuis tribulationibus laborātes celeri ꝓpiciatione letifica. Per dominū.

Ad Missam. Introitus.

Misereris oīm domine et nichil odisti eorum que fecisti dissimulās peccata hoim ꝓpter penitentiam et parcēs illis quia tu es domin⁹ deus noster. Ps. Miserere mei deus miserere mei: quoniā in te confidit anima mea. Oremus. Sequitur Flectamus genua leuate. Et ita dicit singulis diebus ieiuniorū vsqꝫ ad pascha et non dn̄icarum. Oratio.

Presta domine fidelibus tuis: vt ieiuniorum veneranda solennia et congrua pietate suscipiāt et secura deuotione percurrant. P.

Lectio Johelis ꝓphete. ii.

Hec dicit dominus: Conuertimini ad me in toto corde vr̄o: in ieiunio et fletu/et planctu: et scindite corda vestra et nō vestimēta vr̄a Et conuertimini ad dominū deum vestrū: quia benignus et misericors est: patiens et multe misericordie: et prestabilis super malicia Quis scit si conuertatꝰ et ignoscat: et reliquat post se benedictionem: Sacrificiū et libamen: dn̄o deo nostro. Canite tuba in syon: sanctificate ieiuniū: vocate cetū cōgregate populū/sāctificate ecclesiā/coadunate senes: congregate paruulos/et sugentes vbera. Egrediatur spōsus de cubili suo et sponsa de thalamo suo. Inter vestibulū et altare plorabunt sacerdotes ministri dn̄i: et dicent. Parce domine parce pp̄lo tuo et ne des hereditatē tuam in opprobrium: vt dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi est deus eorum zelatus est dn̄s terram suam: et pepercit populo suo. Et respōdit dn̄s: et dixit populo suo. Ecce ego mittā vobis frumētū et vinū/et oleū: et re-

plebimini in eis: et non dabo vos vl
tra opprobrium in gentib⁹: dicit do
minus omipotens. ℞. Miserere mei
de⁹ miserere mei quoniā in te cōfidit ani-
ma mea. ℣. Misit de celo et liberauit me
dedit in opprobriū cōculcantes me.

Secundum Matheum. vi.

IN illo tēpore: Dixit iesus disci
pulis suis. Cum ieiunatis: no
lite fieri sicut hypocrite tristes. Ex-
termināt eni facies suas: vt appare
ant hoibus ieiunātes. Amē dico vo-
bis: quia receperūt mercedē suā. Tu
autē cū ieiunas vnge caput tuū / et
faciē tuā laua / ne videaris hoibus ie
iunās: sed patri tuo qui est in abscō
dito: et pater tuus qui videt ī abscō-
dito reddet tibi. Nolite thesaurizare
vobis thesauros in terra vbi erugo
et tinea demolit: et vbi fures effodi-
unt et furātur. Thesaurizate autē
vobis thesauros in celo / vbi nec eru
go nec tinea demolitur: et vbi fures
nō effodiunt nec furantur. Vbi eni
est thesaurus tuus: ibi est et cor tuū

Offr. Exaltabo te dn̄e quoniam susce-
pisti me: nec delectasti inimicos meos su-
per me domine clamaui ad te et sanasti
me.

Secreta.

HAc nos q̄s op̄s deus his mu-
neribus offerēdis cōueniēter
aptari: quibus ipsius venerabilis sa
cramenti celebramus exordiū. Per.

Prefatio. Qui corporali ieiu. Que-
re i prefationib⁹. Et dicit singulis di
ebus in missis feriarū abhinc vsq;
ad dn̄icā de passione. Coio. Qui me-
ditabitur in lege domini die ac nocte da-
bit fructum suum in tempore suo.

Postcōmunio

PErcepta nobis domine prebe
ant sacramēta subsidiū: vt et
tibi grata sint nostra ieiunia / et no
bis proficiāt ad medelā. P do. Ore-
mus. Humiliate capita vestra deo.
Dicit q̄diu. Flectam⁹. Sup pplm.

INclinantes se dn̄e maiestati
tue propicius intēde: vt qui di-
uino munere sunt refecti / celestibus
semper nutriātur auxiliis. P dn̄m

Nota q̄ orō super populū debet
dici post suffragia siue cōmemora-
tiones et esse sēper vltima vsq; ad fe
riā quintā maioris ebdomade. Fe-
ria quinta. Introitus

DVm clamarē ad dn̄m exau-
diuit vocem meam ab his
qui appropinquāt michi et
humiliauit eos qui est ante secula /
et manet ī eternū iacta cogitatū tu-
um in dn̄o et ipse te enutriet. Ps. Ex
audi deus orationem meā et ne desperē-
ris deprecationē meam: intende michi et
exaudi me. Flectamus. Collecta.

DEus qui culpa offenderis pe-
nitentia placaris preces popu
li tui supplicātis ppicius respice: et
flagella tue iracūdie que pro pecca-
tis nostris meremur auerte. P do.

Lectio isaie pphete. xxxviii.

IN diebus illis. Egrotauit eze-
chias vsq; ad mortem: et intro
iuit ad eū isaias filius amos pphe-
ta et dixit ei. Hec dicit dn̄s. Dispone
domui tue: quia morieris tu et non
viues. Et cōuertit ezechias faciē su-
am ad parietē: et orauit ad dn̄m et
dixit. Obsecro dn̄e memēto q̄so quo
modo āmbulauerī corā te ī veritate / et
in corde perfecto et quod bonū est i

oculis tuis feceri. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factũ est verbũ dñi ad isaiã dicens. Vade: et dic ezechie. Hec dicit dominus deus dauid patris tui. Audiui oratione tuã: et vidi lachrymas tuas. Ecce ego adiiciam super dies tuos quindeci ãnos: et de manu regis assyriorum eruam te: et ciuitate istam et protegã eã. Dicit dñs oñs. R. Iacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet. V. Dum clamarem ad dominum exaudiuit voce meã ab his qui appropinquant michi.

Secundum Lucã. vii.

In illo tempore: Intrauit iesus capharnaũ. Centurionis autẽ cuiusdã seruus male habẽs erat moriturus: qui illi erat preciosus. Et cũ audisset de iesu: misit ad eum seniores iudeorũ rogans eũ vt veniret et saluaret seruum eius. At illi cum venissent ad iesum rogabãt eũ sollicite dicentes ei: quia dignus est vt hoc illi prestes. Diligit enĩ gentẽ nostrã: et synagogã ipse edificauit nobis. Iesus autem ibat cũ illis. Et cũ iã nõ longe esset a domo: misit ad eũ cẽturio amicos dicẽs. Dñe: noli vexari. Nõ enĩ sum dignus/ vt sub tectum meũ intres: ppter quod et me ipsũ nõ sũ dignũ arbitratus vt venirẽ ad te: sed dic verbo et sanabit puer meus. Nam et ego homo sũ sub potestate cõstitut⁹ habẽs sub me milites/ et dico huic vade et vadit/ et alio veni et venit: et seruo meo fac hoc et facit. Quo audito iesus mirat⁹ est: et cõuersus sequẽtibus se turbis dixit. Amẽ dico vobis: nec in israel tantã fidẽ inueni. Et reuersi qui missi fuerant domum: inuenerũt seruũ qui languerat sanum. Offr. Ad te dñe leuaui animã meam deus meus in te confido non erubescã neq; irrideant me inimici mei etenĩ vniuersi qui te expectant nõ cõfũdentur. Secre

Sacrificiis presẽtibus dñe qs intẽde placat⁹: vt et deuotiõi nostre proficiãt et saluti. p dñm. Coĩo Acceptabis sacrificiũ iusticie oblatiões et olocausta super altare tuũ dñe. Postcõ.

Celestis doni benedictione percepta supplices te deus oĩpotẽs deprecamur: vt hoc idem nobis et sacramẽti causa sit et salutis. p.

Super ppłm. Oremus. Humiliate

Parce domie parce populo tuo vt dignis flagellationibus castigatus: in tua miseratione respiret. Per dominũ nrm.

Feria vi. Introitus

Audiuit dñs et misertus est michi domin⁹ factus est adiutor me⁹. Ps. Exaltabo te dñe quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Gloria. Collecta

Inchoata ieiunia qs dñe benigno fauore psequere: vt obseruãtiã quã corporalit̃ exhibem⁹ mẽtib⁹ etiã sinceris exercere valeamus. p.

Lectio isaie prophete. lviii

Hec dicit dominus. Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocẽ tuam: et annuncia populo meo scelera eorũ: et domui iacob peccata eorũ. Me etenĩ de die in diem querunt et scire vias meas volũt. Quasi gẽs que iusticiã fecerit: et que iudicium dei sui nõ dereliquerit. Rogant me iudicia iusticie: et appropiquare deo

volunt. Quare ieiunamus et non
aspexisti: humiliauimus aīas no-
stras et nescisti? Ecce in die ieiunii
vestri inuenietur voluntas vestra:
et omēs debitores vestros repetitis.
Ecce ad lites et ad contentiones ie-
iunatis: et percutitis pugno impie
Nolite ieiunare sicut vsqꝫ ad hāc di-
em: vt audiatur ī excelso clamor ve-
ster. Nunquid tale est ieiuniū quod
elegi: per diē affligere hoīem aīam
suā? Nunquid cōtorquere quasi cir
culū caput suū: et saccum et cinerē
sternere? Nunquid istud vocaui ie-
iuniū: et diem acceptabilē dn̄o? Nō-
ne hoc est magis ieiuniū quod ele-
gi? Dissolue colligationes ipietatis
solue fasciculos depmētes Dimit
te eos qui confracti sunt liberos: et
omne onus dirumpe. Frange esu-
rienti panē tuū: et egenos vagosqꝫ ī
duc in domū tuā. Cum videris nu-
dum operi eum: et carnē tuā ne de-
spexeris. Tunc erūpet quasi mane
lumen tuum: et sanitas tua citius
orietur. Et anteibit faciem tuā iu-
sticia tua: et gloria dn̄i colliget te.
Tūc inuocabis et dn̄s exaudiet: cla
mabis: et dicet ecce adsū: quia mise
ricors sum: dn̄s deus tuus. ℟. Vnam
petii a dn̄o hanc requiram vt inhabitē in
domo domini. ℣. Vt videam voluntatem
dn̄i et protegar a templo sancto eius.

Secundū Matheum. .v.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipu
lis suis. Audistis quia dictum
est antiquis. Diliges proximū tuū:
et odio habebis inimicū tuum Ego
autē dico vobis. Diligite inimicos
vestros / benefacite his qui oderunt
vos: et orate pro persequentibus et
calumniātibus vos: vt sitis filii pa-
tris vestri qui in celis est: qui solē su
um oriri facit sup bonos et malos /
et pluit super iustos et iniustos. Si
enim diligitis eos qui vos diligunt
quam mercedē habebitis? Nōne et
publicani hoc faciunt? Et si saluta
ueritis fratres vestros tātū quid am
plius facitis? Nonne et ethnici hoc
faciunt? Estote ergo vos perfecti / si-
cut et pater vester celestis perfectus
est. Attendite ne iusticiā vestrā faci-
atis coram hominibus: vt videami
ni ab eis Alioquin mercedē nō habe
bitis apud patrē vestrū qui in celis
est Cum ergo facis elemosynā noli
tuba canere ante te: sicut hypocrite
faciunt in synagogis et ī vicis vt ho
norificētur ab hominibus. Amē di-
co vobis: receperūt mercedē suā. Te
autem faciēte elemosynā: nesciat si
nistra tua quid faciat dextera tua /
vt sit elemosyna tua in abscondito
Et pater tuus qui videt te in abscō
dito reddet tibi. Et cū oratis nō eri-
tis sicut hypocrite qui amāt ī syna-
gogis et ī angulis platearū stātes
orare: vt videantur ab hoībus. Amē
dico vobis: receperūt mercedem suā
Tu aūt cū oraueris: intra in cubi-
culū tuū et clauso ostio ora patrem
tuū in abscondito: et pater tuus qui
videt ī abscōdito reddet tibi. Offer.
Dn̄e viuifica me secundū eloquiū tuum
vt sciā testimonia tua. Secreta

Sacrificiū dn̄e quod obseruātie
paschalis offerimꝰ presta que-
sumus vt tibi et mentes nostras red
dat acceptas et continentie prōptio

ris nobis tribuat facultatē. Per do.
Prefatio. Qui corporali. Coio. Ser
uite domino in timore et exultate ei cum
tremore apprehēdite disciplinam ne pere
atis de via iusta. Postcoio

Spiritum in nobis dñe tue ca
ritatis infunde: vt quos vno
celesti pane saciasti tua facias pie=
tate concordes. P do. Oremus. Hu=
miliate capita vr̃a deo. Sup ppl̃m.

Vere domie populū tuū et ab
oībus peccatis clemēter emū=
da quia ei nulla nocebit aduersitas
si nulla dñetur iniquitas. Per dñm

Sabbato. Introitus

Audiuit dñs et misertus est
michi dñs fact⁹ est adiutor
meus. ps. Exaltabo te domine
quoniā suscepisti me: nec delectasti inimi=
cos meos super me. Gl'a. Oremus. Fle
ctamus genua. leuate. Collecta.

Obseruationis huius ānua ce
lebritate letantes q̄s dñe vt pa
schalibus actionibus inherētes ple=
nis eius affectibus gaudeamus. P.

Lectio isaie pphete. lviii

Hec dicit dñs. Si abstuleris de
medio tui cathenā/ et desieris
extendere digitū: et loqui quod non
prodest. Cum effuderis esurieti ani
mā tuā: et animā afflictam repleue
ris orietur in tenebris lux tua: et te=
nebre tue erūt sicut meridies. Et re=
quiem dabit tibi dñs deus tu⁹ sem=
per et implebit splendoribus aīam
tuā: ⁊ ossa tua liberabit Et erit qua
si ortus irriguus: et sicut fons aqua
rū cuius nō deficiēt aque Et edifica
bunt in te deserta seculorū: fūdamē
ta generatiōis et generationis susci
tabis. Et vocaberis edificator sepiū
auertēs semitas in quietē. Si auer
teris a sabbato pedē tuū facere volū
tatē tuā in die sancto meo/ et voca=
ueris sabbatū delicatū/ et sāctū dñi
gloriosū/ et glorificaueris eū dū nō
facis vias tuas: et nō inuenitur volū=
tas tua/ vt loquaris sermonē: tūc de
lectaberis sup dño/ et sustollā te su=
per altitudines terre: et cibabo te he
reditate iacob patris tui. Os enim
dñi: locutū est. R. Unam petii a domi=
no hanc requirā vt inhabitē in domo dñi.
V. Ut videam volūtatē dñi et ptegar a tē=
plo sācto eius. Secūdū Marcū. vi

In illo tpe. Cū sero factū esset
erat nauis ī medio mari: et ie=
sus solus in terra. Et vidit
borantes in remigando. erat enī vē=
tus cōtrarius eis. Et circa quartam
vigiliā noctis venit ad eos āmbulans
supra mare: et volebat preterire eos.
At illi vt viderūt eū āmbulantē supra
mare: putauerūt fātasma esse/ et ex
clamauerūt. Oēs ei viderūt eū: et cō
turbati sūt Et statī locutus est cum
eis: et dixit eis. Cōfidite. Ego sū: no
lite timere. Et ascēdit ad illos ī na=
ui: et cessauit vētus. Et plus magis
intra se stupebāt. Non enī intellere
rāt de panib⁹. Erat enī cor illorū ob
cecatū. Et cū transfretassent perue=
nerūt in terrā genezareth: et appli=
cuerūt. Cumqȝ egressi essent de naui
cōtinuo cognouerūt eū: et percurrē=
tes vniuersā regionē illā: ceperūt in
grabatis eos qui se male habebāt.
circunferre/ vbi audiebāt eum esse
Et quocūqȝ itroibat in vicos vel in
villas aut ciuitates/ in plateis po=

nebãt infirmos: et deprecabãtur eũ vt vel fimbriã vestimẽti eius tãgerẽt. Et quotquot tangebãt eũ: salui fiebãt. Offr. Domine viuifica me secũdũ eloquiũ tuũ vt sciã testimonia tua. Secr.

Suscipe dñe sacrificiũ cuius te voluisti dignãter imolatione placari presta q̃s: vt huius operatione mũdati beneplacitũ tibi nostre mẽtis offeramus affectũ. p. Prefatio. Qui corporali. Coio. Seruite dño i timore et exultate ei cũ tremore apprehẽdite disciplinam ne pereatis de via iusta.

Celestis vite munere Postcõ vegetati q̃s dñe vt quod est nobis in presẽti vita mysteriũ: fiat eternitatis auxiliũ. Per. Oremus Humiliate capita vestra. Super ppl'm

Fideles tui deus ppetuis donis firment'. vt eadẽ et percipiẽdo requirãt: et querẽdo sine fine percipiãt. p do. Dñica .i. xl. Introitus

Inuocauit me et ego exaudiam eũ eripiã eũ et glorificabo eũ longitudine dierũ adimplebo eũ. ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur. Collecta

Deus q̃ ecclesiã tuã ãnua quadragesimali obseruatione purificas: pra familie tue: vt quod a te optinere abstinendo nititur: hoc bonis operibus exequatur. p dñm

Ad Corinthios: ii. vi

Fratres: Hortamur vos ne i vacuũ gratiã dei recipiatis. Ait enĩ. Tẽpore accepto exaudiui te: et i die salutis adiuui te. Ecce nũc tẽp' acceptabile: ecce nũc dies salutis Nemini dãtes vllã offẽsionẽ vt nõ vituperetur ministeriũ nostrũ: sed in oĩbus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros: in multa patiẽtia/ in tribulationibus/ in necessitatibus/ ĩ angustiis/ in plagis/ in carceribus/ ĩ seditionibus/ in laboribus/ in vigiliis/ in ieiuniis/ in castitate/ in sciẽtia in longanimitate/ in suauitate/ in spiritu sancto/ in charitate nõ ficta/ in verbo veritatis: in virtute dei Per arma iusticie: a dextris et a sinistris Per gloriã: et ignobilitatẽ. Per ifamiã: et bonã famã. Vt seductores et veraces. Sicut qui ignoti: et cogniti. Quasi morientes: et ecce viuimus. Vt castigati: et non mortificati. Quasi tristes: semper autẽ gaudentes. Sicut egentes: multos aũt locupletãtes. Tanq̃ nichil habẽtes: et omnia possidentes. R. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omibus viis tuis. V. In manibus portabũt te ne vnq̃ offendas ad lapidem pedem tuũ.

Qui habitat in adiu Tractus torio altissimi in protectiõe dei celi cõmorabit'. V. Dicet dño susceptor meus es tu et refugiũ meũ deus meus sperabo in eũ. V. Quoniã ipse liberauit me de laqueo venãtiũ: et a verbo aspero. V. Scapulis suis obũbrabit tibi et sub pẽnis eius sperabis. V. Scuto circundabit te veritas eius nõ timebis a timore nocturno. V. A sagitta volante per diem a negotio pambulãte i tenebris a ruina et demonio meridiano. V. Cadẽt a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis tibi autẽ non appropiquabit. V. Quoniã ãgelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus viis tuis. V. In manibus portabũt te ne vnq̃ offẽdas ad lapidẽ pedẽ tuũ V. Su-

per aspidē et basiliscum ambulabis: et cōculcabis leonē et draconē. ℣ Quoniam in me sperabit liberabo eum protegā eū: quoniā cognouit nomen meum. ℣ Inuocauit me et ego exaudiā eū cum ipso sum in tribulatione. ℣ Eripiam eum et glorificabo eum: longitudine dierū adimplebo eum: et ostendā illi salutare meum.

Secundum Matheū. iiii.

In illo tpe: Ductus est iesus in desertū a spiritu: vt tēptaret a diabolo. Et cū ieiunasset quadraginta dieb⁹ et quadraginta noctib⁹: postea esuriit. Et accedens tentator: dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondēs dixit. Scriptū est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo qđ procedit de ore dei. Tunc assumpsit eū diabolus in sanctam ciuitatē: et statuit eū supra pinnaculū tēpli/et dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsū. Scriptū est eni: quia angelis suis mandauit de te et in manib⁹ tollent te: ne forte offēdas ad lapidē pedē tuū. Ait illi iesus rursū. Scriptū est. Non tentabis dñm deū tuū. Iterū assumpsit eū diabolus in montē excelsū valde/ et ostēdit ei oīa regna mundi/et gloriā eorū: et dixit ei. Hec omia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei iesus. Vade sathana. Scriptum est eni. Dñm deum tuū adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eū diabolus / et ecce angeli accesserunt: et ministrabant ei. Offꝫ. Scapulis suis obumbrabit tibi dñs et sub pēnis eius spabis scuto circūdabit te veritas eius. Secreta.

Sacrificiū quadragesimalis initii solenniter imolamus te dñe deprecantes: vt cū epularū restrictiōe carnaliū / a noxiis quoqꝫ voluptatibus tēperemur. P dñm. Coio Scapulis suis obūbrabit tibi et sub pēnis eius sperabis scuto circundabit te veritas eius. Postcōio

Tui nos dñe sacra mēti libatio sācta restauret: et a vetustate purgatos in mysterii salutaris faciat transire consortiū. P.

Feria secūda. Introitus

Sicut oculi seruorū in manibus dñorū suorum ita oculi nostri ad dñm deū nostꝝ donec misereaꝫ nostri miserere nobis dñe miserere nobis. Ps. Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Collcā

Conuerte nos deus salutaris noster: et vt nobis ieiuniū quadragesimale pficiat mētes nostras celestibus instrue disciplinis. P. do.

Lectio ezechielis pphete. xxxiiii

Hec dicit dñs deus. Ecce ego ipse requirā oues meas: et visitabo eas. Sicut visitat pastor gregē suum: in die quādo fuerit in medio ouiū suarū dissipatarū: sic visitabo oues meas: et liberabo eas de omnibus locis in quibus disperse fuerāt/ in die nubis et caliginis. Et educā eas de populis: et cōgregabo eas de terris: et inducā eas in terrā suā: et pascā eas in mōtibus israel/ī riuis/ et in cunctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascā eas: et in montibus excelsis israel erunt pascue eaꝝ. Ibi requiescent in herbis virētibus: et in pascuis pinguibus pascentur super montes israel. Et ego pascā oues meas: et ego eas accubare faci

am/dicit dn̄s deus. Qd̄ perierat req̄
rā: et quod abiectū fuerat reducam:
et quod cōfractū fuerat alligabo: et
quod infirmū fuerat cōsolidabo: et
quod pingue et forte custodiā: et pa
scam illas in iudicio et iusticia: di-
cit dn̄s oīps. ℟. Protector noster aspice
deus et respice super seruos tuos. ℣. Dn̄e
deus virtutū exaudi preces seruorū tuorū

Tractus

Domine nō secundū peccata nostra que fecimus nos ne-
q3 secundū iniquitates nostras retribuas
nobis. ℣. Dn̄e ne memineris iniquitatū
nostrarū antiquarū cito anticipēt nos mi
sericordie tue quia pauperes facti sumus
nimis. ℣ Adiuua nos deus salutaris no-
ster et propter gloriam nōis tui dn̄e libe-
ra nos et propicius esto peccatis nostris.
ppt̄ nomē tuū. Predict⁹ tract⁹ dr̄ feria
ii. et vi. cuiuslibet ebdomade. vsq3 ad
dn̄icā de passione. Scd̄z Math. xxv.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipu
lis suis. Cū venerit filius hōis
in maiestate sua/et omēs angeli cū
eo: tūc sedebit super sedē maiestatis
sue. Et cōgregabuntur ante eū oēs
gētes/et separabit eos ab inuicē: si-
cut pastor segregat oues ab hedis.
Et statuet oues quidē a dextris: he-
dos autē a sinistris: Tunc dicet rex
his qui a dextris eius erunt. Venite
benedicti patris mei: possidete para
tū vobis regnū a cōstitutione mun-
di. Esuriui enim: et dedistis michi
manducare. Sitiui: et dedistis mi-
chi bibere. Hospes erā: et collegistis me
Nudus: et cooperuistis me. Infir-
mus: et visitastis me. In carcere erā
et venistis ad me. Tunc respōdebūt
ei iusti dicentes. Domine quādo te

vidimus esuriētē: et pauimus? Si-
tientē: et dedimus tibi potū? Quā-
do autem te vidimus hospitē: et col
legimus te? Aut nudum: et cooperu
imus te? Aut quādo te vidimus in-
firmum/aut in carcere: et venimus
ad te? Et respondens rex dicet illis.
Amen dico vobis: q̄diu fecistis vni
de his fratribus meis minimis: mi
chi fecistis. Tunc dicet et his qui a
sinistris erunt. Discedite a me ma-
ledicti in ignē eternū: qui paratus
est diabolo et angelis eius. Esuriui
enī et non dedistis michi mādūcare
Sitiui/et non dedistis michi potū.
Hospes erā: et nō collegistis me. Nu
dus: et non cooperuistis me. Infir-
mus/et in carcere/et non visitastis
me. Tunc respondebūt et ipsi dicen
tes. Dn̄e: quando te vidimus esuriē
tem aut sitientem/aut hospitē/aut
nudum/aut infirmum vel in carce
re/et nō ministrauimus tibi? Tūc
respondebit illis dicens. Amē dico
vobis: q̄diu non fecistis vni de mi-
norib⁹ his: nec michi fecistis. Et ibūt
hi in suppliciū eternū: iusti autē in
vitam eternā. Offr̄. Leuabo oculos
meos et considerabo mirabilia tua dn̄e vt
doceas me iusticiam tuam da michi intel
lectū vt discam mandata tua dn̄e. Secr.

Munera domine oblata sancti
fica: nosq3 a peccatorū nostro
rū maculis emunda. Per dn̄m. Pre
fatio. Qui corporali. Coīo. Voce mea
ad dn̄m clamaui et exaudiuit me de mō-
te sācto suo nō timebo milia populi circū
dantis me. Postcoīo.

Salutaris tui domine mune-
re saciati supplices exoramus

vt cuius letamur gustu renouemur effectu. Per dñm. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Sup pplm.

Absolue q̄s domine nostrorū vincula peccatorū: et quicq̄d pro eis meremur ppiciatus auerte. p dñm. Feria tercia Introitus

Domine refugiū factus es nobis a generatiōe et pgenie a seculo et in seculū tu es: ps. Priusq̄ montes fierent aut formaretur terra et orbis: a seculo et vsq̄ in seculū tu es deus. Oremus. Flecta. Collecta.

Respice dñe familiā tuā et prēsta vt apud te mēs nr̄a tuo deside rio fulgeat: que se carnis maceratione castigat. P. Lcō isaie pphete. lv.

In diebus illis: Locutus est isaias ppheta dicēs. Querite dñm dū inueniri potest inocate eū dū ppe ē. Derelinquat ipius viā suā/ et vir iniquus cogitationes suas: et reuertatur ad dominū et miserebitur eius: et ad deū nostrū/ quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes mee cogitationes vestre neq̄ vie vestre/ vie mee dicit domin⁹. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sūt vie mee a viis vestris et cogitationes mee a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber et nix de celo/ et illuc vltra nō reuertitur: sed inebriat terrā et infū dit eam/ et germinare eam facit/ et dat semen serenti/ et panē comedenti: sic erit verbum meū quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum/ sed faciet quecunq̄ volui: et psperabitur in his ad que misi illud. Ait dominus omps. R. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo dñe. V. Eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinū. S. Mathe. xxi.

In illo tempore. Cum intrasset iesus hierosolymam: commota est vniuersa ciuitas dicens. Quis est hic: Populi autem dicebant. Hic est iesus propheta a nazareth galilee. Et intrauit iesus in templum dei et eiciebat omnes vendentes et ementes in templo: et mensas nūmulariorum et cathedras vendentium columbas euertit. Et dixit eis. Scriptum est/ domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncā latronum. Et accesserunt ad eum ceci et claudi in templo: et sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotum et scribe mirabilia que fecit et pueros clamātes in templo et dicentes osanna filio dauid: indignati sunt et dixerūt ei. Audis quid isti dicunt: Jesus autē dixit eis. Vtiq̄. Nunq̄ legistis: quia ex ore infantiū et lactentiū perfecisti laudem: Et relictis illis abiit foras extra ciuitatē in bethaniā. Ibiq̄ mansit et docebat eos de regno dei. Offertoriū. In te speraui domine dixi tu es deus me⁹ in manib⁹ tuis tēpora mea.

Oblatis domine Secreta q̄s placare muneribus: et a cūctis nos defende periculis. Per dominū. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Coīo. Cum inuocarē exaudisti me deus iusticie mee in tribulatione dilatasti me miserere michi domine et exaudi orationem meam. Postcoio.

Quesumus ōps deus: vt illius salutaris capiamus effectum

cuius per hec mysteria pignus acce-
pimus.Per dn̄m. Oremus. Humi-
liate capita vestra deo. Sup ppl̄m.
ASCendāt ad te dn̄e preces no
stre:et ab ecclesia tua cunctā
repelle nequiciā.p do. Feria quarta
in quattuor tēporibus. Introitus
REminiscere miserationum
tuaꝝ dn̄e et mie tue que a se
culo sunt ne vnq̄ dominen
tur nobis inimici nr̄i libera nos de⁹
israel ex oībus angustiis nostris. Ps
Ad te dn̄e leuaui aīam meā:deus meus i
te confido non erubescam. Hic dicit̄. Do
minus vobiscū. Oremus et Flecta-
mus genua leuate. Collecta
PReces nr̄as dn̄e clemēter exau
di et cōtra cūcta nobis aduer-
santia dexterā tue maiestatis exten
de.p. Lcō libri Exodi. xxiiii.
IN dieb⁹ illis. Dixit aūt dn̄s ad
moysen. Ascēde ad me in mon
te et esto ibi:daboq̄ȝ tibi tabulas la-
pideas et legē ac mādata q̄ scripsi:
vt doceas filios israel Surrexerunt
moyses et iosue mi̅ster eius: ascēdēs
q̄ȝ moyses in mōtē dei:seniorib⁹ ait.
Expectate ergo hic/donec reuerta-
mur ad vos.Habetis aarō et hur vo-
biscū:si quid natū fuerit q̄stiōis/re-
feretis ad eos. Cūq̄ȝ ascēdisset moy-
ses:operuit nubes mōtē/⁊ habitauit
gloria dn̄i super synai tegēs illū nu
be sex dieb⁹ Septio aūt die:vocauit
eū dn̄s de medio caligis. Erat autē
species gl̄e dn̄i quasi ignis ardēs sup
v̄ticē mōtis:i cōspectu filioꝝ israel
Jngressusq̄ȝ moyses medium ne-
bule:ascēdit in mōtē:et fuit ibi qua
dragita diebus:et quadragita nocti
bus. R. Tribulationes cordis mei dila-
tate sūt de necessitatib⁹ meis eripe me dn̄e
V. Vide humilitatē meā et laborē meū et
dimitte oīa pctā mea. Hic dr̄. Oremus
et Flectamus. dūtaxat. Oratio
DEuotionē populi tui dn̄e beni
gnus intende: vt qui per ab-
stinētiā macerant̄ in corpore: p fru-
ctū boni operis reficiātur i mēte.p.
Lectio libri regū .iii.xix.
IN diebus illis: Venit helyas i
bersabee iuda:et dimisit ibi pu
erū suū:et perrexit in desertū viam
vni⁹ diei Cūq̄ȝ venisset et sederet sub
ter vnā iuniperū:petiuit anīe sue vt
moreret̄ Et ait. Sufficit michi dn̄e:
tolle aīam meā. Neq̄ȝ eni melior sū:
q̄ patres mei. Proiecitq̄ȝ se:et obdor
miuit i vmbra iuniperi. Et ecce āge
l⁹ dn̄i tetigit eū:dixitq̄ȝ illi. Surge:
comede Respexit:et ecce ad caput su
um subcinerici⁹ panis/et vas aque.
Comedit ergo et bibit:et rursū ob-
dormiuit Reuersusq̄ȝ est āgelus dn̄i
secūdo:et tetigit eū:dixitq̄ȝ illi. Sur
ge:comede. Grandis eni tibi restat
via. Qui cū surrexisset/comedit et
bibit:et ābulauit i fortitudie cibi il-
lius quadragita dieb⁹ et quadragin
ta noctib⁹: vsq̄ȝ ad mōtem dei oreb.
DE necessitatibus me Tractus.
is eripe me dn̄e vide hūilitatē meā
et laborē meū et dimitte oīa peccata mea
V. Ad te dn̄e leuaui aīam meā deus me-
us i te cōfido nō erubescā neq̄ȝ irrideāt me
inimici mei. V. Etei vniuersi q̄ te expectāt
nō cōfūdent̄ cōfūdant̄ oēs faciētes vana.
Tract⁹ p̄dictus dicit̄ singulis quar
tis feriis vsq̄ȝ ad dominicā de passi
one.

Secundũ Matheum. xii

In illo tp̃e: Accesserunt ad iesũ scribe et pharisei dicẽtes. Magister: volum9 a te signũ videre. Qui respondẽs ait illis. Generatio mala et adultera signũ querit: et signũ nõ dabitur ei nisi signũ ione pphete. Sicut eni fuit ionas in vẽtre ceti tribus diebus / et tribus noctibus / sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Viri niniuite surgẽt i iudicio cũ generatione ista et cõdẽnabũt eã: quia penitentiã egerũt in p̃dicatiõe ione Et ecce plusq̃ iona hic. Regina austri surget in iudicio cũ generatiõe ista et cõdẽnabit eã: quia venit a finibus terre audire sapiẽtiã salomonis. Et ecce plusq̃ salomon hic. Cũ aũt imũd9 spũs exierit ab hoĩe ãbulat p loca arida: q̃rẽs requiẽ et nõ inuenit. Tũc dicit. Reuertar in domũ meã vnde exiui. Et veniẽs iuenit eã vacãtẽ scopis mũdatã ornatã. Tũc vadit et assũit septẽ alios spũs secũ neq̃ores se / et itrãtes habitãt ibi. Et fiũt nouissima hoĩs illius peiora prioribus. Sic erit et generationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbas ecce mater eius et fratres stabãt foris: querentes loqui ei. Dixit aũt ei quidã. Ecce mater tua et fratres tui foris stant: querentes te. At ipse respõdens dicenti sibi / ait. Que est mater mea et qui sunt fratres mei? Et extendẽs manũ in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicunq3 eni fecerit volũtatẽ patris mei qui i celis est: ipse meus frater et soror et mater est. Offr. Meditabor in mãdatis tuis que dilexi valde et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta

Hostias tibi dñe placatiõis offerimus: vt et delicta nostra miseratus absoluas / et nutãtia corda tu dirigas. Per dñm. Coio. Intellige clamorẽ meum intende voci orationis mee rex meus et deus meus qm̃ ad te orabo domine. Postcoio.

Tui domine perceptione sacramẽti: et a nostris mundemur occultis et ab hostiũ liberemur insidiis. Per. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Super populũ.

Mentes nostras q̃s dñe lumĩe tue claritatis illustra: vt videre possimus que agenda sunt: et q̃ recta sunt agere valeamus. P dñm

Feria quinta. Introitus

Confessio et pulchritudo in conspectu eius sanctitas et magnificẽtia in sãctificatione eius. Ps. Cãtate dño cãticũ nouũ cãtate dño oĩs terra. Gl'a. Oremus. Flectamus genua leuate. Collecta

Deuotionẽ ppl'i tui q̃s dñe benignus intẽde: vt qui per abstinẽtiã macerant in corpore p fructũ boni opis reficiãtur in mente. P do

Lectio ezechielis prophete. xviii

In diebus illis. Factus est sermo dñi ad me dicẽs. Quid ẽ q̃ inter vos parabolã vertitĩ i pu̾erbiũ istud in terra israel dicẽtes: p̃res comederũt vuã acerbã et dẽtes filiorũ obstupescũt. Viuo ego dicit dñs deus: si erit vltra vobis parabola hec i prouerbium in israel. Ecce omnes anime mee sunt. Vt aĩa patris ita

et aīa filii mea est. Anima que peccauerit ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus et fecerit iudiciū et iusticiā in montibus nō comederit: et oculos suos non leuauerit ad idola domus israel: et vxorē proximi sui non violauerit: et ad mulierē menstruatā non accesserit: et hoīem nō cōtristauerit/ pignus debitori suo reddiderit: per vī nichil rapuerit: panē suum esurienti dederit/ et nudū operuerit vestimēto: ad vsurā nō cōmodauerit: et āplius nō acceperit: ab iniqtate auerterit manū suā: iudiciū verum fecerit inter virū et virū: et in p̄ceptis meis ambulauerit/ et iudicia mea custodierit: vt faciat veritatem hic iustus est. Vita viuet et non morietur: ait dn̄s oēs. ℟. Custodi me dn̄e vt pupillā oculi sub vmbra alarum tuarū protege me. ℣. De vultu tuo iudiciū meū prodeat oculi tui videant equitatem.

Secundū Johannē. viii.

In illo tempore: Dicebat iesus ad eos qui crediderunt ei iudeos. Si vos manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis/ et cognoscetis veritatē: et veritas liberabit vos. Responderūt ei Semē abrahe sumus: et nemini seruiuimus vnq̄. Quomodo tu dicis liberi eritis? Respondit eis iesus. Amen amē dico vobis: quia omīs qui facit peccatū/ seruus est pcti. Seruus autē nō manet ī domo ī eternū filius aūt manet in eternū. Si ergo vos filius liberauerit/ veri liberi eritis. Scio qr filii abrahe estis: sed q̄ritis me īterficere: qr sermo meus nō capit ī vobis. Ego quod vidi apud patrē loquor/ et vos q̄ vidistis apud patrē vestrū facitis. Respōderūt/ et dixerūt ei. Pater noster abrahā est. Dicit eis iesus. Si filii abrahe estis/ opera abrahe facite. Nūc aūt q̄ritis me īterficere hoīem qui veritatē vobis locutus sū: quam audiui a deo. Hoc abrahā non fecit. Vos facitis opera p̄ris vestri. Dixerūt itaq̄ ei. Nos ex fornicatione nō sumus nati: vnū patrē habemus deū. Dixit ergo eis iesus. Si deus pater vester esset: diligeretis vtiq̄ me. Ego enī ex deo p̄cessi: et veni. Neq̄ enim a meipso veni: sed ille me misit. Quare loquelā meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonē meum. Vos ex patre diabolo estis: et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio et in veritate nō stetit: quia non est veritas in eo. Cum loquitur mēdaciū ex p̄priis loquitur quia mēdax est et pater eius. Ego autē si veritatem dico: nō creditis michi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare non creditis michi? Qui ex deo est: verba dei audit. Offerto. Immittit angelū dn̄s in circuitu timētiū eū et eripiet eos gustate et videte quoniā suauis est dominus. Secreta

Sacrificia dn̄e quesumus p̄picius ista nos saluent que medicinalibus sūt īstituta ieiuniis. P. Prefatio. Qui corpo. Coīo. Panis quē ego dedero caro mea est p̄ seculi vita. Postco.

Tuorum nos dn̄e largitate donorum et tēporalibus attolle p̄sidiis et renoua sēpiternis. P. Oremus. Humiliate

Da q̄s dn̄e p̄plis Sup p̄plm xp̄ianis et q̄ p̄fitēt agnoscere et

celeste mun⁹ diligere qd frequētāt p

Feria sexta. Introitus.

De necessitatibus meis eripe me dñe vide humilitatē meā et laborē meū et dimitte oīa peccata mea. Ps. Ad te dñe leuaui aīam meā: deus meus in te cōfido non erubescā. Collecta. Orem⁹. Flecta. g.

Esto domie ppicius plebi tue et quā tibi facis esse deuotā benigno refoue miseratus auxilio. P.

Lcō ezechielis prophete. xviii

Hec dicit dñs: Anima que peccauerit: ipsa morietur. Filius nō portabit iniquitatē patris: et pater non portabit iniquitatē filii. Justicia iusti super eū erit: et impietas impii erit super eum Si autē īpius egerit penitentiā ab oībus peccatis suis que operatus est/ et custodierit oīa precepta mea: et fecerit iudiciū et iusticiā vita viuet et non morieť. Oim iniquitatū eius quas operatus est: non recordabor. Jn iusticia sua quā operatus est viuet. Nunqd volūtatis mee est mors īpii dicit dominus deus: ⁊ nō vt cōuertatur a viis suis/ et viuat: Si aūt auerterit se iustus a iusticia sua et fecerit īiquitatē secūdū oēs abomīatiōes quas operari solet impius: nūquid viuet: Oēs iusticie ei⁹ quas fecerat nō recordabunť. Jn pūaricatiōe qua preuaricat⁹ est: et in peccato suo quod peccauit in ipsis morietur. Et dixistis. Non est equa via dñi. Audite ergo domus israel. Nūqd via mea nō est equa et non magis vie vestre praue sunt. Cum enim auerterit se iustus a iusticia sua/ et fecerit iniquitatē: morietur ī eis Jn īiusticia quā operatus est morietur. Et cū auerterit se impius ab impietate sua quā operatus est: et fecerit iudiciū et iusticiam: ipse animā suam viuificabit. Considerans enim et auertens se ab oībus īiquitatibus suis quas operatus est: vita viuet et non morietur Dicit dominus: omnipotēs. R̄ Saluum fac seruū tuum deus meus sperantē in te. V̄. Auribus percipe dñe orationēm meam. Tractus. Dñe nō secūdum vts. feria. ii. Secundū Johānē. v

In illo tēpore: Erat dies festus iudeoꝝ: et ascendit iesus hierosolymā. Est autem hierosolymis probatica piscina que cognoīať hebraice bethsaida: quinqꝫ porticus habens. Jn his iacebat multitudo magna languentiū/ cecorū claudorum aridorū: expectātiū aque motū. Angel⁹ aūt dñi secūdū tēp⁹ descēdebat in piscinā: et mouebať aqua Et qui prior descēdisset in piscinā post motionē aque: sanus fiebat a quacūqꝫ detinebať infirmitate Erat aūt quidā homo ibi trigīta et octo ānos habens in īfirmitate sua. Hunc cum vidisset iesus iacētē et cognouisset qr multū iā tempus haberet: dicit ei. Vis sanus fieri: Respōdit ei lāguidus. Dñe hoīem nō habeo: vt cū turbata fuerit aqua mittat me ī piscinā. Dum venio enī ego: alius ante me descendit. Dicit ei iesus. Surge tolle grabatum tuum: et ambula. Et statim sanus factus est homo ille: et sustulit grabatū suū: et āmbulabat. Erat aūt sabbatū ī die illo. Dicebāt ergo iudei illi qui sanus fue-

rat factus Sabbatū est: nō licet tibi
tollere grabatum tuum. Respondit
eis. Qui me sanum fecit ille michi
dixit: tolle grabatū tuum/et ambu-
la. Interrogauerunt ergo eū. Quis
est ille homo q̇ dixit tibi tolle graba
tum tuū et ambula? Is autē qui sa-
nus fuerat effectus nesciebat quis
esset. Jesus enī declinauit a turba cō
stituta in loco. Postea īuenit eū ie-
sus in templo: et dixit ei. Ecce sanꝰ
factus es: iam noli peccare/ne dete-
rius aliquid tibi contingat. Abiit il
le homo et nūciauit iudeis: quia ie-
sus esset: qui fecit eum sanū. Offr.
Benedic anima mea dn̄o et noli obliui-
sci omnes retributiones eius et renouabi-
tur sicut aquile iuuētus tua. Secreta

Suscipe q̄s domīe hostiā nostre
oblatā seruitutis: et tua ꝓpiciꝰ
dona scīfica. P do. Prefatio. Qui
corporali. Coīo. Erubescant et contur
bentur omnes inimici mei auertantur re
trorsū et erubescāt valde velocit. Postcō.

Per huius dn̄e operationē my
sterii et vicia nostra purgētur
et iusta desideria cōpleātur. Per do.
Sup ppl'm. Oremꝰ. Humiliate ca.

Exaudi nos misericors deus: et
mētibus nostris gratie tue lu-
mē ostende. Per Sabbato. Introitꝰ

Intret oratio mea in conspe
ctu tuo īclina aurē tuam ad
precē meā dn̄e. Ps. Dn̄e deus
salutis mee: ī die clamaui et nocte corā te
Hic dr̄. Oremꝰ et. Flecta. dūtaxat et
sic in sequētibꝰ vsq; ad vltimā colle-
ctā. Collecta

Populū tuū q̄s
dn̄e ꝓpicius respice: atq; ab eo
flagella tue iracūdie clemēter auer-
te. P. Lcō libri deuteronomii.

In diebꝰ illis: Locutus est moy
ses ad dn̄m dicens. Respice do
mine de sanctuario tuo: et de excel-
so celorū habitaculo: et benedic po-
pulo tuo israel: et terre quā dedisti
nobis sicut iurasti patribus nostris
terre lacte et melle mananti. Audi
israel. Hodie dn̄s deus tuus precepit
tibi vt facias mandata hec atq; iudi
cia: et custodias et īpleas ex toto cor
de tuo/et ex tota anima tua. Dn̄m
elegisti hodie: vt sit tibi deus: et am
bules in viis eius vt custodias ceri
monias illius/et mādata atq; iudi-
cia: et obedias eius īperio. Et dn̄s ele
git te hodie: vt sis ei populus peculi
aris sicut locutus est tibi: et custodi
as om̄ia precepta illius: et faciet te
excelsiorē cunctis gētibus/quas cre-
auit in laudē et nomē/et gloriā suā
vt sis pp'ls sāctus dn̄i dei tui: sicut
locutꝰ est tibi. R. Protector noster aspi-
ce deꝰ et respice sup seruos tuos. V. Dn̄e
deus virtutū exaudi preces seruorū tuorū

Deus q̇ nos in tātis Collecta
periculis cōstitutos ꝓ humana
scis fragilitate nō posse subsistere
da nobis salutē mētis et corporis vt
ea q̄ pro pctīs nr̄is patimur te adiu
uāte vicamꝰ. P. Lcō libri deutero. xi

In diebꝰ illis: Dixit moyses fi-
liis isrl'. Si custodieritis man
data q̄ ego p̄cipio vobis et feceritis ea
vt diligatis dn̄m deū vr̄m et ābule-
tis in oībus viis eiꝰ adherētes ei dis-
pdet dn̄s oēs gētes istas āte faciē ve
stram: et possidebitis eas que maio
res et fortiores vobis sunt. Omnis
locus quem calcauerit pes vester ve

ster erit. A deserto et libano et flu-mine magno euphrate vsq ad ma-re occidētale erūt termini vestri Nul lus stabit contra vos. Terrorem ve-strū et fortitudinē dabit domin⁹ de-us vester super omnē terram quam calcaturi estis: sicut locutus est vo-bis dn̄s deus vester ℟. propicius esto domine peccatis nostris nequādo dicant gentes vbi est deus eorum ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et ꝓpter honorē no-minis tui domine libera nos. Collecta.

Protector noster aspice deus: vt qui pctōꝝ nr̄oꝝ pōdere pre mimur pcepta misericordia libera tibi mente famulemur. p dn̄m.

Lcō libri machabeorū. ii. i

In dieb⁹ illis: Orōnē faciebāt sacerdotes dū offerret sacrifi-ciū pro pplo israel: ionatha ichoāte ceteris autē respondētibus/ et dicen tibus. Benefaciat vobis deus/ et me-minerit testamēti sui quod ad abra hā isaac/ et iacob locutus est seruoꝝ suorū fidelium. Et det vobis cor oī-bus/ vt colatis eum: et faciatis eius volūtatē corde magno et aīo volen-ti. Adaperiat cor vestrū in lege sua/ et in preceptis suis: et faciat pacem Exaudiat orationes vestras: et recō cilietur vobis. Nec vos deserat in tē-pore malo: dn̄s deus noster. ℟. Iacta cogitatū tuum in domino et ipse te enu-triet ℣. Dum clamarē ad dn̄m exaudiuit vocē meā ab his qui appropinquāt michi

Collecta

Adesto dn̄e q̄s sup plicationibus nostris vt esse te largiēte mereamur: et inter ꝓspera humiles et inter aduersa securi. p.

Lectio libri sapientie. xxxvi.

Miserere nostri dn̄e deus oīm et respice nos: et ostēde nobis lu cē miserationū tuaꝝ. Et immitte ti-morē tuū super gentes que nō exq̄-sierūt te. Vt cognoscant quia nō est deus nisi tu: vt enarrent magnalia tua. Alleua manū tuā super gentes alienas: vt videāt potentiā tuā. Si-cut eni in cōspectu eorū sanctificat⁹ es in nobis: sic in conspectu nostro magnificaberis in eis vt cognoscāt te sicut et nos agnouimus quia nō est deus preter te dn̄e. Innoua signa et imuta mirabilia. Glorifica ma-num: et brachiū dextrū Excita furo rē: et effūde irā. Extolle aduersariū: et afflige inimicū. Festina tēpus: et memēto finis: vt enarrent mirabi-lia tua dn̄e de⁹ noster. ℟. Conuertere domine aliquātulū et deprecare super ser uos tuos. ℣. Domie refugiū factus es no bis a generatione et progenie. Oremus Flectamus genua leuate. Collecta.

Preces populi tui q̄s dn̄e cle-menter exaudi: vt qui iuste ꝑ peccatis nostris affligimur: pro tui nōis glīa misericorditer liberemur p do. Lcō Danielis pphete. iii

In diebus illis: Angelus domi ni descendit cum azaria et so-ciis eius in fornacem/ et excussit flā mam ignis de fornace/ et fecit me-dium fornacis quasi ventum ro-ris flantem. Flamma autem diffu sa est super fornacem cubitis qua-draginta nouem/ et incendit quos reppit iuxta fornacē de caldeis mini stros regis qui eā icēdebāt Illos aūt nō tetigit ignis/ neq ꝯtristauit nec q̄cꝗ molestie itulit. Tūc hi tres qua

si ex vno ore laudabãt/ et benedicebãt et glorificabãt deum in fornace: dicentes.

Tractus.

Benedictus es domine deus patrũ nostrorũ. Et laudabilis et gloriosus in secula. ℣. Et benedictum nomẽ glorie tue quod est sãctũ: Et laudabile et gloriosum in secula. ℣. Benedictus es in tẽplo sãcto glorie tue. Et laudabilis ℣. Benedictus es in tẽplo sãcto tuo regni tui. Et laudabilis ℣. Benedictus es qui sedes super cherubin intuẽs abyssos. Et laudabilis ℣. Benedictus es super sceptrũ diuinitatis glorie tue. Et laudabilis. ℣. Benedictus es qui ambulas super pẽnas vẽtorum. Et laudabilis. ℣. Benedicant te omnes angeli et sancti tui. Et laudabilem et gloriosum in secula. ℣. Benedicant te celum et terra mare et omnia que in eis sunt. Et laudabilem et gloriosum in secula. ℣ Gloria patri et filio et spiritui sancto. Laudabili et glorioso in secula ℣. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorũ amẽ. Et laudabili et glorioso in secula. ℣. Benedictus es domine deus patrum nostrorũ Et laudabilis et gloriosus in secula.

Collecta. Hic dicitur: Dominus vobiscũ. Oremus et. Flectamus genua leuate.

Deus qui tribus pueris mitigasti flãmas igniũ cõcede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flãma viciorũ. Per dñm nostrũ

Ad Thessalonicẽses. v.

Fratres: Rogamus vos corripite inquietos/ consolamini pusillanimes/ suscipite infirmos: patientes estote ad omnes Videte ne quis malũ pro malo alicui reddat: sed sẽper quod bonũ est sectamini in inuicem et in omnes. Semper gaudete sine itermissione orate: in oĩbus gratias agite. Hec est enĩ volũtas dei in christo iesu: in omnibus vobis. Spiritum nolite extiguere: prophetias nolite spernere Omnia autẽ probate quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete vos. Ipse aũt deus pacis sanctificet vos per omia vt integer spiritus vester et anima/ et corpus sine querela in die aduentus domini nostri iesu christi seruetur.

Tractus.

Laudate dñm omnes gentes et collaudate eum oẽs populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et veritas dñi manet in eternũ.

Secundũ Matheũ. xvii

In illo tempore: Assũpsit iesus petrũ et iacobũ et iohãnẽ fratrẽ eius/ et duxit illos in mõtẽ excelsum seorsum: et trãsfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimẽta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyses et helias cum eo loquentes. Respondẽs autẽ petrus: dixit ad iesum. Dñe: bonũ est nos hic esse. Si vis: faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnũ/ moysi vnum/ et helie vnum. Adhuc eo loquẽte: ecce nubes lucida obũbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus in quo michi bene cõplacui: ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderũt in faciem suam: et timuerunt valde. Et accessit iesus et tetigit eos dixitque eis. Surgite: et nolite timere. Leuantes autẽ oculos suos neminem viderunt nisi solum ie

sum. Et descēdentibus illis de mō-
te/ p̄cepit illis iesus dicens. Nemini
dixeritis visionē: donec filius homi
nis a mortuis resurgat. Offertoriū
Domine deus salutis mee i die clamaui
et nocte corā te. intret orō mea i cōspectu
tuo dn̄e. Secreta.

PResentibus sacrificiis domi-
ne ieiunia nr̄a sanctifica/ vt
quod obseruātia nostra profitetur
extrinsecus/ interius operetur. Per do
Prefatio. Qui corporali. Cōmunio
Domine deus meus in te speraui libera
me ab omnibus persequentibus me et eri
pe me. Postcōmunio.

SAnctificationibus tuis omni
potēs deus/ et vicia nr̄a curētur
et remedia nobis eterna proueniant. P
Oremus: Humiliate capita vr̄a
deo. Super populum

FIdeles tuos q̄s dn̄e bn̄dictio de
siderata confirmet/ q̄ eos et a tua
volūtate nunquā faciat discrepare
et tuis sēp indulgeat bn̄ficiis gratu-
lari. P Domica secūda. Introitus

REminiscere miserationū tu-
arū domine et misericordie
tue que a seculo sunt: ne vn
quā dominētur nobis inimici nostri
libera nos deus isrl' ex oib⁹ angusti
is nostris. ps. Ad te dn̄e leuaui aiaz me
am de⁹ me⁹ i te cōfido nō erubescam.

DEus q̄ cōspicis oī nos Col.
virtute destitui: interius exteri-
usq̄ custodi: vt et ab omnib⁹ aduer-
sitatibus muniamur i corpore: et a
prauis cogitationibus mūdemur i
mente. Per. Ad tessalonicenses iiii.

FRatres. Rogamus vos et obse
cramus in dn̄o iesu/ vt quem-
admodum accepistis a nobis quo-
modo oporteat vos ābulare/ et pla-
cere deo: sic et ābuletis: vt abūdetis
magis. Scitis eni q̄ precepta dede
ri vobis per dominum iesū. Hec est
eni volūtas dei sanctificatio vr̄a: vt
abstineatis vos a fornicatiōe: vt sci
at vnusquisq̄ vestrū vas suum possi
dere i sanctificatione et honore. Nō
in passione desiderii: sicut et gentes
que ignorant deum. Et ne quis su-
pergrediatur: neq̄ circūueniat i ne-
gocio fratrem suū: quoniā vindex est
dominus de his omnibus sicut pre
diximus vobis: et testificati sumus
Non eni vocauit nos deus in imū-
diciā sed in sanctificationē: in chri
sto iesu domino nostro. Loco. R: di-
citur. Tractus:

DE necessitatibus meis eripe me do
mine vide humilitatē meam et la-
borē meum et dimitte oīa peccata mea. V.
Ad te dn̄e leuaui animam meā deus me⁹
in te cōfido non erubescam neq̄ irrideāt
me inimici mei. V. Etenim vniuersi qui te
expectant nō cōfundentur: cōfundantur
omnes facientes vana. Repetit̄ primi⁹ V.
Tractus.

COnfitemini domino quoniā bo-
nus: quoniam in seculum miseri-
cordia eius. V. Quis loquetur potenti-
as domini: auditas faciet omnes laudes
eius. V. Beati qui custodiunt iudicium et
faciunt iusticiam in omni tēpore. V. Me
mēto nostri domine in beneplacito popu
li tui: visita nos in salutari tuo.
Secundum Matheum: xv.

IN illo tp̄e Egressus iesus/ seces
sit in partes tyri et sidonis. Et
ecce mulier chananea a finibus ill'

egressa/clamauit dicens ei. Miserere mei dñe fili dauid filia mea male a demonio vexatur. Qui non respōdit ei verbum. Et accedētes discipuli eius/ rogabant eum dicentes. Dimitte eā/ quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait. Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus israel. At illa venit/et adorauit eum dicens. Domine adiuua me. Qui respōdēs ait. Nō est bonum sumere panē filiorū/et mittere canibus. At illa dixit. Etiā domine. Nam et catelli edūt de micis que cadunt de mēsa dñorum suorū Tunc respondens iesus/ait illi. O mulier magna est fides tua/fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius/ex illa hora. Offertorium. Meditabor i mādatis tuis q̄ dilexi valde et leuabo man⁹ meas ad mādata tua que dilexi. Secreta.

Sacrificiis presentibus dñe quesumus intende placatus/vt et deuotioni nostre proficiant et saluti Per dominum no. Communio. Intellige clamorem meum intende voci orationis mee rex meus et deus meus quoniam ad te orabo domine Postcoīo.

Supplices te rogam⁹ omnipotens deus: vt quos tuis reficis sacramentis. tibi etiā placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per. Feria secunda. introitus

Redime me domine et miserere mei pes enim meus stetit in via recta. i ecclesiis benedicam dominum. Ps. Iudica me domine quoniam ego i innocētia mea ingressus sum: et in domino sperans non infirmabor. Collecta. Oremus. Flectam⁹ genua leuate

Presta q̄s omnipotens de⁹. vt familia tua que se affligendo carnem ab alimētis abstinet: sectādo iusticiam a culpa ieiunet. Per. Lectio danielis prophete. ix.

In diebus illis. Orauit daniel dicens Domine deus noster q̄ eduxisti populum tuū de t'ra egypti in manu forti: et fecisti tibi nomen secundum diem hanc: peccauimus iniquitatem fecimus dñe in omnē iusticiam tuam. Auertatur obsecro ira tua et furor tu⁹ a ciuitate tua hierusalem et a mōte sācto tuo. Propter peccata enī nostra et iniquitates patrum nostrorum: hierusalē et populus tuus in opprobrium sunt oībus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi deus noster orationem serui tui et preces eius: et ostende faciem tuam sup sāctuariū tuū qd est desertum. Propter temetipsum inclina deus meus aurem tuam et audi: aperi oculos tuos. et vide desolationem nostrā et ciuitatē sup quā inuocatum est nomen tuum. Neq₃ enim in iustificatiōibus nrīs prosternim⁹ p̄ces ante faciē tuā: sed i miseratioibus tuis multis. Exaudi dñe placare domine: attende et fac. Ne moreris propter temetipsum deus meus quia nomē tuum inuocatum ē super ciuitatem et super populū tuū. domine deus noster. R. Adiutor me⁹ et liberator meus esto dñe ne tardaueris V. Confundantur et reuereantur inimici mei qui querunt animam meam. Tractus

DOmine nō secundū peccata nrā q̄ fecimus nos neq̄ secundum iniq̄tates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū cito anticipēt nos misericordie tue q̄ pauperes facti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriā nominis tui domine libera nos ⁊ propitius esto peccatis nostris propt̄ nomen tuum. Secundū iohannē. viii.

IN illo tp̄e. Dixit iesus turbis iudeorū. Ego vado ⁊ q̄retis me ⁊ i peccato vestro moriemini. Quo ego vado vos nō potestis venire. Dicebāt ergo iudei. Nūquid iterficiet semetipm̄: quia dicit quo ego vado vos non potestis venire. Et dicebat eis iesus. Vos de deorsum estis: ego de superius sum. Vos de mūdo hoc estis. Ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si eni non credideritis quia ego sum: moriemini i peccato vestro. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dicit eis iesus. Principium: qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare: sed qui misit me verax est: ⁊ ego que audiui ab eo hec loquor i mūdo Et nō cognouerunt quia patrem eius dicebat deū. Dixit ergo eis iesus. Cū exaltaueritis filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum: et a me ipso facio nichil: sed sicut docuit me pater hec loquor. Et q̄ me misit me cum e st et nō reliquit me solum: q2 ego que placita sūt ei facio semper. Offertorium. Benedicam dominum qui tribuit michi intellectū prouidebā deum in conspectu meo semp quoniā a dextris est michi ne cōmouear. Secreta

HEc hostia domine placatiōis et laudis: tua nos propitiatione dignos efficiat. Per do. Prefatio Qui corporali. Communio. Domine domin⁹ noster q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. Postcōio.

HEc nos cōmunio domine q̄s purget a crimine ⁊ celestis remedii faciat esse cōsortes p domi. Orem⁹. Hūiliate capita. Sup pp̄l'z

ADesto supplicatiōibus nr̄is omnipotens deus et quibus fiduciam sperande pietatis indulges: cōsuete misericordie tribue benignus effectum Per dominum.

Feria tercia introitus.

TIbi dixit cor meū exquisiui vultum tuum vultum tuū domine requiram: ne auertas faciem tuam a me. Ps. Dominus illuminatio mea et salus mea quē timebo. Gloria patri. Oremus. Flectam⁹ genua. Leuate. Collecta.

PErfice quesumus domine benignus in nobis obseruantie sancte subsidiū vt que te auctore facienda cognouimus: te operāte impleam⁹. P. Lec. libri regū. iii. xvii

IN dieb⁹ illis. Factus est sermo domini ad helyam thesbiten: dicens. Surge et vade in sareptam sydoniorum: et manebis ibi. Precepi eni ibi mulieri vidue vt pascat te Surrexit: et abiit in sareptā. Cūq̄ venisset ad portam ciuitatis apparuit ei mulier vidua colligēs ligna: et vocauit eam dixitq̄ ei. Da michi paululum aque in vase vt bibam. Cūq̄ illa pgeret vt afferret: clama-

nit post tergū eius dicens. Affer mihi obsecro et buccellam panis i manu tua. Qui respōdit. Viuit dñs deus tuus quia non habeo panē nisi quantū pugill⁹ capere potest farine in hydria: et paululum olei i lechito En colligo duo ligna vt ingrediar et faciā illud michi ₇ filio meo vt comedamus et moriamur. Ad quam helyas ait. Noli tiere/sed vade et fac sicut dixisti. Verumtamē michi primum fac de ipsa farinula subcinericiū panē paruulū et affer ad me: tibi autem et filio tuo facies postea Hec autem dicit domin⁹ deus israel. Hydria farine non deficiet. nec lechitus olei minuetur vsq3 in diem in qua dñs daturus est pluuiā sup faciē terre. Que abiit et fecit iuxta verbum helye. Et comedit ipse et illa: et dom⁹ ei⁹ tota. Et ex illa die hydria farine nō defecit: et lechit⁹ olei nō est iminutus iuxta verbū dñi: qđ locutus est in manu helye. ℟. Iacta cogitatum tuum in dño et ipse te enutriet ℣. Dum clamarem ad dñm exaudiuit vocē meā ab his qui appropiquāt michi.

Secundum Matheum xxiii.

In illo tempore. Locutus est iesus ad turbas et ad discipl'os suos dicēs. Super cathedrā moysi: sederunt scribe et pharisei Omnia ergo quecunq3 dixerint vobis/seruate et facite: secundū opera vero eorū nolite facere. Dicunt enim et nō faciunt. Alligāt autem onera grauia et importabilia: et imponunt in humeros hominū. digito autē suo nolūt ea mouere. Omia enim opera sua faciūt vt videātur ab hominib⁹ Dilatāt eni philateria sua: ₇ magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus i cenis: ₇ primas chathedras in synagogis ₇ salutatioēs in foro: et vocari ab hominibus rabbi. Vos autem: nolite vocari rabbi. Vnus est eni magister vester: omēs autē vos frēs estis. Et patrē nolite vocare vobis sup terram: vnus ē eī pater vester qui in celis est. Nec vocemini magistri: qr magister vr̄ vnus est xp̄s Qui maior est vestrum: erit minister vester. Qui autē se exaltauerit huīliabitur. et qui se humiliauerit/exaltabitur. Offertorium. Miserere michi domine secūdū magnā miaz tuā dele dñe iiquitatē meā. Secr

Sanctificationē tuā nobis domine his mysteriis placatus operare: que nos et a terrenis purget viciis: et ad celestia dōa pducat. Per do. Prefatio. Qui corpali. Cō. Narrabo omnia mirabilia tua letabor et exultabo i te psallā nomi tuo altissime.

Ut sacris domine Postcōio reddamur digni mūeribus: fac nos quesumus tuis obedire mādatis Per. Orem⁹. Huiliate capita vr̄a deo Super populum

Propiciare domine supplicationibus nostris et animarum nostrarū medere lāguoribus/vt remissione percepta/ī tua semp benedictione letemur Per. Feria quarta

Ne derelinquas me dñe deus meus ne discedas a me intende in adiutoriū meum domine deus salutis mee ps. Dñe ne in furore tuo arguas me neq3 in ira tua corripias me Gloria patri. Oremus Flectam⁹

genua leuate. Collecta.

Populum tuum quesum⁹ do mine propicius respice: et quos ab escis carnalibus precipis absti nere: a noxiis quoqꝫ viciis cessare cō cede. Per dominum no. Lectio libri hester. xiii.

In diebus illis. Orauit hester ad dn̄m dicēs. Dn̄e de⁹ rex oī potens in ditione eni tua cūcta sūt posita: et non est qui possit tue resi stere volūtati. Si decreueris salua re nos: continuo liberabimur. Tu enim domine fecisti celū ꝛ terram: ꝛ quicquid celi ābitu continetur. Tu es dominus omnium: et nō est qui resistat maiestati tue. Et nunc dn̄e rex deus abraham: miserere po puli tui quia volunt nos inimici nostri perdere et hereditatem tuam delere Ne despicias partem tuam quā re demisti tibi de egypto sed exaudi de precationem nrā: et propicius esto sorti ꝛ funiculo tuo. Et cōuerte luc tū nostꝝ in gaudiū vt viuētes lau demus nomē tuum dn̄e Et ne clau das ora te canentium domine deus nr̄. R. Saluum fac populum tuū dn̄e et benedic hereditati tue. V. Ad te domie clamabo de⁹ me⁹ ne sileas a me et ero si milis descendentibus in lacū Tractus.

De necessitatibus meis eripe me do mine vide humilitatem meā et la borem meū et dimitte omnia peccata me a. V. Ad te dn̄e leuaui aīam meā de⁹ me⁹ in te confido non erubescam neqꝫ irride ant me īimici mei. V. Etenim vniuersi q̄ te expectant nō confūdētur confundan tur omnes facientes vana. Secūdum Matheum. xx.

In illo tempore. Ascendens ie sus hierosolymā assūpsit duo decim discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascēdim⁹ hierosolimā et filius hominis tradetur pn̄cipibus sacerdotū et scribis: et cōdēnabūt eū morte. Et tradēt eū gentibus ad illudēdū et flagellandū et crucifigē dū et tercia die resurget. Tūc acces sit ad eū mater filiorū zebedei cū fi liis suis: adorās et petēs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis: Ait illi. Dic vt sedeāt hi duo filii mei: vnus ad dexterā tuā et alius ad sinistrā ī regno tuo. Respondēs autē iesus di xit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sū: Dicunt ei. Possumus Ait illis. Ca licē qdē meū bibetis: sedere autē ad dexterā meā vel sinistrā nō est meū dare vobis: sed quib⁹ paratū ē a pr̄e meo. Et audiētes decē īdignati sūt de duob⁹ fratribus. Jesus autē vo cauit eos ad se: et ait. Scitis qꝛ prin cipes gētiū dn̄antur eoꝝ. et qui ma iores sūt ptātem exercēt ī eos: Non ita erit inter vos Sed quicunqꝫ vo luerit inter vos maior fieri. sit vester minister. Et q̄ voluerit īter vos pri mus esse: erit vester seru⁹. Sicut fili us hoīs nō vēit ministrari sed mini strare ꝛ dare aīam suā redēptionē ꝓ multis Offertorium. Ad te dn̄e leua ui animā meā deus meus ī te cōfido non erubescam neqꝫ irrideant me inimici mei et eni vniuersi q̄ te expectant nō cōfūdēt

Hostias dn̄e quas tibi of Sec. ferim⁹ ꝓpici⁹ respice: ꝛ per hec sancta cōmertia vincula peccatorū nostrorum absolue. Per dominum

Prefatio. Qui corporali. Coio. Justus domin⁹ et iusticias dilexit: equitatem vidit vultus eius. Postcoio.

Sumptis dñe sacramētis ad redēptionis eterne q̄s profici amus augmētū Per do. Oremus Humiliate capita Super populū

Deus innocentie restitutor et amator dirige ad te tuorꝝ corda seruorū: vt spiritus tui feruore concepto: et in fide inueniātur stabiles et in opere efficaces Per In vnitate eiusdem.

Feria quinta.

Deus in adiutoriū meū intēde/dñe ad adiuuādum me festina: cōfūdantur ꝛ reuereātur inimici mei q̄ q̄rūt aiaꝫ meā. ps Auertātur retrorsum et erubescāt qui volunt michi mala. Gloria patri et filio et Oremus Flectam⁹ genua Coll.

Presta nobis dñe quesum⁹ auxilium gracie tue: vt ieiuniis et orationibus cōueniēter intenti liberemur ab hostibus mētis et corporis Per. Lcō hieremie pphete xvii

Hec dicit dñs deus Maledict⁹ homo qui cōfidit in homine et ponit carnē brachium suū: ꝛ a domino recedit cor eius. Erit eñi quasi myrice in deserto et nō videbit cū venerit bonū. sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis et inhabitabili. Benedictus vir qui cōfidit in dño: et erit dñs fiducia eius Et erit quasi lignum quod trāsplātat sup aquas qd ad humorē mittit radices suas: et non timebit cū venerit estus. Et erit foliū eius viride et in tēpore siccitatis non erit sollicitū nec aliquando desinet facere fructū

prauum est cor hoīs et inscrutabile. Quis cognoscet illud: Ego dñs scrutās cor et probās renes q̄ do vnicuiqꝫ iuxta viam suam: ꝛ iuxta fructū adinuētionum suaꝝ: Dicit dñs omnipotens. ℟. Propicius esto domine peccatis nostris nequādo dicāt gentes vbi est deus eorū. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster ꝛ ppter honorē noīs tui domine libera nos. Scdm Johānē v.

In illo tempe. Dixit iesus discipulis suis ꝛ t̄bis iudeoꝝ: Nō possū ego a meipso facere quicq̄ sꝫ sicut audio iudico et iudiciū meum iustū est: quia non quero voluntatē meā: sed voluntatē eius q̄ misit me Si ego testimoniū perhibeo de me ipso testimoniū meū nō ē verū Ali⁹ ē q̄ testimoniū perhibet de me: ꝛ scio quia verū est testimoniū eius quod perhibet de me. Vos misistis ad iohannē: et testimoniū perhibuit veritati. Ego autē nō ab hoīe testioniū accipio: sed hec dico vt vos salui sitis Ille erat lucerna ardēs et lucēs. Vos autē voluistis ad horam exultare in luce eius. Ego autē habeo testimoniū maius iohanne. Opera ei que dedit michi pat̄ vt perficiā ea. ipsa opera que ego facio testimoniū perhibēt de me: quia pat̄ misit me. Et qui misit me pater ipse testimoniū perhibuit de me. Neqꝫ vocē eius vnq̄ audistis: neqꝫ speciē eius vidistis. Et verbū eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille huic vos non creditis Scrutamini scripturas: quia vos putatis i ipsis vitā etnā habere. Et ille sūt que testimonium perhibēt de me: et non vultis

venire ad me vt vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio: sed cognoui vos quia dilectionē dei nō habetis in vobis. Ego veni in noīe pr̄is mei: et nō accepistis me. Si ali⁹ venerit in noīe suo. illū accipietis. Quō vos potestis credere qui gloriam ab inuicē accipitis et gl'iam que a solo deo ē non q̄ritis: Nolite putare. q̄r ego accusatur⁹ sum vos apud pr̄em. Est q̄ accusat vos moyses in quo vos speratis. Si ei crederetis moysi. crederetis forsitā ⁊ mihi. De me eī ille scripsit. Si autē illi⁹ litteris nō creditis: quō v̄bis meis credetis: Offr. Precatus ē moyses i cōspectu dn̄i dei sui et dixit: precat⁹ ē moyses in cōspectu dn̄i dei sui et dixit quare dn̄e irasceris i pp̄lo tuo parce ire aīe tue memēto abrahā isaac ⁊ iacob quib⁹ iurasti dare terrā fluētē lac et mel et placat⁹ fact⁹ ē dn̄s de malignitate quā dixit facere pp̄lo suo

Preſēti sacrificio noī Secre. tuo nos dn̄e ieiunia dicata sanctificēt: et qd̄ obseruācia nr̄a ꝓfitet exteri⁹: interius operet effectu. Per.

Coio. Qui māducat carnē meā et bibit sāguinē meū i me manet et ego i eū dicit dominus. Prefatio. Qui corporali.

Gratia tua nos q̄s Postcoio. dn̄e nō dereliquat: que et sacre nos deditos faciat seruituti: et tuā nobis opē sēp acq̄rat. p Ore⁹. Humiliate capita vestra Super populum.

Adesto dn̄e q̄s famulis tuis. ⁊ perpetuā benignitatē largire poscētib⁹: vt his q̄ te auctore ⁊ gubernatore gloriāt / ⁊ congregata restaures / et restaurata cōserues. p domi.

Feria sexta. Introitus.

Ego autē cū iusticia apparebo i cōspcū tuo saciabor cū maīfestabitur gl'ia tua. ps Exaudi dn̄e iusticiā meā: itēde deprecationē meā. Oremus. Flectam⁹. Collec.

Da q̄s oīpotēs de⁹: vt sacro nos purificāte ieiunio sinceris mētib⁹ ad sācta ventura facias peruenire Per. Lectio libri genesis. xxxvii.

In dieb⁹ illis. Dixit ioseph fr̄ibus suis Audite sōniū meū qd̄ vidi. Putabā nos ligare maipulos i agro: et quasi cōsurgere maipulū meū ⁊ stare v̄rosq; maipl'os circūstātes adorare maipulū meū Rn̄derūt fr̄es ei⁹. Nūqd̄ rex nr̄ eris: aut subiiciemur dicioni tue: Hec ergo causa sōniorū atq; sermonū īuidie ⁊ odii fomitē ministrauit. Aliud quoq; vidit sōniū qd̄ narrās fr̄ib⁹ ait. Vidi p sōniū quasi solē et lunā ⁊ stellas vndeci adorare me. Qd̄ cū pr̄i suo et fr̄ib⁹ retulisset / icrepauit eū pr̄ suus. et dixit. Quid sibi vult hoc sōniū qd̄ vidisti: Nū ego et mat̄ tua ⁊ fr̄es tui adorabim⁹ te sup terrā: Inuidebant igitur ei fratres sui: pater vero rē tacit⁹ cōsiderabat. Cūq; fr̄es illius in pascēdis gregibus patris morarent̄ i sichē: dixit ad eū israel Fr̄es tui pascūt oues i sichimis: veni mittā te ad eos. Quo respōdēte presto sū ait. Vade et vide si cūcta ꝓspera sit erga fratres tuos et pecora: et renūcia michi quid agatur. Missus de valle ebron venit i sichē. Inuenitq; eū vir errātē i agro: et iterrogauit qd̄ q̄reret. At ille respōdit. Fratres meos quero. Indica michi vbi pascāt greges. dixitq; ei vir. Recesserūt de loco isto Audiui

aũt eos dicẽtes. Eam⁹ ĩ dothaĩ. Per
rexit itaqꝫ ioseph post fr̃es suos: ⁊ iue
nit eos in dothaĩ. Qui cũ vidisset eũ
ꝓcul añq̃ accederet ad eos cogitaue
rũt eũ occidere: et mutuo loq̃bãť Ec
ce sõniator veĩt. Veĩte occidam⁹ eũ ⁊
mittam⁹ ĩ cisternã veterẽ / dicem⁹ qꝫ:
fera pessia deuorauit eũ. Et tũc ap-
parebit q̃d illi ꝓsĩt sõnia sua. Audi-
ẽs aũt hec ruben / nitebať liberare eũ
de maĩb⁹ eoꝝ. et dicebat Nõ interficia
m⁹ aĩaꝫ ei⁹ / nec effũdam⁹ sãguinẽ:
sꝫ ꝓiicite eũ ĩ cisternã veterẽ que ẽ in
solitudiẽ: man⁹ qꝫ v̄ras seruate ĩno-
xias. Hoc ãt dicebat volẽs eripere eũ
de maĩb⁹ eoꝝ: et reddere p̃ri suo. ℟.
Ad dñm dũ tribularer: clamaui et exaudi
uit me ℣. Dñe libera aĩaꝫ meã a labiis i-
quis et a lingua dolosa. Tract⁹. Dñe
nõ secũdũ vt s̃. fe ii. Scd̃ꝫ Matheũ xxi

In illo tp̃e. Dixit iesus discipuľ
suis: ⁊ t̃bis iudeoꝝ ꝑabolã hãc
Hõ erat paterfamilias q̇ plãtauit vi
neã ⁊ sepẽ circũdedit ei ⁊ fodit ĩ ea tor
cular: et edificauit turri: ⁊ locauit eã
agricolis. et peregre ꝓfect⁹ ẽ. Cũ ãt
tp̃s fructuũ appropiquasset / misit
seruos suos ad agricolas vt accipẽt
fruct⁹ ei⁹. Et agricole apph̃ẽsis ser-
uis ei⁹ aliũ ceciderũt / aliũ occiderũt
aliũ vero lapidauerũt. Iterũ misit
alios seruos plures priorib⁹: et fece-
rũt illis siliť. Nouissĩe autẽ misit ad
eos filiũ suũ dicẽs: verebũť forte fili
um meũ Agricole autẽ videntes filiũ
dixerũt itra se. Hic est heres veĩte occi
dam⁹ eũ et habebim⁹ hereditatẽ ei⁹
Et apph̃ẽsũ eũ eiecerũt extra vineã
et occiderũt. Cũ ergo venerit dñs vi
nee q̃d faciet agricolis illis? Aiũt illi
Malos male ꝑdet / et vineã suã loca
bit aliis agricolis qui reddãt ei fruc
tũ tẽpib⁹ suis. Dicit illis iesus. Nũ-
q̃ legistis in scripturis? Lapidẽ quẽ
reprobauerũt edificãtes: hic fact⁹ ẽ ĩ
caput ãguli. A dño factũ ẽ istud: et ẽ
mirabile ĩ ocul̃is n̄ris. Ideo dico vo-
bis q꞉ auferet a vobis regnũ dei: ⁊ da
biť gẽti faciẽti fruct⁹ ei⁹. Et q̇ cecide
rit sup lapidẽ istũ ꝯfrigeť: super quẽ
vero ceciderit / ꝯteret eũ. Et cũ audis
sẽt pͥcipes sacerdotũ et pharisei pa
rabolas ei⁹: cognouerũt q̃ de ip̄is di
ceret. Et q̃rẽtes eũ tenere timuerũt
turbas: qm̃ sicut prophetã eũ habe-
bant. Offertoriũ. Dñe ĩ auxiliũ meũ
respice cõfũdãtur et reuereãtur qui que-
rũt aĩam meã vt auferãt eã. Secre

Hec in nobis sacrificia de⁹ ⁊ ac
tioẽ ꝑmaneãt: et operatiõe fir
mẽtur. P. Prefatio Qui corpali Cõ
Tu dñe seruabis nos et custodies nos a
generatione hac in eternum Postcoio.

Hac nos dñe q̃s accepto pigno-
re saluti eť ne sic tẽdere ꝯgruẽť
vt ad eã ꝑueĩre possim⁹. Per domi.
Orem⁹. Humiliate capita. Sup ppl̃ꝫ

Da q̃s dñe ppl̃o tuo salutẽ mẽt
et corporis: vt bonis opibus in
herẽdo / tue sẽp virtutis mereatur ꝓ
tectiõe defẽdi. Per. Sabbõ Introit⁹

Lex dñi irreph̃ẽsibilis ꝯuer-
tẽs aĩas testioniũ dei fidele
sapiẽtiã p̃stãs paruulis Ps.
Celi enarrãt gloriã dei: et opa manuũ
eius ãnũciat firmamẽtũ Ore⁹ Flecta⁹.

Da q̃s dñe n̄ris effectũ ieiuniis
salutarẽ vt castigatio carnis as
sũpta ad n̄raꝝ vegetatõeꝫ transeat
aĩaꝝ. Per Lcõ libri genesis. xxvii.

In dieb⁹ il̃ť. Dixit rebecca filio
suo iacob: Audiui prẽꝫ tuũ lo-

quẽtẽ cũ esau fratre tuo/ et dicentẽ ei Affer michi de venatione tua: et fac cibos vt comedã et benedicã tibi corã dño añq̃ moriar. Nunc ergo fili mi acq̃esce ↄsiliis meis/ et pgẽs ad gregẽ: affer michi duos hedos optimos/ vt faciã ex eis escas patri tuo qb⁹ libẽt vescit. Quas cũ ĩtuleris/ et ↄmederit bñdicat tibi: priusq̃ moriat. Cui ille rñdit Nosti q̃ esau frater meus hõ pilosus sit: et ego lenis Si attrectauerit me pr̃ me⁹ et sẽserit timeo ne putet sibi voluisse me illudere et ĩducat sup me maledictõꝫ p bñdictõe Ad quẽ mat. In me sit ait ista maledictio fili mi/ tñ audi vocẽ meã. et pgẽs affer q̃ dixi. Abiit et attulit: deditqꝫ mr̃i. Parauit illa cibos sicut velle nouerat prẽm illi⁹/ et vestib⁹ esau valde bonis/ quas apd̃ se habebat domi/ induit eũ/ pelliculasqꝫ hedoꝝ circũdedit manib⁹ ꝛ colli nuda ptexit. Deditqꝫ pulmẽtũ: et panes quos coxerat tradidit Quib⁹ illatis dixit. Pater mi. At ille rñdit Audio. Quis es tu fili mi. Dixitqꝫ iacob. Ego sũ primogenit⁹ tu⁹ esau feci tibi sicut pcepisti michi. Surge sede et ↄmede de venatione mea vt bñdicat michi aĩa tua. Rursũqꝫ isaac ad filiũ suũ. Quõ inq̃t tã cito inuenire potuisti fili mi? Qui rñdit. Voluntas dei fuit/ vt cito occurreret michi qd̃ volebã. Dixitqꝫ isaac Accede huc vt tãgã te fili mi/ et pbẽ vtrũ tu sis fili⁹ meus esau/ an non Accessit ille ad prẽꝫ: et palpato illo dixit isaac. Vox q̃dẽ/ vox iacob ẽ: sed man⁹/ man⁹ sũt esau. Et nõ cognouit eũ. q̃a pilose manus silitudinẽ maioris expſſerãt. Bñdicẽs ergo illi ait. Tu es fili⁹ meus esau. Rñdit Ego sũ. At ille. Affer inq̃t michi cibos de venatiõe tua fili mi/ vt bñdicat tibi aĩa mea. Quos cũ oblatos ↄmedisſꝫ/ obtulit ei etiã vinũ. Quo hausto: dixit ad eũ. Accede ad me: et da michi osculũ fili mi. Accessit/ et osculat⁹ ẽ eũ. Statiqꝫ vt sẽsit vestimẽtoꝝ ei⁹ fragrãtiã. bñdicẽs illi ait Ecce odor filii mei/ sicut odor agri pleni: cui bñdixit dñs. Det tibi de⁹ de rore celi/ ꝛ de pĩguedĩe ťre abũdãciã frumẽti vini ꝛ olei/ et seruiãt tibi populi/ ꝛ adorẽt te trib⁹. Esto dñs frm̃ tuoꝝ et ĩcuruẽt añ te filii mr̃is tue. Qui maledixerit tibi sit ille maledict⁹/ et q̃ bñdixerit tibi: bñdictiõib⁹ repleat. Dix isaac sermonẽ ipleuerat/ et egresso iacob foras veĩt esau coctosqꝫ de venatõe cibos ĩtulit prĩ dicẽs. Surge pr̃ mi/ et ↄmede de venatõe filii tui/ vt bñdicat michi aĩa tua. Dixitqꝫ illi isaac. Quis ei es tu Qui rñdit. Ego sũ fili⁹ tu⁹ p̃mogeĩtus esau. Expauit isaac stupore vehemẽti: et vltra q̃ credi pt̃ admirãs ait. Quis igiť ille ẽ q̃ dudũ captã venationẽ attulit mihi: et cõedi ex oĩb⁹ priusq̃ tu veires? Bñdixiqꝫ ei et erit bñdict⁹. Audit esau sermõibus pr̃is: irrugiit clamore magno: et cõsternat⁹ ait Bñdic etiã ꝛ mihi pr̃ mi Qui ait Veĩt german⁹ tu⁹ fraudulẽter: et accepit bñdictiõeꝫ tuã. At ille subiũxit. Iuste vocatũ ẽ nomẽ ei⁹ iacob: supplãtauit eĩ me en altã vice P̃mogeĩta mea ãte tulit et nũc scd̃o surripuit bñdictõem meã. Rursũqꝫ ad patrẽ. Nũquid nõ reseruasti ait et mihi benedictionem? Respondit isaac. Dñm tuum illũ constitui et

oēs fratres suos seruituti ei⁹ subiu-
gaui. Frumēto ī vino et oleo stabi
liui eū: tibi post hec fili mi vltra qd
faciā. Cui esau. Nū vnā inqt tātū
benedictionem habes pater? Mihi
quoqꝫ obsecro vt bn̄dicas. Cumqꝫ
eiulatu magno fleret: motus isaac
dixit ad eum. In pinguedine terre/
et ī rore celi desuper/ erit benedictio
tua. R. Bonum est confiteri domino/
et psallere nomini tuo altissime. V. Ad
annunciandum mane misericordiam tu
am et veritatem tuam per noctem. Se-
cundum Lucam. xv

In illo tempore. Dixit iesus di
scipulis suis parabolam hāc.
Homo quidam habuit duos filios/
et dixit adolescentior ex illis patri.
Pater/ da michi portionem substā
tie que me contigit. Et diuisit illis
substantiam. Et non post multos
dies/ congregatis omnibus adole-
scentior filius peregre profectus est
in regionem lōginquam/ et ibi dis
sipauit substanciam suam viuēdo
luxuriose. Et postq̄ omnia consū-
masset/ facta est fames valida in re
gione illa/ et ipse cepit egere. Et abi
it et adhesit vni ciuium regionis il-
lius/ et misit illum in villam suam
vt pasceret porcos. Et cupiebat iple
re ventrem suum de siliquis: quas
porci mādu cabant. et nemo illi da-
bat. In se autē reuersus dixit. Quā
ti mercenarii in domo patris mei
abundant panibus: ego autem hic
fame pereo? Surgam et ibo ad pa-
trē meum: et dicam illi. Pater pecca
ui in celum et corā te: iam nō sum
dignus vocari filius tuus: fac me si
cut vnum de mercenariis tuis. Et
surgens: venit ad patrē suū. Cū au
tē adhuc lōge esset vidit illum pater
ipsius: et misericordia motus est et
occurrēs cecidit super collū eius: et
osculatus est eum. Dixitqꝫ ei filius
Pater: peccaui ī celū et coram te. iā
nō sū dignus vocari fili⁹ tu⁹. Dixit
aūt pat̄ ad seruos suos. Cito pferte
stolā primā et induite illum et date
anulū in manu eius: et calciamēta
in pedes eius. Et adducite vitulum
saginatum: et occidite: et manduce
mus et epulemur: quia hic fili⁹ me-
us mortuus erat: et reuixit: perierat
et iuentus est. Et ceperunt epulari.
Erat aūt filius eius senior in agro
Et cum veniret et appropinquaret
domui. audiuit symphoniā et cho-
rum: et vocauit vnū de seruis: et in-
terrogauit que hec essent. Isqꝫ dixit
illi. Frater tu⁹ venit. et occidit pater
tuus vitulum saginatum: quia sal
uum illum recepit. Indignatus est
autē: et nolebat introire. Pater ergo
illius egressus cepit rogare illū. At
ille respōdens: dixit patri suo. Ecce
tot annis seruio tibi/ et nunq̄ man
datum tuū preterini: et nūq̄ dedisti
michi hedum/ vt cum amicis meis
epularer. Sed postq̄ filius tu⁹ hic
qui deuorauit substanciam suā cū
meretricibus venit: occidisti illi vi-
tulū saginatū. At ipse dixit illi. Fi-
li tu semper mecum es: et oīa mea
tua sunt. Epulari autem et gaude
re oportebat: qa frater tu⁹ hic mor-
tuus fuerat et reuixit/ perierat et in
uentus est. Offertorium. Illumina
oculos meos nequādo obdormiā ī morte

nequando dicat inimicus meus p̄ualui aduersus eum. Secreta.

HJs sacrificiis domine concede placatus. vt qui propriis ora=m⁹ absolui delictis non grauemur externis. Per Prefatio. Qui corpo=rali. Coio. Oportet te fili gaudere: q̄a frater tuus mortuus fuerat et reuixit. perierat et inuentus est. Postcoio

SAcramenti tui domine diui=na libatio penetralia n̄ri cor=dis infundat: et sui nos participes potēter efficiat. Per. Oremus. Hu=miliate capita. Super populum

FAmiliam tuam quesum⁹ do=mine continua pietate custo=divt que ī sola spe gratie celestis in=nititur: celesti etiā protectione muni=atur. Per. Dominica tercia. Introit⁹

OCuli mei semper ad domi=num quia ipse euellet de la=queo pedes meos respice in me et miserere mei quoniā vni=cus et pauper sum ego. ps. Ad te do=mine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam. Collecta

QUesumus omnipotēs deus / vota humilium respice / atq; ad defensionem nostrā dexterā tue maiestatis extende. Per dominum

Ad ephesios v.

FRatres. Estote imitatores dei sicut filii carissimi: et ambula=te in dilectione. sicut et christus di=lexit nos / et tradidit semetipsū pro nobis oblationem ꝛ hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio aūt et oīs immundicia aut auaricia: nec nominetur in vobis / sicut decet san=ctos: aut turpitudo / aut stultiloqui=um / aut scurrilitas que ad rem nō pertinet / sed magis gratiarū actio. Hoc enī scitote intelligentes: q̄ oīs fornicator / aut imundus / aut aua=rus / quod est idolorum seruitus: nō habet hereditatem in regno christi et dei. Nemo vos seducat inanibus verbis / propter hec enī venit ira dei in filios diffidētie. Nolite ergo effi=ci participes eorum. Eratis enim aliquādo tenebre: nunc autem lux in domino. Vt filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est: in omni bo=nitate / et iusticia / ꝛ veritate. ℟. Exur=ge domine non preualeat homo. iudicen=tur gentes in conspectu tuo. ℣. In cōuer=tendo inimicum meum retrorsum infir=mabuntur et perieāt a facie tua. Tract⁹

AD te leuaui oculos meos qui ha=bitas in celis. ℣. Ecce sicut oculi seruorꝫ in manibus dominorum suorum ℣. Et sicut oculi ancille in manibus do=mine sue. ℣. Ita oculi nostri ad dominū deum nostrū donec misereatur nostri. ℣ Miserere nobis domine miserere nobis.

Secundum Lucam: xi

IN illo tempore. Erat iesus eii=ciens demonium: et illud erat mutum. Et cum eiecisset demoni=um: locutus est mutus / et admira=te sunt turbe. Quidam autē ex eis dixerunt. In beelzebub principe de=moniorum eiicit demonia. Et alii tentātes signum de celo querebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitati=ones eorum / dixit eis. Omne regnū in seipsū diuisum desolabitur et do=mus supra domum cadet. Si au=tem et sathanas in seipsū diuisus ē quō stabit regnū ipsius / q̄a dicitis

in beelzebub me eiicere demōia. Si autem ego ī beelzebub eiicio demonia: filii vestri in quo eiiciūt: Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito dei eiicio demonia: profecto pueīt in vos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atriū suum in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat: et spolia eius distribuet. Qui non est mecū: aduersum me est: et qui non colligit mecum dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine: ābulat per loca inaquosa: querens requiem: et non inueniens dicit. Reuertar ī domum meā vnde exiui. Et cū venerit inuenit eam scopis mundatam et ornatam. Tunc vadit et assumit septem alios spiritus secum nequiores se: et ingressi habitāt ibi. Et fiunt nouissima hoīs illius peiora prioribus. Factum est autem cum hec diceret: extollens vocem quedā mulier de turba dixit illi. Beat9 vēter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quīimmo bti qui audiūt verbū dei: et custodiūt illud

Offertorium. Justicie domini recte letificantes corda: et dulciora super mel et fauum: nam et seruus tuus custodit ea:

Hec hostia domi- **Secreta** ne quesumus emūdet nostra delicta: et ad sacrificium celebrādū subditorū tibi corpora: mentesqz sāctificet. Per. **Coio.** Passer inuenit sibi domum et turtur nidum vbi reponat pullos suos: altaria tua domine virtutū rex meus et deus meus: beati qui habitant in domo tua in seculū seculi laudabūt te

A cūctis nos dñe rea- **Postco.** tib9 et a piculis ppici9 absolue, quos tanti misterii tribuis esse participes. Per. **Feria secūda. Introit**

In deo laudabo verbum. in domino laudabo sermonē in deo speraui, non timebo quid facit michi homo. **Ps** Miserere mei deus quoniam conculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me Gla. **Oremus.** Flecta9 genua **Col**

Cordibus nostris q̄s dñe grāz tuā benignus infūde vt sicut ab escis corpalib9 abstinem9: ita sensus quoqz nostros a noxiis retrahamus excessib9. p. **Lcō li. regū iiii. v.**

In dieb9 ill'. Naamā princeps militie regis syrie erat vir magnus apud dñm suū, et honoratus Per illū eni, dedit dñs salutē syrie. Erat āt vir fortis ꝛ diues, sed lepros9 Porro de syria egressi fuerāt latrūculi, ꝛ captiuā duxerāt de t̄ra isrl' puellā puulā, q̄ erat ī obseq̄o vxoris naaman. Que ait ad dñāz suā. Utinā fuisset dñs me9 ad pphetā q̄ est ī samaria pfecto curassz eū a lepra quā habet. Ingress9 ē itaqz naamā ad dominū ꝛ nūtiauit ei dicēs. Sic et sic locuta ē puella de terra isrl'. Dixitqz ei rex syrie. Uade et mittā lr̄ās ad regē isrl'. Qui cū pfect9 essz ꝛ tulisset secū decē talēta argēti, et sex milia aureos, ꝛ decē mutatoria vestimētoꝝ, detulit lr̄ās ad regē isrl' ī hec vba. Cū acceperis eplāz hanc, scito ꝙ miseri ad te naamā seruū meū, vt cures eū a lepra sua. Cūqz legissz rex isrl' lr̄ās scidit vestimēta sua et ait. Numq̄d

deus ego sum vt occidere possim et viuificare: quia iste misit ad me vt curem hominē a lepra sua. Animaduertite et videte quot occasiones q̄rat aduersū me. Quod cū audisset heliseus vir dei scidisse videlicȝ regē israel vestimēta sua / misit ad eum dicēs Quare scidisti vestimēta tua: Veniat ad me / et sciat esse prophetam in israel. Venit ergo naaman cum equis et curribus / et stetit ad ostium dom⁹ helisei. Misitqȝ ad eū heliseus nūcium dicēs. Vade et lauare septies in iordane / et recipiet sanitatem caro tua atqȝ mundaberis. Iratus naamā recedebat dicēs. Putabā ꝙ egrederet̄ ad me / et stās inuocaret nomē domini dei sui / et tangeret manu sua locum lepre / et curaret me. Nūquid non meliores sūt abana et pharfar fluuii damasci omnibus aquis israel / vt lauer in eis et munder: Cum ergo vertisset se et abiret īdignās accesserūt ad eū serui sui et locuti sūt ei Pater / et si rem grādem dixisset tibi propheta certe facere debueras / quātomagis quia nūc dixit tibi lauare et mūdaberis: Descendit et lauit septies in iordane iuxta sermonem viri dei et restituta est caro ei⁹ sicut caro pueri paruuli et mundatus est a lepra Reuersusqȝ est ad virum dei cū vniuerso comitatu suo: venit ⁊ stetit coram eo / et ait. Vere scio ꝙ nō sit alius deus in vniuersa terra / nisi tantum dominus deus israel. ℞. Deus vitam meam ānunciaui tibi posuisti lachrymas meas in cōspectu tuo ℣. Miserere mihi domine qm̄ conculcauit me hō tota die bellās tribulauit me. Tract⁹

Domine non secundū peccata nr̄a que fecimus nos: neqȝ secundū iniq̄tates nostras retribuas nobis. ℣. Dn̄e ne memineris iniq̄tatū nostraꝝ antiquarū cito anticipēt nos misericordie tue. q̄a pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriā nois tui dn̄e: libera nos et propicius esto peccatis nostris propter nomē tuū:

Secūdū Lucam: iiii

In illo tempore. Dixerūt pharisei ad iesum. Quanta audiuimus facta a te in capharnaū / fac et hic in patria tua. Ait autē. Amē dico vobis: quia nemo ꝓpheta acceptus est ī patria sua. In veritate dico vobis. mlt̄e vidue erant in dieb⁹ helye ī israel quando clausū est celū annis tribus: et mensibus sex: cum facta esset fames magna in omni terra: et ad nullam illarum missus est helyas nisi in sarepta sidonie: ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in israel sub heliseo propheta / et nemo eorum mūdatus est nisi naamā syrus. Et repleti sūt omnes in synagoga ira hec audientes Et surrexerūt et eiecerūt illū extra ciuitatem: ⁊ duxerunt illum vsqȝ ad supercilium montis: super quē ciuitas illorum erat edificata: vt precipitarent eum. Ipse autem transiens: ꝑ mediū illoꝝ ibat Offertoriū

Exaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam itēde ī me et exaudi me Secreta

Munus quod tibi domine nostre seruitutis offerim⁹ tuum salutare nobis perfice sacramētū.

Per. Prefatio Qui corporali. Coio

Quis dabit ex syō salutare israel cū auer terit dñs captiuitatē plebis sue exultabit iacob et letabit israel. Postcoio.

Presta quesumus omnipotēs et misericors deus: vt que ore cōtingimus: pura mēte capiamus Per. Oremus. Humiliate capita.

Super populum.

Subueniat nobis quesumus domine misericordia tua: vt ab imminentibus peccatorū nostrorū periculis te mereamur protegente eripi. te liberante saluari. Per.

Feria tercia. Introitus.

Ego clamaui quoniam exaudisti me deus: inclina aurē tuā et exaudi verba mea: custodi me dñe vt pupillā oculi: sub vmbra alarū tuarum protege me. ps. Exaudi domine iustitiam meam intēde deprecationem meam. Oremus Flectamus genua. Collecta

Exaudi nos omnipotēs et misericors deus: et continētie salutaris propitius nobis dona concede. Per. Lectio libri regum iiii

In diebus illis. Mulier qdā clamabat ad heliseū dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti q2 seruus tuus fuit timens deū. Et ecce creditor venit. vt tollat duos filios meos ad seruiendū sibi Cui dixit helise9. Quid vis vt faciā tibi? Dic michi: quid habes i domo tua? At illa respondit. Non habeo ancilla tua quicq̄ in domo mea nisi parū olei quo vngar. Cui ait. Vade et pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca: et ingredere et claude ostium tuum. Cū intrinsecus fueris tu et filii tui: mitte inde in omnia vasa hec: et cum plena fuerint tolles. Iuit itaq3 mulier et clausit ostiū super se: et super filios suos. Illi offerebāt vasa: et illa infundebat. Cūq3 plena fuissent vasa dixit ad filiū suū: affer michi adhuc vas. Et ille repōdit. Non habeo Stetitq3 oleū. Venit autem illa et indicauit homini dei. Et ille. Vade inquit: vende oleum et redde creditori tuo. Tu autem et filii tui viuite de reliquo. R. Ab occultis meis munda me dñe et ab alienis pce seruo tuo. V. Si mei nō fuerint dñati tūc imaculatus ero. et emundabor a delicto maximo.

Secundum matheum. xviii.

In illo tempore. Respiciens iesus in discipulos suos: dixit simoni petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade et corripe eum inter te et ipsum solū. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si aūt non te audierit / adhibe tecū adhuc vnum vel duos vt in ore duū vel trium testium stet oīe verbū. Quod si non audierit eos: dic ecclesie. Si aūt ecclesiā non audierit. sit tibi sicut ethnicus et publican9. Amē dico vobis: qcūq3 alligaueritis sup terrā erūt ligata et in celo. Et qcunq3 solueritis sup trā erūt soluta et in celo. Iterū dico vobis: q2 si duo ex vobis consenserint super terrā: de omi re quācunq3 petierint: fiet illis a patre meo qui in celis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo / ibi sum in medio eorum. Tunc accedēs petrus ad eum

dixit. Domine quotiēs peccabit in me frater meus et dimittā ei: Usqȝ septies? Dixit illi iesus. Non dico tibi usqȝ septies: sȝ usqȝ septuagies septies. Offertorium. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuā: et narrabo opera domini. Secreta

Per hec veniat quesumus dn̄e sacramēta nr̄e redemptionis effectus: qui nos et ab humanis retrahat semper excessibus: et ad salutaria cuncta perducat. Per. Prefatio Qui corporali. Communio Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in mōte sancto tuo qui ingreditur sine macula et operatur iusticiam. Postcōmunio

Sacris dn̄e misteriis expiati: et veniā cōsequamur et gratiā. P Oremus. Humiliate capita vestra Super populum.

Tua nos domine ptectione defende: et ab omni semper iniquitate custodi. P. Feria iiii. Introitus

Ego autem ī domino sperabo: exultabo et letabor ī tua misericordia: qa respexisti humilitatē meam. Ps. In te domine speraui non confundar in eternum: in iusticia tua libera me. Collecta Oremus. Flectamus genua.

Presta nobis quesumus domine vt salutaribus ieiuniis eruditi/ a noxiis quoqȝ viciis abstinentes/ propiciationē tuā facilius impetremus. Per. Lectio libri exodi. xx

Hec dicit dn̄s deus. Honora patrem tuū et matrē tuā/ vt sis longeuus super terram/ quā dominus deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mechaberis. Nō furtū facies. Non loquaris contra ꝓximū tuum falsum testimoniū. Nō concupisces domum ꝓximi tui/ nec desiderabis vxorem eius/ nō seruum/ non ancillam/ nō bouē/ nō asinū/ nec omnia que illius sunt. Cūctus autē populus audiebat voces et lāpades/ et sonitum buccine/ mōtēqȝ fumigantē. Et perterriti ac pauore cōcussi/ steterūt ꝓcul/ dicētes moysi. Loquere tu nobis/ et audiem⁹. Nō loquatur nobis dn̄s/ ne forte moriamur. Et ait moyses ad populū. Nolite timere. Ut eni probaret vos venit deus/ et vt terror illi⁹ esset in vobis/ et nō peccaretis. Stetitqȝ ppl̄s de lōge/ moyses autē accessit ad caliginē in qua erat deus. Dixitqȝ ꝓterea dominus ad moysem. Hec dices filiis israel: Uos vidistis ꝙ de celo locut⁹ sum vobis: Non facietis deos argēteos: nec deos aureos facietis vobis Altare de terra facietis michi: et offeretis super illud olocausta et pacifica vestra: oues vestras et boues in oī loco in quo memoria fuerit nomīs mei. R. Miserere mihi domine quoniā infirmus sum sana me domine. V. Conturbata sunt omnia ossa mea et aīa mea turbata est valde. Scd̄m Mattheū: xv

In illo tempore. Accesserūt ad iesum ab hierosolymis scribe et pharisei: dicētes. Quare discipuli tui transgrediūtur traditiones seniorum? Nō enim lauant manus suas: cum panem mādūcant. Ipse autē rn̄dens ait illis. Quare et vos transgredimini mādatum dei et tra-

ditionem vestrã. Nam de⁹ dixit. Ho
nora patrẽ tuũ et matrẽ tuã. Et q̃
maledixerit patri vel matri: morte
moriat̃. Vos autem dicit: q̃cũq; di-
xerit patri vel matri mun⁹ quodcũ
q; est ex me tibi proderit et nõ hono
rificabit patrẽ suũ aut matrẽ suã: ⁊
irritum fecistis mãdatum dei prop
ter traditionẽ vestrã: Hypocrite: be-
ne ꝓphetauit de vobis ysaias dicẽs
Popul⁹ hic labiis me honorat: cor
autẽ eoꝝ lõge est a me. Sine causa
autem colunt me docentes doctri-
nas et mandata hominum. Et cõ-
uocatis ad se turbis: dixit eis. Audi-
te et intelligite. Nõ quod intrat ĩ os
coinquinat hominem sed quod pro
cedit ex ore hoc coinquinat hominẽ
Tunc accedẽtes discipuli eius: dixe
runt ei. Scis quia pharisei audito
hoc verbo scãdalizati sũt: At ille res
pondens ait. Omis plantatio quã
non plantauit pater meus celestis:
eradicabitur. Sinite illos ceci sũt: ⁊
duces cecoꝝ: Cecus autẽ si ceco du-
catum prestet: ambo in foueam ca-
dunt. Respõdens autẽ petrus: dixit
ei. Edissere nobis: parabolã istã. At
ille dixit. Adhuc et vos sine intellec
tu estis Non intelligitis: quia oẽ qḋ
in os intrat ĩ ventrẽ vadit: ⁊ ĩ secessũ
emittitur. Que autẽ ꝓcedũt de ore:
de corde exeunt. et ea coinquinãt ho
minẽ. De corde enĩ exeũt cogitatoẽs
male: homicidia adulteria fornica-
tioẽs furta falsa testimoĩa: blasphe
mie. Hec sunt q̃ coinq̃nant hominẽ
Non lotis autẽ manibus mãduca-
re: nõ coinq̃nat hominem. Offer.
Domine fac mecũ misericordiam tuam
propter nomẽ suum q̃m suauis est miseri
cordia tua. Secreta.

Suscipe quesum⁹ dñe preces po
puli tui cũ oblationibus hosti
arũ et tua misteria celebrãtes: ab oĩ
bus nos defende periculis. P dñm.
Prefatio. Qui corporali. Comunio
Notas michi fecisti vias vite. adimplebis
me leticia cũ vultu tuo dñe. Postcõ.

Sanctificet nos domie qua pas
ti sum⁹ mẽsa celestis. et a cunc
tis erroib⁹ expiatos. supnis ꝓmis
sionibus reddat acceptos. Per dñz.
Orem⁹. Humiliate capita. Sup pplz

Concede q̃s oĩpotens deus: vt
qui protectionis tue gratiam
querimus: liberati a malis oĩbus se
cura tibi mẽte seruiamus. Per dñz

Feria quinta introitus.

Salus populi ego sũ dicit do
minus de quacũq; tribula
tione clamauerit ad me ex
audiam eos et ero illoꝝ dñs ĩ perpe
tuum. Ps. Attendite popule meus legẽ
meã/inclinate aurẽ vestram ĩ verba oris
mei. Orem⁹. Flectamus Collec.

Magnificet te dñe sanctoꝝ tuo
rũ cosme et damiani btã so
lẽnitas/qua et illis gloriã sẽpiternã
et opem nobis ineffabili prouiden
tia contulisti. Per dominum

Lectio hieremie prophete. vii.

In diebus illis Factum est ver
bũ dñi ad hieremiam ꝓphetã
dicens. Sta in porta domus dñi/et
predica in ea verbũ istud et dic. Au
dite verbum dñi omnis iuda q̃ ingre
dimini per portas has/vt adoretis
dñm. Hec dicit domin⁹ exercituum:
deus israel. Bonas facite vias vr̃as

et studia vestra: et habitabo vobiscū in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacii: dicentes templū dñi/ templū dñi/ templū dñi est. Quoniam si benedixeritis vias vr̄as et studia vestra/ si feceritis iudiciū inter virum et proximū eius: aduene et pupillo/ et vidue nō feceritis calūniam nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc: et post deos alienos non ambulaueritis in malū vobismetipsis: habitabo vobiscū in loco isto/ in terra quam dedi patribus vestris: a seculo et vsq3 in seculū. Dicit dñs ops. R. Oculi oim in te sperāt dñe et tu das illis escam in tēpore oportuno. V. Aperis tu manū tuā et iples oē aial benedictione. Secūdū Johānē. vi.

In illo tp̄e. Dixit iesus turbis iudeorū. Operamini nō cibū qui perit sed qui manet in vitā eternā/ quē filius hoīs dabit vobis. Hūc enim pater signauit deus. Dixerūt ergo ad eū. Quid faciemus vt operemur opera dei? Respōdit iesus: et dixit eis. Hoc est opus dei: vt credatis in eum/ quē misit ille. Dixerūt ergo ei. Quod ergo tu facis signum: vt videamus et credam⁹ tibi? Quid operis? Patres mādūcauerūt māna ī deserto: sicut scriptum est. Panem de celo dedit eis mādūcare. Dixit ergo eis iesus. Amen amē dico vobis: non moyses dedit vobis panē de celo: sed pater meus dat vobis panem de celo verū. Panis enim verus est/ qui de celo descendit: et dat vitā mūdo. Dixerunt ergo ad eū. Domie sēper da nobis panē hunc. Dixit ergo eis iesus. Ego sum panis vite. Qui venit ad me/ non esuriet: et qui credit in me: nō sitiet in eternū. Offer.

Si ambulauero in medio tribulatiōis viuificabis me dñe et super irā inimicorum meorum extendes manū tuā et saluū me fecit dextera tua. Secreta.

In tuorum dñe preciosa morte iustorum sacrificium illud offerimus/ de quo martyrium sūpsit omne principium. Per d. Prefatio. Qui corporali. Coio. Tu mādasti mādata tua custodiri nimis vtinā dirigant̄ vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcōmunio

Sit nobis domie sacramēti tui certa saluatio que cum beatorum martyrum tuorum cosme et damiani/ meritis imploratur. P do Oremus. Humiliate ca. Sup ppl'z.

Subiectum tibi populum quesumus domine propiciatio celestis amplificet: et tuis semper faciat seruire mandatis. P dñm.

Feria sexta. Introitus.

Fac mecū signū in bonū dñe vt videant qui me oderunt et confundantur quoniam tu domine adiuuisti me et consolatus es me. Ps. Inclina dñe aurē tuam et exaudi me: quoniam inops et pauper sū ego. Oremus. Flectamus. Collecta

Ieiunia nostra quesumus domine benigno fauore proseq̄re: vt sicut ab alimētis abstinemus in corpore ita a viciis ieiunemus in mente. P. Lcō libri numeri. xx.

In diebus illis: Conuenerunt filii israel ad moysen ⁊ aaron: et versi in seditionem dixerunt. Da nobis aquā vt bibamus. Ingressus

q̄ moyses ⁊ aaron/ dimissa multitudine in tabernaculum federis corruerunt proni in terram: clamaueruntq̄ ad dn̄m/ atq̄ dixerūt. Dn̄e deus audi clamorem populi huius/ et aperi eis thesaurū tuū fōtē aque viue vt saciati cesset murmuratio eorū et apparuit gloria dn̄i: super eos. Locutusq̄ est dn̄s ad moysen: dicēs. Tolle virgam et congrega populū tu et aaron frater tuus: et loquimini ad petrā coram eis: et illa dabit aquas. Cū ed uxeris aquam de petra: bibet oīs multitudo et iumēta eius. Tulit igitur moyses virgā que erat in conspectu dn̄i sicut preceperat ei/ cōgregata multitudine ante petrā: dixitq̄ eis. Audite rebelles et increduli: Nū de petra hac vobis aquā poterimus eiicere? Cūq̄ eleuasset moyses manū percutiens virga bis silicem: egresse sūt aque largissime ita vt populus biberet et iumenta. Dixitq̄ dn̄s ad moysen et aarō. Quia non credidistis michi vt sanctificaretis me coram filiis israel: non introducetis hos populos ī terrā quā dabo eis. Hec est aqua cōtradictiōis vbi iurgati sunt filii israel cōtra dominū: et sanctificatus est in eis. ℟. In deo sperauit cor meum et adiutus sū et refloruit caro mea et ex voluntate mea cōfitebor illi ℣. Ad te dn̄e clamaui deus meus ne sileas ne discedas a me. Tractus

Domine non secūdū peccata nostra que fecimus nos neq̄ secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū cito anticipent nos mīe tue quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et ppter gloriā noīs tui libera nos et ppicius esto peccatis nostris ppter nomen tuum.

Secundū Johannem. iiii.

In illo tempore. Jesus fatigatus ex itinere: sedebat sic supra fontē. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de samaria haurire aquam Dicit ei iesus. Da michi bibere. Discipuli enī eius abierant in ciuitatē vt cibos emerēt Dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cū sis bibere a me poscis que sū mulier samaritana? Nō enī coutūt iudei samaritanis. Respōdēs iesus et dixit ei. Si scires donū dei et quis est qui dicit tibi da michi bibere/ tu forsitan petisses ab eo: et dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier. Domine neq̄ in quo haurias habes: et puteus altus est. Vnde ergo habes aquā viuā? Nunqd tu maior es patre nostro iacob/ qui dedit nobis puteum et ipse ex eo bibit et filii eius: et pecora eius? Respōdit iesus: et dixit ei Oīs q̄ bibit ex aqua hac sitiet iterū. Qui autē biberit ex aqua quā ego dabo ei: non sitiet ī eternū. Sed aqua quā ego dabo ei: fiet ī eo fons aque salientis in vitā eternā. Dicit ad eū mulier. Dn̄e da michi hāc aquā: vt non sitiā/ neq̄ veniam huc haurire Dicit ei iesus. Vade voca virū tuū: et veni huc Rn̄dit mulier et dixit ei. Nō habeo virū. Dicit ei iesus. Bene dixisti: quia non habeo virū Quinq̄ enī viros habuisti et nūc quē habes/ non est tuus vir: hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Dn̄e video: quia ppheta es tu. Patres nostri in mō-

te hoc adorauerunt: et vos dicitis qr
hierosolymis ē loc⁹ vbi adorare opor
tet. Dicit ei iesus. Mulier crede mi-
chi: qr veniet hora quādo neqꝫ ī mō-
te hoc: neqꝫ in hierosolymis adorabi
tis patrē. Vos adoratis quod nesci-
tis. nos adoramus quod scimus: qr
salus ex iudeis est. Sed venit hora ⁊
nunc est: quādo veri adoratores ado
rabūt patrē in spū et veritate. Nā et
pater tales querit qui adorēt eū. Spi
ritus est deus: et eos qui adorant
eū: in spū et veritate oportet adora-
re. Dicit ei mulier. Scio qr messias
venit: qui dicit̃ christus. Cū ergo ve
nerit ille ānūciabit nobis oīa. Dicit
ei iesus. Ego sū qui loquor tecū. Et
cōtinuo venerūt discipuli eius ⁊ mi
rabātur: quia cū muliere loquebat̃.
Nemo tamē dixit quid queris / aut
quid loqueris cū ea. Reliqt ergo hy-
driā suā mulier / et abiit in ciuitatē:
et dicit illis hoībus. Venite et videte
hoīem: qui dixit michi oīa quecūqꝫ
feci. Nunqd ipse ē xp̄s: Exierūt de ci
uitate: et veniebāt ad eū. Interea ro-
gabāt eū discipuli dicentes. Rabbi:
māduca. Ille aūt dixit eis. Ego cibū
habeo manducare: quē vos nescitis.
Dicebāt ergo discipuli ad iuicē. Nū
quid aliquis attulit ei manducare:
Dicit eis iesus. Meus cibus est vt fa
ciā volūtatē eius q̄ misit me: vt pfi-
ciā opus eius. Nonne vos dicitis q̄
adhuc quattuor mēses sūt: et messis
venit. Ecce dico vobis: leuate oculos
vr̄os et videte regiones: qr albe sunt
iā ad messē. Et q̄ metit mercedē ac-
cipit: ⁊ cōgregat fructū ī vitā eternā
vt et q̄ seminat simul gaudeat et q̄
metit. In hoc enī est verbū verū quia
alius est qui seminat: et alius est q̄
metit. Ego misi vos metere: qd̄ vos
nō laborastis. Alii laborauerunt: et
vos in labores eorū introistis. Ex ci
uitate autē illa multi crediderūt in
eū samaritanorū ppter verbū muli
eris testimoniū phibētis: quia dixit
michi oīa quecunqꝫ feci. Cum venis
sent ergo ad illū samaritani roga-
uerunt eū vt ibi maneret: et mansit
ibi duos dies. Et multos plures cre
diderūt ppter sermonē eius. Et mu
lieri dicebāt: quia non ppter tuā lo-
quelā credimus. Ipsi eī audiuimus
et scimus: quia hic est vere saluator
mūdi. **Offer.** Intēde voci orōis mee rex
me⁹ et deus me⁹ qm̄ ad te orabo dñe. **Se**

Respice dñe ppici⁹ ad munera
q̄ sacram⁹: vt ⁊ tibi grata sint
et nobis salutaria sēp existāt. p do.
Prefatio. Qui corporali. **Coio.** Qui
biberit aquā quā ego do dixit dñs sama
ritane fiet in eo fōs aque saliētis in vitam
eternam. **Postcoio.**

Vius nos dñe perceptio sacra
mēti mundet a crimine: et ad
celestia regna perducat. p do. **Ore-
mus.** Humiliate capita. **Sup pplm**

Presta q̄s op̄s deus: vt qui in
tua protectione cōfidimus: cū
cta nobis aduersātia te adiuuāte vi
camus. p. **Sabbato. Introitus**

Verba mea aurib⁹ pcipe dñe
ītellige clamorē meū iten-
de voci orōis mee. **ps.** Quoni
am ad te orabo dñe mane exaudies vocē
mea. **Orem⁹.** Flectamus. **Collecta.**

Presta q̄s op̄s deus vt qui se af
fligēdo carne ab alimētis ab-

stinēt: sectando iusticiā a culpa ieiu
nent. P do. Lcō danielis pphete. xiii.

In diebus illis: Erat vir in ba-
bylone: et nomē eius ioachī/ et
accepit vxorē noīe susānā filiam hel
chie pulchrā nimis et timentē deū.
Parentes enī illius cū essent iusti:
erudierūt filiā suā secūdū legē moy
si. Erat aūt ioachim diues valde: et
erat ei pomeriū vicinū domui sue:
et ad ipsū cōfluebāt iudei/ eo ꝙ esset
honorabilior oīm. Et constituti sūt
duo senes iudices in anno illo: de q̇
bus locutus est dn̄s quia egressa est
īiq̇tas de babylone a seniorib9 iudi-
cib9 q̇ videbāt regere populū. Isti fre
quētabāt domū ioachī et veniebant
ad eū oēs qui habebant iudicia. Cū
autē populus reuertisset per meridi
em: ingrediebat susāna et deambu
labat ī pomerio viri sui. Et videbāt
eā senes quotidie ingredientē et de-
ambulātē: et exarserūt in cōcupiscē
tiā eius. Et euerterūt sensū suum: et
declinauerūt oculos suos: vt non vi
derēt celū: neq3 recordarentur iudi-
ciorū iustorū. Factū est aūt cū obser
uarent diē aptū ingressa est aliqn̄ si
cut heri et nudiustercius cū duabus
solis puellis: voluitq3 lauari in po-
merio. Estus quippe erat: et nō erat
ibi quisꝙ preter duos senes abscon-
ditos: cōtemplātes eam. Dixit ergo
puellis. Afferte michi oleū et smig-
mata: et ostia pomerii claudite: vt
lauer. Cū aūt egresse essent puelle/
surrexerunt duo senes: et accurrerūt
ad eā: et dixerunt. Ecce ostia pome-
rii clausa sunt: et nemo nos videt et
in cōcupiscētia tui sumus. Quāob
rē assentire nobis: et cōmiscere nobi
scū. Qd̄ si nolueris dicem9 cōtra te
testimoniū ꝙ fuerit tecū iuuenis: et
ob hanc causā emiseris puellas a te.
Ingemuit susāna et ait. Angustie
michi sunt vndiq3. Si enī hoc egero
mors michi est. Si autē non egero:
nō effugiā manus vr̄as. Sed meli9
est michi absq3 opere incidere in ma
nus vestras: ꝙ peccare in conspectu
dn̄i. Et exclamauit voce magna su-
sāna: exclamauerūt aūt et senes ad
uersus eā. Cū autē audissēt clamo-
rē famuli domus in pomerio: irrue
rūt per posticū vt viderēt q̇dnā hoc
esset. Postꝙ autē senes locuti sunt
erubuerūt serui vehemēter: qr nūꝙ
fuerat dict9 sermo huiuscemodi de
susāna. Et facta est dies crastia. Cū
q3 venisset populus ad virū eius ioa
chī: venerūt et duo presbyteri pleni i
iqua cogitatione aduersus susānā:
vt interficerēt eā. Et dixerūt coram
populo. Mittite ad susānā filiā hel-
chie: vxorē ioachī. Et stati miserunt
Et venit cū parētibus et filiis: et vni
uersis cognatis suis. Flebāt igitur
sui et oēs qui nouerāt eā. Cōsurgē-
tes aūt duo presbyteri in medio po-
puli: posuerūt manus super caput
ei9. Que flēs: suspexit ad celū. Erat
enī cor eius: fiduciā habēs ī dn̄o. Et
dixerūt presbyteri. Cū deābularem9
in pomerio soli: ingressa est hec cū
duabus puellis et clausit ostiū po-
merii/ et dimisit a se puellas. Venit
q3 adolescēs qui erat abscōditus/ et
cōcubuit cum ea. Porro nos cum es
semus in angulo pomerii videntes
iniq̇tatē cucurrimus ad eos/ et vidi

mus eos pariter cõmisceri. Et illũ quidẽ nõ quiuimus cõprehendere: quia fortior nobis erat. Et aperto ostio: exiliuit. Hãc autẽ cũ apprehendissemus interrogauimus quisnã esset adolescẽs: et noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senib9 et iudicib9 populi: et cõdẽnauerũt eã ad mortẽ. Exclamauit autem voce magna susãna / et dixit. De9 eterne q̇ absconditorꝫ es cognitor / qui nosti oĩa anteq̃ fiãt: tu scis quoniã falsũ testimoniũ contra me tulerũt / et ecce morior: cũ nichil horũ fecerĩ que isti maliciose cõposuerũt aduersũ me. Exaudiuit aũt dñs vocẽ eius. Cũq3 duceretur ad mortẽ: suscitauit dñs spiritũ pueri iunioris cui nomen daniel: et exclamauit voce magna. Mundus ego sum a sanguine huius. Et cõuersus omĩs populus ad eũ: dixit Quis est iste sermo quẽ tu locutus es? Qui cũ staret in medio eorũ ait. Sic fatui filii israel nõ iudicantes: neq3 quod verũ est cognoscentes / cõdemnastis filiã israel. Reuertimini ad iudiciũ quia falsũ testimoniũ locuti sunt aduersus eã. Reuersus est ergo ppl's cũ festinatiõe / et dixit ad eos daniel. Separate illos ab inuicẽ ꝓcul: et diiudicabo eos. Cũ autẽ diuisi essent alter ab altero: vocauit vnum de eis / et dixit ad eũ. Inueterate dierũ malorꝫ nunc venerũt peccata tua que operabaris prius: iudicans iudicia iniusta / inocentes opprimens / et dimittens noxios. Dicente dño: inocentẽ et iustũ nõ interficies Nunc ergo si vidisti eã: dic sub qua arbore videris eos colloquẽtes sibi. Qui ait. Sub cyno. Dixit ei daniel Recte mentitus es in caput tuũ. Ecce enĩ angel9 dei accepta sententia ab eo: scindet te mediũ: Et amoto eo iussit venire alium / et dixit ei Semen chanaan et nõ iuda species decepit te: et cõcupiscẽtia subuertit cor tuũ. Sic faciebatis filiabus israel: et ille timẽtes loquebãtur vobis / sed nõ filia iuda sustinuit ĩiquitatẽ vestrã. Nũc ergo dic michi sub qua arbore cõprehẽderis eos loquẽtes sibi. Qui ait sub prino. Dixit aũt ei daniel. Recte mẽtitus es et tu in caput tuũ. Manet enĩ angelus dei gladiũ habẽs vt secet te mediũ: et ĩterficiat vos. Exclamauit itaq3 oĩs cet9 voce magna et benedixerũt deũ: qui saluat sperãtes in se. Et consurrexerũt aduersus duos presbyteros. Cõuicerat enĩ eos daniel ex ore suo falsum dixisse testimoniũ. Feceruntq3 eis sicuti male egerãt aduersus primũ: et interfecerũt eos. Et saluatus est sãguis ĩnoxius: in die illa. ℞. Si ambulem in medio vmbre mortis non timebo mala quoniã tu mecũ es dñe ℣. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sũt

Secundũ Johannẽ. .viii.

In illo tempore. Perrexit iesus in mõtẽ oliueti / et diluculo iterũ venit in tẽplũ. Et oĩs ppl's venit ad eũ / et sedẽs docebat eos. Adducũt autẽ scribe et pharisei mulierẽ in adulterio deprehensã / et statuerunt eã in medio / et dixerunt ei. Magister hec mulier modo deprehẽsa est ĩ adulterio. In lege autẽ moyses mãdauit nobis huiusmodi lapidare. Tu

ergo quid dicis? Hoc aũt dicebãt tẽtantes eũ: vt possent accusare eũ. Jesus aũt iclinãs se deorsũ: digito scribebat in terrã. Cũ autẽ perseuerarẽt interrogãtes eũ/ erexit se et dixit eis Qui sine peccato est vestrũ: primus in illã lapidẽ mittat. Et iterũ se inclinãs scribebat in terrã. Audiẽtes autẽ hec: vnus post vnũ exibãt incipiẽtes a senioribus: et remãsit solus iesus et mulier in medio stans. Erigẽs aũt se iesus: dixit ei. Mulier vbi sunt qui te accusabãt? Nemo te condẽnauit? Que dixit. Nemo dñe. Dixit autẽ ei iesus. Nec ego te cõdẽnabo. Vade: et iã amplius noli peccare. Offr. Gressus meos dirige dñe secũdũ eloquiũ tuũ vt non dñet mei ois iniusticia domine. Secreta.

Concede q̃s ops deus / vt hui9 sacrificii munus oblatũ: fragilitatẽ nostram ab omi malo purget semper et muniat. p. Prefatio. Qui corpo. Coio. Nemo te cõdẽnauit mulier nemo dñe nec ego te cõdẽnabo iã amplius noli peccare. Postcoio

Quesumus ops de9 vt inter ei9 mẽbra numeremur cuius corpori cõicauim9 et sanguini iesu xpi dñi nostri. Qui tecũ. Oremus. Humiliate capita vr̃a deo. Sup ppłm.

Pretẽde dñe fidelibus tuis dexterã celestis auxilii: vt te toto corde perquirãt/ et que digne postulãt cõsequi mereantur. p dñm.

Dñica quarta. Introitus.

Letare hierusalẽ et cõuentũ facite oẽs qui diligitis eam gaudete cũ leticia qui in tristicia fuistis vt exultetis et saciemini ab vberib9 cõsolationis vestre Ps. Letatus sũ in his que dicta sunt michi in domũ dñi ibimus. Collecta

Concede q̃s ops de9: vt qui ex merito nostre actionis affligimur/ tue gratie cõsolatione respiremus. p. Ad Galathas. .iiii.

Fratres: Scriptũ est. q̃m abraham duos filios habuit vnũ de ancilla: et vnũ de libera. Sed qui de ancilla/ secũdũ carnẽ natus est. Qui autẽ de libera per repromissionem que sunt per allegoriã dicta. Hec enĩ sunt duo testamẽta. Vnũ quidẽ in mõte syna i seruitutẽ generãs: que est agar. Syna enĩ mõs est in arabia qui cõiũctus est ei que nũc ẽ hierusalẽ: et seruit cum filiis suis. Illa autẽ que sursũ est hierusalẽ libera ẽ que est mater nostra. Scriptũ est enĩ Letare sterilis que non paris/ erũpe et clama que nõ parturis: quia multi filii deserte magis q̃ eius que habet virũ. Nos autẽ fratres secundũ isaac pmissionis filii sumus. Sed quomodo tũc is q̃ secũdũ carnẽ nat9 fuerat psequebaẽ eũ qui secũdũ spiritũ: Jta et nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillã: et filiũ eius Nõ enĩ heres erit filius ancille: cũ filio libere. Jtaq̃ fratres non sumus ancille filii: sed libere. Qua libertate: xp̃s nos liberauit. R. Letatus sũ in his que dicta sunt michi in domũ dñi ibimus. V. Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. Tractus

Qui confidũt in dño sicut mons syon non cõmouebitur in eternũ qui habitãt in hierusalẽ. V. Mõtes in circuitu eius et dñs in circuitu ppli sui et hoc nũc

et vsqz in seculũ. Scdm. Johannẽ vi.

In illo tpe: Abiit iesus trãs mare galilee quod est tyberiadis: & seqbat eũ multitudo magna qr videbãt signa que faciebat sup his q̃ infirmabant. Subiit ergo in mõtẽ iesus: et ibi sedebat cũ discipulis suis. Erat aũt primũ pascha: dies festus iudeoꝝ. Cũ subleuasset ergo oculos iesus et vidisset qr multitudo maxima venit ad eũ: dixit ad philippũ. Unde ememus panes: vt mãducẽt hi? Hoc aũt dicebat: tentãs eũ. Ipse enĩ sciebat quid esset facturus. Respõdit ei philippus. Ducẽtoꝝ denarioꝝ panes nõ sufficiũt eis: vt vnusquisqz modicũ quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius: andreas frater simonis petri. Est puer vnus hic q̃ habet quiqz panes ordeaceos: et duos pisces. Sed hec q̃d sũt iter tãtos? Dicit ergo iesus. Facite hoĩes discũbere. Erat aũt fenũ multũ in loco. Discubuerũt ergo viri: numero quasi quiqz milia. Accepit ergo iesus panes: et cũ grãs egisset distribuit discũbẽtib⁹. Similiter et ex piscibus: quãtũ volebãt. Ut aũt ipleti sũt: dixit discipulis suis. Colligite q̃ supauerũt fragmenta: ne pereant. Collegerũt ergo et ipleuerũt duodeci cophinos fragmẽtoꝝ: ex quiqz panib⁹ ordeaceis et duob⁹ piscib⁹ q̃ sup fuerũt his q̃ mãducauerãt. Illi ergo hoĩes cũ vidissẽt q̃ ies⁹ fecerat signũ dicebãt. Qr hic ẽ vere ppheta: qui vẽturus est i mũdũ. Offr. Laudate dominũ qr benignus ẽ psallite noĩ eius qm̃ suauis est oĩa quecũqz voluit fecit in celo et in terra. Secreta.

Sacrificiis p̃sẽtibus dñe q̃s intẽde placatus: vt et deuotioni nostre pficiãt et saluti. p. Coĩo. Hierusalẽ que edificat̃ vt ciuitas cuius participatio eius in idipsũ illuc eñ ascẽderunt tribus tribus dñi ad cõfitẽdũ noĩ tuo dñe.

Da nobis misericors Postcoĩo deus: vt sctã tua q̃bus icessãter explemur sinceris tractemur obseq̃is: et fideli semper mẽte sumam⁹. p

Feria secunda. Introitus

Deus in noĩe tuo saluũ me fac: & i virtute tua iudica me de⁹ exaudi orõẽꝫ meã. ps. Auerte mala iimicis meis: et i virtute tua disp de illos. Glã. Orem⁹. Flecta. Collcã.

Presta q̃s oĩps deus vt obseruationes sacras ãnua deuotiõe recolẽtes / et corpore tibi placeamus et mẽte. p. Lcõ libri Regum.iii.iii.

In diebus illis: Uenerunt due mulieres meretrices ad regẽ salomonẽ: steterũtqz corã eo. Quarũ vna ait. Obsecro mi dñe ego et mulier hec habitabamus i domo vna: et peperi apd eã i cubiculo. Tercia aũt die postq̃ ego peperi: peperit et hec. Et eramus simul nullusqz alius in domo nobiscũ: exceptis nobis duabus. Mortu⁹ ẽ aũt filius mulieris huius nocte: dormiẽs q̃ppe oppssit eũ. Et cõsurgẽs itẽpeste noctis silentio tulit filiũ meũ de latere meo ãcille tue dormiẽtis: et collocauit in sinu suo. Suũ aũt filiũ q̃ erat mortuus: posuit in sinu meo. Cũqz surrexissẽ mane vt darem lac filio meo appuit mortuus. Quẽ diligẽtius intuẽs clara luce: dephẽdi nõ esse meũ quẽ genuerã. Respõditqz altera mu

lier. Nõ est ita/sed filius tuus mor-
tuus ẽ/meus aũt viuit. Ecõtrario il
la dicebat. Mẽtiris. Fili⁹ q̃ppe meus
viuit: et filius tuus mortuus est. At
q; i hũc modũ: cõtendebãt corã rege
Tũc rex ait. Hec dicit. Filius meus
viuit et filius tu⁹ mortu⁹ ẽ Et ista re
spõdit. Nõ: sed filius tuus mortuus
ẽ: meus aũt viuit. Dixit ergo rex. Af
ferte michi gladiũ. Cũq; attulissent
gladiũ corã rege: diuidite inq̃t ĩfãtẽ
viuũ ĩ duas partes/et date dimidiã
partẽ vni/ꝛ dimidiã partẽ alteri. Di
xit aũt mulier cuius filius erat vi-
uus: ad regẽ Cõmota sũt q̃ppe visce
ra eius: super filio suo. Obsecro
dñe: date illi ĩfãtẽ viuũ ꝛ nolite ĩter
ficere eũ. Ecõtrario illa dicebat Nec
michi nec tibi sit: sed diuidat̃ Respõ
dit rex et ait. Date huic infãtẽ viuũ
et nõ occidat̃. Hec ẽ enĩ mater eius.
Audiuit itaq; oĩs israel iudiciũ qd̃
iudicasset rex: et timuerũt regẽ vidẽ
tes sapiẽtiã dei esse ĩ eo: ad faciendũ
iudiciũ. ℟. Esto michi ĩ deũ ꝓtectorẽ et
ĩ locũ refugii vt saluũ me facias. ℣. Deus
ĩ te speraui dñe nõ cõfũdar ĩ etnũ. Tract⁹

Dñe nõ secũdũ pctã nostra q̃ fecimus
nos neq; scd̃m ĩiq̃tates nrãs retri-
buas nobis. ℣. Dñe ne memineris ĩiq̃tatũ
nostrarũ antiquarũ cito ãticipẽt nos mĩe
tue qꝛ paupes facti sum⁹ nimis ℣. Adiuua
nos deus salutaris noster et ꝓpter gloriã
noĩs tui dñe libera nos et ꝓpicius esto pec
catis nostris ꝓpt̃ nomẽ tuũ. S. iohẽ. ii.

In illo tp̃e. Prope erat pascha
iudeoꝝ: et ascẽdit iesus hieroso
lymã Et ĩuenit ĩ tẽplo vẽdẽtes oues
et boues ꝛ colũbas: ꝛ nũmularios se
dẽtes. Et cũ fecisset quasi flagellũ
de funiclis: oẽs eiecit de tẽplo Oues
quoq; et boues et nũmularioꝝ effu
dit es: ꝛ mẽsas subuertit. Et his q̃
colũbas vendebãt dixit Auferte ista
hĩc: et nolite facere domũ p̃ris mei
domũ negociatiõis. Recordati sunt
vero discipli eius qꝛ scriptũ ẽ: zelus
domus tue comedit me. Responde
rũt ergo iudei/et dixerũt ei Quod si
gnũ ostẽdis nobis qꝛ hec facis? Re-
spõdit iesus: et dixit eis. Soluite tẽ
plũ hoc: et ĩ tribus diebus excitabo
illud. Dixerũt ergo iudei. Quadra-
gita et sex ãnis edificatũ ẽ tẽplũ hoc
et tu ĩ trib⁹ dieb⁹ excitabis illud? Il
le aũt dicebat de tẽplo corpis sui Cũ
ergo resurrexisset a mortuis recor-
dati sũt discipli eius: qꝛ hoc dicebat
de se. Et crediderũt scripture et ser-
moni quẽ dixit iesus. Cũ autẽ esset
hierosolymis in pascha in die festo
multi crediderũt ĩ noĩe ei⁹ vidẽtes si
gna q̃ faciebat Ip̃e aũt ies⁹ nõ crede
bat semetip̃; eis: eo q̃ ip̃e nosset oẽs
Et qꝛ op⁹ ei nõ erat vt q̃s testimoni
um phiberet de hoĩe. Ipse eĩ sciebat:
q̃d esset ĩ hoĩe. Offꝛ. Jubilate deo oĩs
terra iubilate deo omĩs terra seruite dño
ĩ leticia ĩtrate ĩ cõspectu eius in exultatio
ne qꝛ dñs ipse est deus. Secreta

Oblatum tibi domine sacrifi-
ciũ viuificet nos sẽp et muni-
at. P. Prefatio. Qui cor. Coĩo. Ab oc
cultis meis munda me dñe et ab alienis
parce seruo tuo. Postcoĩo.

Sumptis dñe salutarib⁹ sacra
mẽtis ad redẽptiõis etne q̃s ꝓ
ficiamus augmentũ. P. Oremus.
Humiliate ca. ve. Sup ꝑplm.

Depcationẽ nrãm q̃s dñe beni

gn⁹ exaudi/ ꝛ qb⁹ supplicādi pſtas af
fectū tribue defēſionis auxiliū. Per

Feria tercia. Introitus.

Exaudi de⁹ orōem meā et ne
desperexeris deprecationē me
am intēde i me ꝛ exaudi me
ps. Cōtriſtatus ſū in exercitatione mea ꝛ
cōturbat⁹ ſū a voce iimici: et a tribulatiōe
pctōris. Gl'a. Orem⁹ Flecta. Collcā.

Sacre nobis q̄s dñe obſerua-
tiōis ieiunia et pie cōuerſatio
nis augmētū/ et tue ꝑpiciatiōis ꝯti
nuū pſtēt auxiliū. p. Lcō li. exo. xxxii

In dieb⁹ illis: Locut⁹ eſt dñs ad
moyſē dicēs. Deſcēde de mōte
q: peccauit ppl's tuus quē eduxiſti
de terra egypti Receſſerūt cito de via
quā oſtēdiſti eis. Fecerūtq3 ſibi vitu
lū cōflatilē: et adorauerūt atq3 imo
lātes ei hoſtias dixerūt. Iſti ſunt dii
tui iſrael q̄ te eduxerūt de terra egy-
pti. Rurſūq3 ait dñs ad moyſē. Cer-
no ꝙ ppl's iſte dure ceruicis ſit. Di-
mitte me vt iraſcat̄ furor me⁹ cōtra
eos/ et deleā eos: faciāq3 te i gētē ma
gnā. Moyſes autē orabat dñm deū
ſuū dicēs. Cur dñe iraſcit̄ furor tu⁹
cōtra ppl'm tuū quē eduxiſti de ter-
ra egypti in fortitudīe magna: et in
manu robuſta? Ne q̄ſo dicant egy-
ptii callide eduxit eos vt iterficeret i
mōtibus et deleret e terra: q̄eſcat ira
tua et eſto placabilis ſup neq̄cia po
puli tui. Recordare abrahā/ et iſaac/
et iſrael ſeruorū tuoꝝ: q̄bus iuraſti
per temetipſū dicēs. Multiplicabo
ſemē vrm ſicut ſtellas celi: et vniuer
ſā terrā hāc de qua locutus ſū dabo
ſemini vr̄o/ et poſſidebitis eā ſemp.
Placatuſq3 ē dñs ne faceret malū
qd locut⁹ fuerat aduerſ⁹ ppl'z ſuū Et
miſertus ē ppl'o ſuo: dñs de⁹ noſter.
℟. Exurge dñe fer opem nobis et libera
nos propter nomē tuū. ℣. Deus auribus
noſter audiuimus patres noſtri annūcia-
uerūt nobis opus quod operatus es i die-
bus eorū et i diebus āti q̄s. S. iohēz. vii.

In illo tpe: Iā die feſto median
te: aſcēdit ieſuſ in tēplū et doce
bat. Et mirabāt̄ iudei dicētes Quo
modo hic litteras ſcit: cum nō didi
cerit? Reſpōdit eis ieſ⁹: et dixit Mea
doctrina nō eſt mea: ſed eius q̄ mi-
ſit me. Si quis voluerit voluntatē
eius facere cognoſcet de doctrīa vtꝝ
ex deo ſit: an ego a meipſo loquar.
Qui a ſemetipſo loq̄tur gloriā ꝑpri
am q̄rit. Qui aūt q̄rit gloriā eius q̄
miſit illū: hic verax ē/ et iiuſticia i il-
lo nō ē. Nōne moyſes dedit vobis le
gem: et nemo ex vobis facit legem?
Quid me queritis iterficere Reſpō-
dit ei turba: ꝛ dixit Demoniū habes
Quis te q̄rit iterficere? Reſpōdit ie-
ſus: et dixit eis. Vnū op⁹ feci: et oēs
miramini Propterea moyſes dedit
vobis legē circūciſiōis: nō q: ex moy
ſe ē: ſed ex pr̄ibus. Et in ſabbato cir
cūciditis hoiem. Si circūciſionē nō
accipit homo i ſabbato vt nō ſoluat̄
lex moyſi: michi idignami/ q: totū
hoiem ſanū feci in ſabbato. Nolite
iudicare ſecūdū faciē: ſed iuſtū iudi
ciū iudicate. Dicebāt ergo q̄dā ex
hieroſolymis. Nōne hic eſt quē que
runt iudei interficere? Ecce palam
loquitur: et nichil ei dicunt. Nun-
quid vere cognouerunt principes:
q: hic eſt xp̄s? Sed hūc ſcimus vnde
ſit. xp̄s aūt cū venerit: nemo ſcit vn-

de sit. Clamabat ergo docēs in tem
plo iesus et dicēs. Et me scitis et vn
de sim scitis: et a meipō nō veni sed
est verus qui misit me quē vos ne-
scitis. Ego aūt scio eū. Et si dixero
qꝛ nescio eū: ero silis vobis mendax
Sed scio eū: qꝛ ab ipso sū: ⁊ ipē me
misit Querebāt ergo eū apphēdere
et nemo misit in illū manꝰ: qꝛ non-
dū venerat hora eius. De turba aūt
multi crediderūt in eū. **Offꝛ.** Expe
ctās expectaui dñm et respexit me et exau
diuit deprecationē meā et imisit i os me-
um cāticū nouū carmē deo nostro. **Secꝛ.**

HEc hostia q̄s dñe emūdet nr̄a
delicta: et ad sacrificiū celebrā
dū subditoꝝ tibi corpora mētesq̄ʒ sā
ctificet p. **Prefatio.** Qui corpo. **Cō.**
Letabimur in salutari tuo et in noīe dñi
dei nostri magnificabimur. **Postcoīo**

HUius nos dñe pceptio sacra-
mēti mūdet a crimīe: et ad ce-
lestia regna perducat. p. **Oremus.**
Humiliate capita. **Super populū.**

MIserere dñe pplo tuo ⁊ ɔtinuis
tribulatiōibꝰ laborātē ppiciꝰ
respirare cōcede. p. **Feria.iiii. Introitꝰ**

DUm sāctificatus fuero i vo
bis cōgregabo vos de vniuer
sis terris et effūdā sup vos
aquā mundā et mundabimini ab
oībus inqnamētis vr̄is: et dabo vo-
bis spiritū nouū. **ps.** Benedicā domi-
nū in oī tēpore sēper laus eius in ore meo
Gl'a Flecta. **Collectā**

DEus qui et iustis premia me-
ritorū: et pctōribus per ieiuniū
veniā prebes: miserere supplicibus
tuis: vt reatus nr̄i cōfessio indulgē-
tiā valeat percipere delictorū. p do.

Lectio ezechielis pphete.

HEc dicit dñs deus. Sāctifica
bo nomē meū magnū: vt sci-
ant gētes qꝛ ego dñs/cū sāctificatus
fuero in vobis corā eis. Tollā quip
pe vos de gētibus et cōgregabo vos
de vniuersis terris: et adducā vos in
terrā vestrā. Et effūdā sup vos aquā
mūdā/et mūdabimini ab oībus in
quinamētis vestris: et ab vniuersis
idolis vestris mūdabo vos. Et dabo
vobis cor nouū: et spm̄ nouū ponā
i medio vr̄i Et auferā cor lapideū de
carne vr̄a: et dabo vobis cor carneū
et spiritū meū ponā in medio vestri
Et faciā vt i pceptis meis āmbuletis/
et iudicia mea custodiatis: et opere-
mini. Et habitabitis i terrā quā de
di patribus vr̄is/et eritis michi i po
pulū: et ego ero vobis in deū. Dicit
dñs: ops̄. **R.** Venite filii audite me ti-
morē domini docebo vos. **V.** Accedite ad
eū et illuminamini et facies vestre nō cō-
fundentur. **Collecta.**

PResta q̄s ops̄ deus: vt quos ie
iunia votiua castigāt ipā quo
q̄ʒ deuotio sācta letificet/vt terrenis
affectibus mitigatis/facilius cele
stia capiamus. p. **Lcō isaie pphete.** i

HEc dicit dñs deꝰ. Lauamini mū
di estote auferte malū cogita
tionū vr̄aꝝ ab oclis meis. Quiesci-
te agere peruerse discite benefacere
Querite iudiciū/subuenite oppsso/
iudicate pupillo/defendite viduā/et
venite et arguite me dicit dominus
Si fuerint pctā vr̄a vt coccinū: qua
si nix dealbabūt. Et si fuerit rubra
quasi vermiculus: velut lana alba
erūt. Si volueritis et audieritis me

bona terre comedet. Dicit dñs:oẽs
℟. Beata gẽs cuius est dñs deus eorũ po
pulus quẽ elegit dñs in hereditatẽ sibi. ℣.
Verbo dñi celi firmati sunt et spũ oris ei⁹
oĩs virtus eorum. Tractus

De necessitatibus meis eripe me do
mie:vide humilitatẽ meam et labo
rẽ meũ et dimitte oĩa peccata mea. ℣. Ad
te domine leuaui aĩam meam deus me=
us in te cõfido nõ erubescam neqȝ irride=
ant me inimici mei. ℣. Etenĩ vniuersi qui
te expectant non confũdent̃ confundan=
tur oẽs faciẽtes vana. Scdꝫ iohẽm. ix

In illo tpe: Preteriens iesus vi=
dit hoiem cecũ a natiuitate:et
interrogauerũt eũ discipuli ei⁹ Rab
bi q̃s peccauit hic aut parẽtes eius/
vt cec⁹ nasceret̃: Respõdit iesus. Ne
qȝ hic peccauit neqȝ parentes eius:
sed vt manifestent̃ opera dei in illo.
Me oportet operari opera ei⁹ q̃ mi=
sit me:donec dies est. Venit nox:quã
do nemo potest operari. Quãdiu sũ
in mũdo:lux sũ mũdi. Hec cũ dixisset
expuit in terrã:et fecit lutũ ex sputo
et liniuit lutũ super oculos ei⁹: et di
xit ei. Vade et laua in natatoria sy=
loe:quod interpretat̃ missus. Abiit
ergo et lauit:et venit vidẽs. Itaqȝ vi=
cini et q̃ viderãt eũ prius q2 mẽdic⁹
erat dicebãt. Nõne hic est q̃ sedebat ꝛ
mẽdicabat: Alii dicebãt q2 hic ẽ/alii
aũt nequaq̃: sed silis ei⁹ ẽ. Ille vero
dicebat/q2 ego sũ. Dicebant ergo ei.
Quõ aperti sũt tibi oculi: Respõdit.
Ille homo q̃ dicit̃ iesus:lutũ fecit et
vnxit oc̃los meos/et dixit michi Va
de ad natatoriam syloe:et laua. Et
abii et laui/et vidi. Dixerũt illi. Vbi
est ille: Ait. Nescio. Adducunt eũ ad

phariseos:q̃ cecus fuerat. Erat aũt
sabbatũ quãdo lutum fecit iesus:et
apuit oc̃los ei⁹. Iterũ ergo iterroga=
bãt eũ pharisei:quõ vidisset. Ille aũt
dixit eis. Lutũ posuit michi sup ocu
los:et laui/et video. Dicebãt ergo ex
phariseis q̃dã. Nõ ẽ hic homo a deo
qui sabbatum nõ custodit. Alii au
tẽ dicebãt. Quomodo potest homo
peccator hec signa facere: Et scisma
erat inter eos. Dicũt ergo ceco iterũ.
Tu q̃d dicis de illo: q̃ apuit oculos
tuos: Ille aũt dixit: q2 pp̃heta est. Nõ
crediderũt ergo iudei de illo q2 cecus
fuisset et vidisset: donec vocauerunt
parẽtes ei⁹ q̃ viderat:ꝛ iterrogauerũt
eos dicẽtes. Hic est filius vester/ quẽ
vos dicitis q2 cecus natus est. Quo
modo ergo nũc videt: Respõderunt
eis parẽtes eius et dixerũt. Scimus
q2 hic est filius noster:et q2 cecus na
t⁹ ẽ. Quomodo aũt nũc videat nesci
mus/aut q̃s apuit ei⁹ oc̃los nos ne
scim⁹. Ipsũ iterrogate. Etatẽ habet:
ipse de se loquat̃. Hec dixerũt parẽtes
eius:q2 timebãt iudeos. Iã eĩ cõspi=
rauerãt iudei:vt si q̃s eum ꝓfiteret̃
xp̃m/extra synagogã fieret. Propte
rea parẽtes ei⁹ dixerũt:q2 etatẽ habet
ipm̃ iterrogate. Vocauerũt ergo rur
sũ hoiem q̃ fuerat cecus:ꝛ dixerũt ei
Da gloriã deo. Nos scimus q2 hic
homo pctõr ẽ. Dixit ergo eis ille. Si
peccator ẽ:nescio. Vnũ scio q2 cũ ce=
cus essẽ:modo video. Dixerũt ergo
illi. Quid fecit tibi: Quõ apuit tibi
oculos: Respõdit eis. Dixi vobis iã
et audistis:q̃d iterũ vult̃ audire: Nũ
quid et vos vultis discipuli eius fie=
ri: Maledixerunt ei: et dixerunt.

Tu discipulus illius sis: nos aūt discipuli moysi sumus. Nos scim⁹ qr moysi locutus est deus. Hūc autē nescimus vnde sit. Respōdit ille homo et dixit eis. In hoc ei mirabile est qr vos nescitis vnde sit: et aperuit meos oculos. Scim⁹ aūt qr peccatores deus non audit/sed si quis dei cultor est: et volūtatē eius facit: hūc exaudit. A seculo nō est auditū: qr q̇s apuit oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: nō poterat facere q̇cq̄. Respōderūt et dixerūt ei. In peccatis nat⁹ es totus: et tu doces nos Et eiecerūt eū foras. Audiuit iesus qr eiecerunt eū foras: et cū inuenisset eū: dixit ei. Tu credis in filiū dei? Respondit ille/et dixit. Quis est dn̄e: vt credā in eū? Et dixit ei iesus. Et vidisti eum: et qui loquit᷑ tecū ipse est. At ille ait. Credo dn̄e. Et pcidens: adorauit eū.

Offr. Benedicite gētes dn̄m deum nostrū et obaudite vocē laudis eius qui posuit aiām meam ad vitā et non dedit cōmoueri pedes meos benedictus dn̄s qui non amouit deprecationē meam et miam suam a me.

Secreta.

Supplices dn̄e te rogamus vt his sacrificiis pctā nr̄a mundent᷑ qr tūc verā nobis tribuis et mētis et corporis sanitatē. P. **Prefatio** Qui corpo. **Coio.** Lutū fecit ex sputo dn̄s et liniuit oculos meos et abii et laui et vidi et credidi deo.

Postcoio

Sacramēta q̄ sūpsim⁹ dn̄e deus noster: et spiritualibus nos repleāt alimētis: et corporalibus tueant᷑ auxiliis. P. **Ore⁹.** Hūilia. **sup po.**

Pateāt aures mīe tue dn̄e precibus supplicātiū/ et vt petentibus desiderata cōcedas fac eos que tibi sunt placita postulare. Per do.

Feria quinta. **Introitus.**

Letetur cor querētiū dn̄m q̄rite dn̄m et confirmamini querite faciem eius semper. **Ps.** Confitemini dn̄o et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius.

Oremus. Flectamus. **Collecta**

Presta q̄s om̄ps de⁹: vt quos voti-ua ieiunia castigāt/ipsa quoq3 deuotio sancta letificet/ vt terrenis affectibus mitigatis facilius celestia capiam⁹. P. **Lcō li. regū.** iiii. iiii

In diebus illis. Venit mulier sunamitis ad helyseū pphetā i monte carmeli. Cūq3 vidisset eā vir dei decōtra ait ad giezi puerū suū Ecce sunamitis illa. Vade ergo in occursū eius: et dic ei. Recte ne agitur circa te/et circa virū tuū/et circa filiū tuū? Que respōdit. Recte. Cūq3 venisset ad virū dei in mōtē: apprehēdit pedes eius. Et accessit giezi vt amoueret eā: et ait homo dei. Dimitte eā: aīa eius in amaritudie est: et dominus celauit a me et nō indicauit michi. Que dixit illi. Nunq̇d petiui filiū a dn̄o meo Nunq̇d nō dixi tibi ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lūbos tuos et tolle baculū meum in manu tua/et vade. Si occurrerit tibi homo: nō salutes eū. Et si salutauerit te q̇spiā: nō respōdeas illi. Et pones baculū meū super faciē pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dn̄s et viuet aīa tua: nō dimittā te. Surrexit ergo et secut⁹ ē eā Giezi aūt pcesserat āte eos et posuerat baculū suū sup faciē pueri et nō erat vox ne

qꝫ iesus. Reuersusqꝫ est giezi i occursum eius: et nunciauit ei dicens. Non surrexit puer. Ingressus est ergo helyseus domũ/et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusqꝫ clausit ostiũ super se et super puerũ/et orauit ad dñm. Et ascẽdit et icubuit super puerũ/ posuitqꝫ os suũ super os eius: et oculos suos super oculos eiꝰ/et manꝰ suas sup manus eiꝰ/et incuruauit se super eũ: et calefacta est caro pueri. Et ille reuersus: deãbulabat in domo semel huc atqꝫ illuc. Et ascẽdit et icubuit sup eũ: et oscitauit puer septies: aperuitqꝫ oculos. Et ille vocauit giezi: et dixit ei. Voca sunamitẽ hãc. Que vocata: igressa est ad eũ. Qui ait. Tolle filiũ tuũ. Venit illa et corruit ad pedes eius: et adorauit super terrã. Tulitqꝫ filiũ suũ et egressa est: et helyseꝰ reuersus est in galgala. ℟. Respice dñe in testamẽtũ tuũ et aĩas pauperũ tuorũ ne obliuiscaris in finẽ. ℣. Exurge dñe et iudica causã tuã memor esto opprobrii seruorũ tuorũ. Scdꝫ Johẽm. v.

In illo tp̃e: Respondit iesus: et dixit iudeis. Pater meus vsqꝫ modo operat̃: et ego operor. Propterea ergo magis querebãt eũ iudei interficere: quia nõ solũ soluebat sabbatũ/sed et patrẽ suũ dicebat deum equalẽ se faciẽs deo. Respõdẽs itaqꝫ iesus: et dixit eis. Amẽ amẽ dico vobis: nõ potest filius a se facere q̃cq̃/ nisi qđ viderit patrẽ faciẽtẽ. Quecũqꝫ enĩ ille fecerit: hec et similiter filiꝰ facit. Pater enĩ diligit filiũ: et omĩa demõstrat ei que ipse facit. Et maiora his demõstrabit ei opera: vt et vos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neqꝫ enĩ pater iudicat quemq̃/sed oẽ iudicium dedit filio: vt oẽs honorificent filiũ/sicut honorificant patrẽ. Qui nõ honorificat filiũ: nõ honorificat patrem qui misit illũ. Amen amen dico vobis: quia qui verbũ meũ audit et credit ei qui me misit: habet vitam eternã. Et in iudiciũ non venit sed transiet a morte in vitã. Amen amen dico vobis: quia venit hora et nunc est quãdo mortui audiẽt vocẽ filii dei: et qui audierint viuent. Sicut enĩ pater habet vitã in semetipso: sic dedit et filio vitã habere in semetipso. Et potestatẽ dedit ei iudicium facere: quia filius hoĩs est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumẽtis sũt audient vocẽ filii dei. Et procedent qui bona fecerũt in resurrectionem vite: qui vero mala egerũt/in resurrectionem iudicii. Offꝫ. Domine ad adiuuandum me festina confundantur oẽs qui cogitãt seruis tuis mala. Secre.

Purifica nos misericors deus: vt ecclesie tue preces que tibi grate sunt pia munera deferentes fiant expiatis mentibus gratiores. Per dñm. Prefatio. Qui corporali. Coio. Domĩe memorabor iusticie tue solius deus docuisti me a iuuentute mea et vsqꝫ in senectam et senium deus ne derelinquas me. Postcoio.

Celestia dona capientibus q̃s dñe non ad iudiciũ prouenire patiaris que fidelibus tuis ad remediũ prouidisti. Per dñm. Oremus.

Humiliate ca. vr̄a deo. Sup ppłm

Populi tui deus īstitutor et re
ctor peccata quibus īpugnatꝛ
expelle: vt et sēp tibi placitus/ et tuo
mūimine sit secur⁹. P. Feria vi. Itro.

Meditatio cordis mei in con=
spectu tuo semper dñe adiu
tor meus et redēptor meus.
Ps. Celi enarrāt gloriā dei et opera ma=
nuū eius annūciat firmamētū. Orem⁹.
Flectamus genua. Collecta

Deus qui ineffabilibus mūdū
renouas sacramētis: p̄sta q̄s vt
ecclesia tua et eternis p̄ficiat īstitu=
tis et tēporalibus nō destituatꝛ auxi
liis. P. Lcō libri Regū. .iii. xvii.

In dieb⁹ illis. Egrotauit filius
mulieris matrisfamilias/ et
erat lāguor fortissimus: ita vt nō re
maneret in eo alitus Dixit ergo ad
helyā Quid michi et tibi vir dei? In
gressus es ad me vt rememorarentꝛ
iniq̄tates mee: ⁊ īterficeres filiū me
um. Et ait ad eā helyas. Da michi
filiū tuū. Tulitqꝫ eū de sinu eius/ et
portauit in cenaculum vbi ipse ma
nebat et posuit super lectulū suū: et
clamauit ad dñm et dixit. Dñe de⁹
me⁹ etiā ne viduā apud quā ego vt
cūqꝫ sustētor afflixisti: vt īterficeres
filiū eius? Et expandit se atqꝫ men=
sus est super puerū tribus vicibus et
clamauit ad dñm et ait. Dñe deus
meus reuertatꝛ oro aīa pueri hui⁹ ī vi
scera ei⁹ Et exaudiuit dñs vocē helye
et reuersa est aīa pueri ītra eū: et re=
uixit. Tulitqꝫ helyas puerū et depo
suit eū de cenaculo in īferiorem do=
mū: et tradidit matri sue et ait illi.
En viuit filius tuus. Dixitqꝫ muli=
er ad helyam Nunc in isto cognoui
q̄m vir dei es tu et verbū dñi ī ore tuo
verū est. R. Bonū est cōfidere in dño q̄
confidere in hoīe. V. Bonū est sperare in
dño q̄ sperare in principibus. Tractus

Domine non secundum peccata no
stra que fecimus nos neqꝫ secundū
iniquitates nostras retribuas nobis. V.
Dñe ne memineris iniquitatū nostrarū
antiquarū cito āticipēt nos mīe tue quia
pauperes facti sumus nimis. V. Adiuua
nos deus salutaris noster et p̄pter gloriā
noīs tui dñe libera nos et p̄picius esto pec
catis nostris p̄pꝛ nomē tuū. S. Johēz. xi

In illo tp̄e. Erat quidā lāguēs
lazarus a bethania de castello
marie et marthe: sororꝫ eius. Maria
aūt erat que vnxit dñm vnguento
et extersit pedes eius capillis suis: cu
ius frater lazarus īfirmabatꝛ. Mise=
rūt ergo sorores eius ad eū dicentes
Dñe: ecce quē amas īfirmatꝛ. Audi=
ens aūt iesus: dixit eis. Infirmitas
hec nō est ad mortem sed pro gloria
dei: vt glorificetꝛ filius dei per eā Di
ligebat aūt iesus marthā: et sororē
ei⁹ mariā: et lazarū Vt ergo audiuit
q2 īfirmabatꝛ: tūc quidē māsit ī codē
loco duob⁹ diebus Deīde post hec di
cit discip̄lis suis. Eam⁹ in iudeā ite
rū. Dicūt ei discip̄li. Rabbi nūc q̄re
bāt te iudei lapidare: et iterꝫ vadis il
luc? Rn̄dit iesus Nōne duodecī hore
sūt diei? Si q̄s ābulauerit in die nō
offēdit q2 lucē huius mundi videt.
Si aūt ābulauerit in nocte offēdit:
q2 lux nō est in eo. Hec ait: et post hec
dixit eis Lazarus amicus noster dor
mit: sed vado vt a somno excitem
eum. Dixerunt ergo discipuli eius.

Domine si dormit: saluus erit. Di-
xerat aũt iesus de morte eius: illi au
tẽ putauerũt quia de dormitione sõ
ni diceret. Tunc ergo iesus dixit eis
manifeste. Lazarus mortuus est/ et gau
deo ppter vos vt credatis: quoniã nõ
erã ibi. Sed eamus ad eũ. Dixit er-
go thomas qui dicit didimus: ad cõ
discipulos. Eamus et nos: vt moria-
mur cũ eo. Venit itaq; iesus et inue
nit eum quattuor dies iã in monu-
mẽto habẽtẽ. Erat aũt bethania iu-
xta hierosolymã quasi stadiis quin
deci. Multi aũt ex iudeis venerãt ad
marthã et mariã: vt consolarentur
eas de fratre suo. Martha ergo vt au
diuit qr iesus venit: occurrit illi. Ma
ria autem domi sedebat. Dixit ergo
martha ad iesũ. Dñe si fuisses hic:
frater meus nõ fuisset mortuus. Sed
et nũc scio qr q̃cũq; popósceris a deo
dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resur
get frater tuus. Dicit ei martha. Scio
quia resurget in resurrectione ĩ no
uissimo die. Dicit ei iesus. Ego sũ re
surrectio et vita. Qui credit in me:
etiã si mortuus fuerit viuet. Et oĩs
qui viuit et credit in me: non morie
tur in eternum. Credis hoc? Ait illi.
Vtiq; dñe. Ego credidi: qr tu es xp̃s
filius dei viui qui in hũc mundũ ve
nisti. Et cũ hec dixisset: abiit et voca
uit mariã sororẽ suã silentio dicens.
Magister adest: et vocat te. Illa vt au
diuit surrexit cito: et venit ad eũ. Nõ
dũ enĩ venerat iesus in castellũ: sed
erat adhuc ĩ illo loco vbi occurrerat
ei martha. Judei ergo q̃ erãt cũ ea in
domo et cõsolabãtur eã: cũ vidissẽt
mariã quia cito surrexit et exiit: se-
cuti sunt eam dicẽtes. Quia vadit
ad monumentũ vt ploret ibi. Maria
ergo cum venisset vbi erat iesus vi-
dens eũ: cecidit ad pedes eius et dixit
ei. Domĩe si fuisses hic: nõ esset mor
tuus frater meus. Jesus ergo vt vi-
dit eam plorantẽ/ et iudeos qui vene
rant cum ea plorãtes: infremuit spi
ritu/ et turbauit seipsũ: et dixit. Vbi
posuistis eũ? Dicunt ei. Domĩe: ve-
ni et vide. Et lachrymatus est iesus.
Dixerũt ergo iudei. Ecce quomodo
amabat eũ. Quidã aũt ex ipsis dixe
rũt. Nõ poterat hic qui aperuit ocu
los ceci nati facere: vt et hic non mo
reretur. Jesus ergo rursum fremẽs
in semetipso: venit ad monumẽtũ.
Erat autẽ spelunca: et lapis suppo-
situs erat ei. Ait iesus. Tollite lapi-
dẽ. Dicit ei martha soror eius q̃ mor
tuus fuerat. Dñe iam fetet quadri-
duanus enĩ est. Dicit ei iesus. Non
ne dixi tibi: qm̃ si credideris videbis
gloriã dei? Tulerũt ergo lapidẽ. Je-
sus aũt eleuatis sursũ oculis dixit. Pr
grãs ago tibi: qm̃ audisti me. Ego
aũt sciebã quia sẽper me audis/ sed
ppter pplm qui circũstat dixi: vt cre
dãt qr tu me misisti. Hec cũ dixisset
voce magna clamauit. Lazare veni
foras. Et stati pdiit qui fuerat mor
tuus ligatus manus et pedes institis
et facies illius sudario erat ligata. Di
xit eis iesus. Soluite eũ: et sinite abi
re. Multi ergo ex iudeis q̃ venerant
ad mariã et marthã: et viderãt q̃ fe-
cit iesus: crediderũt ĩ eũ. Offer. Po-
pulũ humilẽ saluũ facies dñe et oculos su
perborũ humiliabis quoniam quis deus
preter te domine. Postcõio

Munera nos quesumus domine oblata purificent: et te nobis iugiter faciant esse placatũ. P. Prefatio. Qui corpora. Coio. Videns dominus flẽtes sorores lazari ad monumentũ lachrymatus est corã iudeis et clamabat lazare veni foras et prodiit ligatis manibus et pedibus qui fuerat quatriduanus mortuus. Postcoio.

Hec nos q̃s dñe pceptio sacramenti et a propriis reatibus indesinenter expediat/et ab oib⁹ tueatur adversis. p do. Oremus. Humiliate capita vrã deo. Sup pplm.

Da quesumus ops deus: vt qui infirmitatis nostre conscii de tua virtute cõfidimus/ sub tua semper pietate gaudeamus. p dñm.

Sabbato. Introitus.

Sitientes venite ad aquas dicit dñs et qui nõ habetis precium venite bibite cum leticia ps. Attendite populi meus legẽ meã inclinate aurem vestrã in verba oris mei.

Oremus. Flectamus. Collecta.

Fiat dñe q̃s per gratiã tuã fructuosus nostre devotionis affectus: quia tunc proderũt nobis suscepta ieiunia: si tue sint placita pietati. p. Lcõ isaie prophete. lvi.

Hec dicit dñs deus: Oẽs sitientes venite ad aquas: et qui nõ habetis argẽtũ/ pperate: emite et comedite. Venite emite absq̧ argẽto: et absq̧ vlla cõmutatione vinum et lac. Quare appenditis argẽtũ non in panibus: et laborẽ vestrũ nõ in saturitate: Audite audientes me/ ⁊ comedite bonũ: et delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurẽ vestrã et venite ad me: audite et vivet aĩa vestra/ et feriã vobiscũ pactũ sempiternũ: mias david fidelis. Ecce testem populis dedi eum: ducem ac preceptorẽ gentibus. Ecce gentẽ quã nesciebas vocabis: et gẽtes que non cognouerũt te ad te currẽt propter dñm deũ tuũ et sãctũ israel: q̃ glorificauit te. Querite dñm dũ inueniri potest: inuocate eũ dũ ppe est. Derelinquat impius viã suã/ et vir iniquus cogitationes suas: et reuertatur ad dñm et miserebitur eius/ ⁊ ad deũ nostrũ quoniã mult⁹ est ad ignoscendũ. Non enim cogitatiões mee cogitationes vestre: neq̧ vie vestre vie mee dicit dñs. Quia sicut exaltãtur celi a terra: sic exaltate sũt vie mee a viis vestris ⁊ cogitatiões mee a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber et nix de celo/ et illuc vltra nõ reuertit: sed inebriat terram et infundit eã et germinare eã facit et dat semẽ serenti/ et panem comedenti: sic erit verbũ meũ quod egredieẽ de ore meo. Dicit dñs: ops. R. Tibi dñe derelictus est pauper pupillo tu eris adiutor. V. Vt quid dñe recessisti lõge despicis i opportunitatib⁹ in tribulatione dum superbit ipius incẽdit pauper.

Secundũ Johannẽ. viii.

In illo tempore: Dicebat iesus turbis iudeorũ. Ego sũ lux mũdi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Dixerũt ergo ei pharisei. Tu de teipso testimoniũ perhibes testimonium tuũ nõ est verũ. Respõdit iesus: et dixit eis. Et si ego testimoniũ perhibeo de meipso: verũ est testimoni

um meũ quia scio unde veni. et quo vado. Vos autẽ nescitis unde venio aut quo vado. Vos secũdum carnẽ iudicatis. ego nõ iudico quẽq̃. Et si iudico ego. iudiciũ meũ verũ ẽ/ quia solus non sum: sed ego et qui misit me pater. Et in lege vr̃a scriptum ẽ quia duorũ hominũ testimoniũ verũ est. Ego sũ qui testimoniũ perhibeo de meipso: et testimoniũ ꝑhibet de me/ qui misit me pater. Dicebãt ergo ei. Ubi est pater tuus? Respondit iesus. Neq; me scitis: neq; patrẽ meum. Si me sciretis forsitan et patrem meum sciretis. Hec verba locutus est iesus in gazophilatio docẽs ĩ templo. Et nemo apprẽhẽdit eum: q2 nondum venerat hora eius. **Offr.** Factus est dñs firmamẽtum meum et refugium meũ et liberator me⁹ sperabo i eũ

Secre. Oblationibus q̃s dñe placare susceptis: et ad te nr̃as eciã rebelles compelle propicius voluntates. Per. **Prefatio.** Qui corporali ieiunio. **Communio.** Dñs regit me et nihil mihi deerit in loco pascue ibi me collocauit sup aquam refectiõis educauit me. **Postcommunio.**

Vda nos quesumus dñe sãcta purificent: et operationi sue pficiãt esse deuotos. **Oremus.** Huiliate capita vestra. **Super populum**

Deus q̃ sperãtibus ĩ te misereri pocius eligis quã irasci: da nobis digne flere mala que fecim⁹ vt tue ꝯsolatiõis graciã ĩuenire valeam⁹. P. **Dñica ĩ passione. Introit⁹**

Iudica me de⁹ et discerne causam meã de gente non sancta ab homine iniquo et doloso eripe me/ quia tu es deus meus et fortitudo mea. **Ps.** Emitte lucem tuam et veritatẽ tuam ipsa me deduxerunt et adduxerũt in montẽ sanctũ tuũ et in tabernacula tua. **Amodo vsq; in diẽ pasche: Hic et in omnibus Introitibus missarum vacat** Glĩa pr̃i. **Collecta**

Quesumus oṗs deus familiã tuã ꝑpicius respice vt te largiente regat in corpore et te seruãte custodiat ĩ mẽte Per **Ad hebreos** ix

Fratres xp̃s assistẽs põtifex futuroꝝ bonorum peramplius et perfectius tabernaculũ nõ manu factũ: id est nõ huius creationis: neq; per sãguinẽ hircoꝝ/ aut vituloꝝ sz per ꝓpriũ sãguinẽ ĩtroiuit semel ĩ sãcta et̃na redẽptione ĩuẽta. Si eĩ sãguis hircorũ aut taurorũ et cinis vitule asꝑs⁹ iq̃natos sãctificat ad emũdationẽ carnis: quanto magis sãguis cristi qui ꝑ spiritũ sanctum semetipsũ obtulit ĩmaculatũ deo emũdauit conscienam nostram ab operibus mortuis ad seruiẽdũ deo viuẽti. Et ideo noui testamenti mediator est: vt morte intercedente ĩ redemptionẽ earũ ꝑuaricationũ que erãt sub priori testam̃to repromissionem accipiant: qui vocati sũt et̃ne hereditatis. In christo iesu: domino nostro. **℟.** Eripe me dñe de ĩimicis meis doce me facere voluntatem tuam **℣.** Liberator meus domine de gentibus iracũdis ab insurgentibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me **Tractus**

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. **℣.** Dicat nunc israel sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. **℣.** Etenim non potuerunt mihi supra dorsum

meum fabricauerunt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitatem sibi dominus iustus concidet ceruices pctõrũ. Secũdum Johannem. viii

IN illo tempore. Dicebat iesus turbis iudeorum: et principib⁹ sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatẽ dico quare non creditis michi? Qui ex deo ẽ verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo nõ estis. Respõderunt ergo iudei: et dixerunt ei. Nõne bene dicim⁹ nos: quia samaritanus es tu: et demonium habes? Respondit iesus. Ego demonium non habeo: sed honorifico patrem meũ: et vos inhonorastis me Ego autem non quero gloriam meam. Est qui querat et iudicet. Amen amen dico vobis. si quis sermonem meum seruauerit / mortem non videbit ineternum. Dixerunt ergo iudei. Nũc cognouimus quia demonium habes Abraham mortuus est et prophete: et tu dicis si q̃s sermonẽ meũ seruauerit: mortem non gustabit ineternũ Nũq̃d tu maior es patre nostro abraham / qui mortu⁹ est et pphete mortui sunt? Quem teipsum facis Respõdit iesus. Si ego glorifico meipsum: gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me: quem vos dicitis / quia deus noster est: et nõ cognouistis eum: Ego autẽ noui eũ. Et si dixero quia non scio eum ero similis vobis mendax. Sed scio eũ et sermonem eius seruo Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum vidit et gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eum. Quinquagita annos nõdũ habes: et abrahã vidisti? Dixit eis ies⁹ Amẽ amẽ dico vobis anteq̃ abraham fieret ego sũ Tulerũt ergo lapides vt iacerẽt i eũ Jesus autẽ abscondit se: et exiuit de templo. Offertorium. Confitebor tibi domine in toto corde meo retribue seruo tuo vt viuam et custodiam sermones tuos / viuifica me secundum verbum tuum domine. Secreta.

HEc munera quesumus domine et vincula nostre prauitatis absoluãt: et tue nobis misericordie dona concilient Per dominum Coio

Hoc corpus quod p vobis tradetur hic calix noui testamenti est in meo sãguine dicit dominus / hoc facite quociensc̃uq; sumitis in meã cõmemorationẽ Postcõ

ADesto nobis domine de⁹ noster: et quos tuis misteriis recreasti / perpetuis defende presidiis Per dominum nostrum. Feria iii.

MIserere mihi domine qm̃ cõculcauit me homo tota die bellans tribulauit me. Ps. Conculcauerunt me inimici mei tota die quoniam multi bellantes aduersum me Non dicitur Gloria patri. Orem⁹ Flectamus genua. Collecta

SAnctifica q̃s domine nostra ieiunia: et cunctarum nobis propicius idulgentiã largire culparum Per. Lectio Jone pphete: iii

IN diebus illis Factum est verbum domini ad ionam secundo dicens Surge et vade in niniuẽ ciuitatẽ magnã et p̃dica i ea predicationem quam ego loquor ad te. Et surrexit ionas: et abiit in niniuẽ iuxta verbum domini. Et niniue erat

ciuitas magna itinere trium dierũ
Et cepit ionas introire ciuitatẽ iti
nere diei vnius: et clamauit et dixit
Adhuc quadraginta dies/et niniue
subuertetur. Et crediderũt viri nini
uite in domino:et predicauerunt ie
iunium et vestiti sunt saccis/a ma-
iore vsq3 ad minorem. Et puenit ver
bum ad regẽ niniue. Et surrexit de
solio suo:et abiecit vestimentum su
um a se/et indutus est sacco:et sedit
in cinere:et clamauit et dixit In ni-
niue ex ore regis et principum eius
dicens. Homines et iumenta et bo-
ues ⁊ pecora non gustent quicq̄ nec
pascantur:et aquam non bibãt. Et
operiantur saccis homines/⁊ iumẽ
ta clament ad dominum in fortitu
dine:et cõuertatur vir a via sua ma
la:et ab iniquitate que est in mani-
bus eorum. Quis scit si cõuertat̃ et
ignoscat deus: et reuertat̃ a furore
ire sue: et non peribimus. Et vidit
deus opera eorum. quia cõuersi sũt
de via sua mala:et misertus est po-
pulo suo:dominus deus noster. ℞.
Deus exaudi orationem meam/auribus
percipe verba oris mei. ℣. Deus ĩ noĩe tuo
saluũ me fac et ĩ virtute tua iudica me
Secundum Johannem. .vii.
In illo tempore. Miserunt pri-
cipes et pharisei ministros. vt
apprehenderent iesum. Dixit er-
go eis iesus. Adhuc modicum tem-
pus vobiscum sum:et vado ad eum
qui misit me. Queretis me et non ĩ
uenietis. Et vbi sum ego vos nõ po
testis venire. Dixerunt ergo iudei
ad semetipsos. Quo hic iturus ẽ q̄
non inueniemus eum. Nunquid ĩ
dispersionem gentium iturus ẽ: et
docturus gentes. Quis ẽ hic sermo
quem dixit: queretis me et nõ inue
nietis:et vbi sum ego vos nõ potes-
tis venire. In nouissimo autem die
magno festiuitatis stabat iesus et
clamabat dicens. Si quis sitit ve-
niat ad me et bibat. Qui credit in
me sicut dicit scriptura:flumina de
ventre eius fluẽt aque viue Hoc au-
tem dixit de spiritu quem accepturi
erant credentes in eum Offertoriũ
Domine conuertere et eripe animam me
am/saluum me fac propter miam tuam.
Concede nobis dñe deus Se.
noster: vt hec hostia salutaris
et nostrorum fiat purgatio delicto-
rũ ⁊ tue propiciatio maiestatis. Per
Communio. Dominus virtutum ipse
est rex glorie. Postcommunio
Sacramenti tui domine que-
sumus participatio salutaris
et purificationem nobis prebeat:et
medelam. Per Oremus. Humilia-
te capita vestra deo. Sup populũ.
Da quesumus domine populo
tuo salutem mentis ⁊ corporis:
vt bonis operib⁹ ĩherendo:tua sẽper
merear̃ ptectiõe defẽdi. P. Fe.iiii.
Expecta dominum viriliter
age et confortetur cor tuũ ⁊
sustine dominũ. ps. Domi-
nus illuminatio mea:et salus mea quem
timebo. Non dicit̃ Gl'a pr̃i Oremus
Flectamus genua leuate. Collecta
Nostra tibi domine quesum⁹
sint accepta ieiunia que nos ⁊
expiando gracia tua dignos efficiãt
et ad remedia perducant eterna. P.
Lectio danielis prophete. xiiii.

IN diebus illis. Cõgregati sũt babylonii ad regem. et dixerũt ei: Trade nobis danielem qui bel destruxit: et draconem interfecit Alio quin interficiemus te: et domum tuam. Vidit ergo rex ꝙ irruerent in eum vehementer. et necessitate compulsus tradidit eis danielem. Qui miserunt eum in lacum leonum. ⁊ erat ibi diebus sex. Porro ĩ lacu erãt leones septem: et dabantur eis duo corpora quotidie/et due oues Et tũc non data sunt eis: vt deuorarent danielem. Erat autem abachuc ꝓpheta in iudea/et ipse coxerat pulmentum et intriuerat panes in alueolo et ibat in campum: vt ferret messoribus. Dixitq₃ angelus domini ad abachuc Fer prandium qđ habes in babylonem danieli/qui est ĩ lacu leonum Et dixit abachuc Domĩe babylonem non vidi: et lacum nescio. Et apprehendit eum angel⁹ domini in vertice eius: ⁊ portauit eum capillo capitis sui. Posuitq₃ eũ in babylonem super lacum: ĩ impetu spiritus sui Et clamauit abachuc dicẽs Daniel serue dei tolle prandium qđ misit tibi deus. Et ait daniel. Recordatus enim es mei domine de⁹ me⁹ et non dereliquisti diligẽtes te. Surgens daniel comedit. Porro angel⁹ domini: restituit abachuc cõfestim in loco suo Venit ergo rex die septimo: vt lugeret danielẽ. Et venit ad lacum et ĩtrospexit. et ecce daniel sedens ĩ medio leonum. Et exclamauit rex voce magna dicẽs Magnus es domine de⁹ danielis. Et extraxit eum de lacu leonum. Porro illos q̇ perditionis eius causa fuerant ĩtromisit in lacum: et deuorati sunt in momẽto corã eo. Tunc rex ait Paueant omnes habitantes in vniuersa terra deum danielis: quia ipse est saluator et liberator faciẽs signa et mirabilia in celo et in terra: qui liberauit danielem de lacu leonum. ℟. Discerne causam meã domine ab homine ĩiquo/et doloso erue me ℣. Emitte lucem tuam et veritatem tuã ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctũ tuum. Secũdum Johannem. vii.

IN illo tempore Ambulabat iesus in galileam Non enim volebat in iudeam ãbulare: quia querebant eum iudei interficere. Erat autem in proximo dies festus iudeorum scenophegia. Dixerunt autẽ ad eum fratres eius Transi hinc et vade in iudeam: vt ⁊ discipuli tui videãt opera tua que facis. Nemo q̇ppe in occulto aliquid facit: et querit ipse in palam esse. Si hec facis: manifesta teipsum mũdo. Neq₃ enim fratres eius credebant in eũ. Dicit ergo eis iesus. Tempus meũ nõdũ aduenit temp⁹ autẽ vestrũ semper ẽ paratum Non potest mundus odisse vos me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo quia opera eius mala sunt. Vos ascẽdite ad diem festum hunc. Ego enim non ascendam ad diẽ festum istũ. quia tempus meum nondum impletũ ẽ. Hec cũ dixisset ipe mãsit ĩ galilea. Vt autem ascenderunt fratres eius tunc et ipse ascendit ad diẽ festũ/nõ manifeste: sed quasi in occulto. Iudei ergo querebant eum in die festo

et dicebãt: Ubi est ille? Et murmur multus in turba erat de eo. Quidã enim dicebãt quia bonus est: alii ãt dicebant nõ: sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo: propter metũ iudeorum. Offr. Sperent in te omnes qui nouerũt nomẽ tuum domine: quoniam non derelinquis querẽtes te: psallite domino qui habitat in syon quoniam nõ est oblitus orationẽ pauperum. Secreta.

Hostias tibi domine deferim⁹ imolandas: que nos temporali quesumus consolatione letificent: ut promissa certius non desperemus eterna. Per dñm. Cõmunio. Redime me de⁹ israel ex omnibus angustiis meis. Postcõmunio.

Da quesumus omnipotens deus: ut que diuina sunt iugiter frequentes donis mereamur celestibus propinquare. Per. Oremus. Humiliate capita vr̃a deo. Sup ppłm.

Da nobis domine quesumus pseuerãtem i tua voluntate famulatum: ut i diebus nostris: et merito et numero popul⁹ tibi seruiens augeatur. Per. Feria iiii.

Liberator meus de gentibus iracundis: et ab insurgentibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me dñe. Ps. Diligã te domine fortitudo mea dominus firmamentum meum et refugium meum. et liberator meus. Non dicitur Gloria pri. Oremus. Flectamus genua. Leuate.

Sanctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fidelium miserator illustra: et quibus deuotionis prestas affectum prebe supplicantibus pium benignus auditum. Per. Lectio libri leuitici. xix.

In diebus illis. Locutus est dominus ad moysen dicẽs. Ego dominus deus vester. Non facietis furtum. Non mẽtiemini: nec decipiet vnusquisq̃ proximum suũ. Non periurabis in nomine meo: nec pollues nomen dei tui. Ego dominus. Non facies calumniã proximo tuo nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarii tui apud te vsq̃ mane. Non maledices surdo: nec coram ceco pones offendiculum/ sed timebis dominum deum tuum: qr ego sum dominus. Nõ facies quod iniquũ est: nec iniuste iudicabis. Nõ consideres personam pauperis: nec honores vultum potentis. Juste iudica proximo tuo. Nõ eris criminator: nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinem proximi tui Ego dominus. Nõ oderis fratrẽ tuum in corde tuo sed publice argue eũ ne habeas super illo peccatum. Nõ queras vltionem: nec memor eris iniurie ciuium tuorum. Diliges proximum tuum sicut teipsũ. Ego dominus. Leges meas custodite. Ego enim sum: dñs deus vester. R. Exaltabo te domine quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. V. Domine deus meus clamaui ad te et sanasti me: domine abstraxisti ab inferis animã meam saluasti me a descendentibus in lacum. Secundum Johannem. x.

In illo tempore. Facta sunt encenia i hierosolymis: et hiems erat. Et ãbulabat iesus i tẽplo i porticu salomonis. Circũdederũt ergo

eũ iudei. et dicebãt ei. Quousqꝫ ani
mam nostram tollis? Si tu es chri
stus dic nobis palam? Respõdit eis
iesus. Loquor vobis: et non creditis
Opera que ego facio i nomine pa-
tris mei: hec testimonium perhibẽt
de me. Sed vos nõ creditis: quia nõ
estis ex ouibus meis. Oues mee vo
cem meam audiunt/ et ego cogno-
sco eas/ et sequuntur me et ego vitã
eternam do eis: et non peribunt ine
ternum/ et non rapiet eas quisꝗ̃ de
manu mea Pater meus quod dedit
michi maius omnibus est: et nemo
potest rapere de manu patris mei.
Ego et pater vnum sumus. Sustu
lerunt ergo lapides iudei: ut lapida
rent eum. Respondit eis iesus. Mul
ta bona opera ostendi vobis ex pa-
tre meo: propter quod eorum opus
me lapidatis? Respõderunt ei iudei
De bono opere non lapidamus te/
sꝫ de blasphemia. Et qr tu homo cũ
sis: facis te ipsum deum Respondit
eis iesus. Nonne scriptum est ĩ lege
vestra: quia ego dixi dii estis? Si il-
los dixit deos ad quos sermo dei fa-
ct9 ẽ/ et nõ potest solui scriptura quẽ
pater sanctificauit/ et misit in mũ-
dum vos dicitis: quia blasphemas/
quia dixi filius dei sum. Si non fa
cio opera patris mei. nolite credere
michi. Si autem facio ⁊ si mihi nõ
vultis credere: operibus credite vt co
gnoscatis et credatis quia pater in
me est. et ego ĩ patre. Offertorium.
Eripe me de inimicis meis deus meus et
ab insurgẽtib9 ĩ me libera me dñe Secre

Annue nobis misericors deus
vt hostias placationis et lau
dis sincero tibi deferamus obsequio
Per. Communio Lauabo inter inno
centes manus meas et circuibo altare tu-
um domine vt audiam vocem laudis tue
et enarrã vniuersa mirabilia tua Postcõ

Celestis doni benedictione per-
cepta supplices te deus omni-
potens deprecamur: vt hoc idem no
bis et sacramenti causa sit ⁊ salutis
Per. Oremus Humiliate capita ve
stra deo Super populum

Adesto supplicationibus no-
stris omnipotens deus: et q̇-
bus fiduciam sperande pietatis in
dulges consuete misericordie tribue
benignus effectum Per dominũ.

Feria quinta Introitus

Omnia que fecisti nobis do-
mine in vero iudicio fecisti
quia peccauimus tibi/ et
mandatis tuis non obediuimus:
sꝫ da gloriam nomini tuo et fac no
biscum secundum multitudinẽ mi
sericordie tue. ps. Magnus dominus ⁊
laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in
monte sancto eius. Non dicitur Glo-
ria patri. Oremus. Flectamus ge-
nua leuate. Collecta

Presta quesumus omnipotẽs
deus: vt dignitas conditionis
humane per immoderantiam sau-
ciata: medicinalis parsimonie stu-
dio reformetur Per dominum no.

Lectio danielis prophete ix.

In diebus illis. Orauit daniel
dicens. Obsecro domine deus
magne et terribilis: custodiens pac
tum et misericordiam diligentibus
te: et custodientibus mandata tua.
Peccauimus iniquitatem fecimus

impie egimus et recessimus.et declinauim⁹ a mandatis tuis ac iudiciis Nō obediuim⁹ seruis tuis pphetis qui locuti sūt i noīe tuo regibus nr̄is/pn̄cipib⁹ nr̄is/patrib⁹ nr̄is oīqȝ pplo terre. Tibi dn̄e iusticia nobis autem confusio faciei sicut ē hodie viro iuda et habitatoribus hierusalem ꝛ omni israel:his qui prope sūt et his qui procul in vniuersis terris ad quas eiecisti eos: ppter iniquitates eorum in quibus peccauerunt i te domine Nobis confusio faciei/regibus nostris principibus nostris ꝛ patribus nostris qui peccauerūt. Tibi autem domino deo nostro misericordia et ppiciatio: q2 recessimus a te et non audiuimus vocem domini dei nostri: vt ambularemus i lege eius quam posuit nobis per seruos suos pphetas: vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris: et cogitaremus veritatem tuam. Et vigilauit domin⁹: et adduxit sup nos oīa hec. Iustus dominus deus noster in omnibus operib⁹ suis: que fecit nobis dominus deus noster. ℟. Tollite hostias et introite in atria eius/adorate dominum i aula sancta eius. ℣. Reuelauit dominus cōdensa et i templo ei⁹ omnes dicent gloriam. Secundum Johannem. vii.

In illo tempore. Cum audisset quidam de turba sermones iesu: dicebant. Hic est vere ppheta Alii dicebant: hic est cristus Quidā autē dicebāt. Nūqd a galilea venit crist⁹ Nōne scriptura dicit: q2 ex semie dauid et de bethleē castello vbi erat dauid veit xp̄s: Dissēsio itaqȝ fcā est in turba propter eum. Quidam autē ex ipsis volebāt apprehendere eum sed nemo misit super eum manus Venerunt ergo ministri ad pontifices et phariseos et dixerunt eis illi. Quare non adduxistis illum: Responderunt ministri. Nūqꝫ sic locut⁹ est homo/sicut hic loquitur Rn̄derunt ergo eis pharisei. Nūqd et vos seducti estis: Nunquid aliqs ex principibus aut ex phariseis credidit in eum: Sed turba hec que non nouit legem maledicti sunt Dixit autem nicodemus ad eos/ille qui venit ad eum nocte/qui vn⁹ erat ex ipsis. Nūquid lex nostra iudicat hominem. nisi prius audierit ab ipso ꝛ cognouerit quid faciat: Responderunt et dixerunt ei. Nunquid et tu galileus es: Scrutare scripturas/ꝛ vide quia propheta a galilea nō surgit. Et reuersi sunt vnusquisqȝ i domum suam. Offertorium. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus dum recordaremur tui syon. Secreta

Domine deus noster qui in his potius creaturis quas ad fragilitatis nostre subsidium condidisti: tuo quoqȝ nomini munera iussisti dicanda constitui/ tribue quesumus: vt et vite nobis presentis auxilium/et eternitatis efficiant sacramentum. Per do: Coio Memēto verbi tui seruo tuo domine i quo mihi spem dedisti: hec me consolata est in humilitate mea. Postcommunio

Quod ore sumpsimus domine pura mente capiamus. et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum Per dominū.

Oremus. Humiliate capita vestra deo. Super populum

Adesto quesumus dñe propicius plebi tue: vt que tibi nõ placẽt respuẽtes/tuorũ pocius repleantur delectationib⁹ mãdatorꝫ. p.

Feria sexta Introitus.

Miserere mihi dñe qm̃ tribulor/libera me et eripe me de manibus inimicorũ meorꝫ et a plequẽtib⁹ me dñe nõ cõfundar qm̃ iuocaui te ps. In te dñe speraui nõ cõfũdar i eternũ:i iusticia tua libera me.

Nõ dr Gl̃a. Orẽ⁹. Flectam⁹ ge Col

Cordibus nr̃is q̃s dñe auxiliũ gratie tue benignus infũde: vt peccata nostra castigatiõe volũtaria cohibẽtes/tpaliter poti⁹ macerem[ur] q̃ suppliciis deputemur et̃nis Per. Lcõ hieremie pphete. xvii.

In diebus illis. Dixit hieremias. Dñe omnes qui te derelinquũt.cõfũdẽtur. Recedẽtes a te i terra scribentur:qm̃ dereliquerũt venã aquarũ viuẽtiũ dñm. Sana me domine et sanabor/ saluũ me fac ꝛ saluus ero:qm̃ laus mea tu es Ecce ipsi dicũt ad me. Vbi est verbum dñi: Veniat. Et ego nõ sũ turbat⁹ te pastorẽ sequẽs/et diẽ hoĩs nõ desideraui:tu scis. Qđ egressũ ẽ de labiis meis:rectũ in cõspectu tuo fuit. Nõ sis mihi tu formidini:spes mea tu i die afflictionis. Cõfũdãtur q̃ me persequũẗ et nõ cõfũdar ego/ paueãt illi et nõ paueã ego. Induc sup eos diẽ afflictiõis:et duplici cõtritiõe cõtere eos/dñe deus nr̃ R. Pacifice loquebãẗ mihi iimici mei/et in ira molesti erãt michi V. Vidisti dñe de⁹ meus ne sileas ꝛne discedas a me. Scdm̃ Johãnem xi.

In illo tẽpore. Collegerunt põtifices ꝛ pharisei cõciliũ aduersus iesũ et dicebãt. Quid facimus: Qr hic hõ mlt̃a signa facit si dimittim⁹ eũ sic:oẽs credẽt in eũ. Et venient romani et tollẽt nr̃m locum/et gẽtem. Vnus autẽ ex ipsis cayphas nomine:cum eẽt pontifex ãni illius dixit eis. Vos nescitis quicq̄ nec cogitatis:quia expedit vobis vt vnus moriatur homo ꝑ populo:et nõ tota gens pereat Hoc ãt a semetipõ nõ dixit:sed cum esset põtifex anni illi⁹ prophetauit:quia iesus moriturus erat pro gente. Et nõ tãtũ pro gente sed vt filios dei qui erant dispersi cõgregaret in vnũ. Ab illo ergo die cogitauerunt:vt interficerẽt eũ Jesus autem iam non in palam ambulabat apud iudeos:sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatẽ que dicitur ephrem:et ibi morabatur cũ discipulis suis. Offertorium. Benedictus es domine doce me iustificationes tuas et non tradas calumniantib⁹ me superbis/et respondebo exprobrantibus mihi verbum. Secreta

Presta nobis misericors deus: vt digne tuis seruire semper altaribus mereamur.et eorum perpetua participatione saluari. Per dominum nostrum iesum christũ filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus Per omnia secula seculorum amẽ.

Coio. Ne tradideris me domine in animas persequentium me/quia isurrexerũt in me testes iniqui et mentita est iniquitas sibi. Postcommunio.

Sumpti sacrificii domine per
petua nos tuitio non derelin
quat: et noxia semper a nobis cun-
cta repellat. Per. Oremus. Humili
ate capita vestra deo. Super popu
lum Collecta

Concede quesumus omnipo-
tens deus vt qui protectionis
tue gratiam querimus liberati a
malis omnibus secura tibi mente
seruiamus. Per dominum. Sab
bato. Introitus

Miserere michi domine quo
niam tribulor/libera me et
eripe me de manibus inimi
corum meorum: et a persequentibus
me/domine non confundar quoni
am inuocaui te. Ps. In te domine spe
raui non confundar in eternum. in iusti
cia tua libera me. Non dicitur Gloria
patri. Oremus. Flectamus genua
Leuate Collecta

Proficiat quesumus domine
plebs tibi dicata pie deuotio-
nis affectu/vt sacris actionibus eru-
dita. quāto maiestati tue fit grati-
or: tanto donis potioribus augeatur
Per. Lectio hieremie prophete. xviii

In diebus illis. Dixerunt im-
pii iudei ad inuicem. Venite co
gitemus contra iustum. cogitatio-
nes. Non enim peribit lex a sacerdo
te/neque consilium a sapiēte/ nec ser
mo a propheta. Venite et percutia
mus eum lingua/et non attendamus
ad vniuersos sermones eius. Atten
de domine ad me/et audi vocem ad
uersariorum meorum. Nūquid red
detur pro bono malum/quia fode-
runt foueam anime mee. Recorda
re quod steterim in cōspectu tuo vt loquerer
pro eis bonū/ et auerterē īdignatio
nē tuā ab eis. Propterea da filios eo-
rū in famē/ et deduc eos ī manus gla
dii. Fiāt vxores eorum absque liberis et
vidue/ et viri earum interficiantur morte
Iuuenes eorum cōfodiātur gladio ī pre-
lio/audiatur clamor de domibus eorum
Adducēs ei sup eos latronē repente
quia foderūt foueā vt caperent me/et
laqueos abscōderūt pedibus meis. Tu
aūt dn̄e scis oē cōsiliū eorum aduersū me
in mortē. Ne propicieris iniquitati eorum
et pctm̄ eorum a facie tua nō deleatur
Fiāt corruētes in cōspectu tuo: in tē
pore furoris tui/dn̄e deus meus. R. Pa
cifice loquebātur michi inimici mei: et in
ira molesti erāt michi. V. Vidisti dn̄e ne
sileas ne discedas a me. Se. Johānis vi

In illo t. Dixit iesus litigātibus
iudeis. Amē amen dico vobis
nisi mādu caueritis carnē filii hoīs
et biberitis eius sāguinē: nō habebitis
vitā ī vobis Qui mādu cat meā car
nē: et bibit meū sāguinē habet vitā
eternā. et ego resuscitabo eū ī nouissio
die. Caro eī mea vere ē cibus et sāguis
meus vere ē potus: Qui mādu cat meā
carnē et bibit meū sāguinē ī me ma
net et ego ī illo. Sicut misit me vi-
uēs pr̄/et ego viuo propter prēm. Et qui
mādu cat me: et ipse viuet propter me Hic
est panis q̄ de celo descēdit. Nō sicut
prēs vr̄i mādu cauerūt māna/ et mor-
tui sūt. Qui mādu cat hūc panē vi-
uet ī eternū. Hec dixit ī synagoga /do-
cēs ī capharnaū Multi ergo audiētes
ex discipulis eius dixerūt. Durus ē hic ser-
mo: et quis potest eū audire. Sciēs aūt
iesus apud semetipsum quia murmurarēt de

hoc discipli eiꝰ: dixit eis. Hoc vos scā
dalizat. Si ergo videritis filiū ho=
minis ascendentem: vbi erat pri=
us. Spiritus est qui viuificat: ca=
ro non prodest quicꝙ̄. Verba q̄ ego
locutus sum vobis: spūs et vita sūt
Sed sunt quidam ex vobis/ qui nō
credunt. Sciebat enim ab inicio ie
sus qui essent credentes/ et quis tra
diturus esset eum. Et dicebat. prop
terea dixi vobis: q̄a nemo pōt vēire
ad me: nisi fuerit ei datū a p̄re meo
Ex hoc multi discipuloꝝ eius abie
runt retro: et iam nō cum illo ābu=
labant. Dixit ergo iesus ad duode=
ci. Nūquid et vos vultis abire? Re=
spondit ergo ei simon petrꝰ. Domi
ne ad quē ibimus? Verba vite eter=
ne habes: et nos credimus et cogno
uimus: quia tu es christus filiꝰ dei
Respondit eis iesus. Nōne ego vos
duodecī elegi: et ex vobis vnus diabo
lus est? Dicebat autē de iuda simo=
nis scariothis. Hic enī erat traditurꝰ
eū/ cū esset vnus ex duodecī. Offer

Benedictus es domine: doce me iustifica
tiones tuas: et nō tradas me calūniātibꝰ
me superbis et respondebo exprobrātibꝰ
michi verbū. Secreta

A Cunctis nos domine q̄s rea
tibus et periculis ꝓpiciatus
absolue: quos tāti misterii tribuis
esse consortes. Per. Coīo. Ne tradide
ris me domine in aīas persequentiū me:
q̄m insurrexerunt in me testes iniqui: et
mētita est iiquitas sibi. Postcoīo

D Iuini saciati muneris largita
te quesumus dn̄e deus noster
vt huiꝰ sēper participatiōe viuamꝰ
P. Oremꝰ. Hui Super populum

T Ueatur q̄sumus dn̄e dextera
tua populū tuū deprecātē: et
purificatū dignāter erudiat/ vt cō=
solatione presenti/ ad futura bona
proficiat. Per. Sequit̄ benedictio
palmarū et ceteraꝝ frondiū ramo=
rū. Et primo sacerdos alta et intel
ligibili voce dicat Dominꝰ vobiscū
Clerus respondendo dicat. Et cum
spiritu tuo Sacerdos item Se
quentia sancti euangelii: secundū
Matheum. Clerus iterum Gloria
tibi domine. Deinde sacerdos se
quens euangelium pronunciet cō=
sueto more et quotidiano

I N illo tempore. Cum appro=
pinquasset iesus hierosolimis
quere supra dominica prima aduē
tus: Quo finito dicat eciam al
ta voce orationes sequētes. Oremꝰ

D Eus cuius filius Oratio
pro salute generis humani de
celo descendit ad terras: et appropi
quante hora passionis sue hieroso=
lymam in asino venire: et a turbis
rex appellari ac laudari voluit: be=
ne ✠ dicere dignare hos palmarū:
ceterarumꝙ frondium ramos: vt
omnes qui eos laturi sunt/ ita bene
✠ dictionis tue dono repleantur:
quatenus et in hoc seculo hostis an
tiqui tentamenta superare/ et in fu
turo cum palma victorie: et fructu
bonorum operum: tibi valeant ap=
parere. Per eum ✠ dem dominum
nostrum iesum christum filium tu
um qui tecum viuit et regnat ī vni
tate spiritus sancti deus. Per om=
nia secula seculorum. Item dicat
similiter. Oremus. Alia oratio

Domine deus omnipotēs qui per moysen famulum tuum populo israhelitico priusq̄ legē ostēdere voluisti: vt filius tuus domin⁹ noster cum illis phase solenniter celebrantes/ facere figuram quam et nunc exsoluimus / per redēptionē filii tui domini nostri iesu christi: quesumus: vt has arbores palmarum vel aliarum arborum sancti ✠ fices atq; bene ✠ dicas: vt sicut populus ille israeliticus cum clamoribus excipientibus predicabāt gaudium/et dicebāt/benedictus qui venit in nomine domini / ita et nos precamur vt digni famuli tui p̄ os nostrum ea que voluisti / vt te bene ✠ dicente sint hi arbor rami a te sancti ✠ ficati/sint per te bene ✠ dicti/vt populus tuus deuotione sancta permaneat in fide catholica / te miserante deus proficiat in bonis: sicq; eos letifica/ne cum peccato ad diem resurrectiōis filii tui domini nostri iesu christi annua festiuitate venire permittas/te prestante deus noster. Qui viuis cum deo patre et regnas deus in vnitate spiritus sancti. Per omnia secula seculorum Amen. Hoc dicto aspergat aqua benedicta palmas ceterarumq; arborum frondes et ramos. Dominica in ramis palmarum. Ad missam introitus

Domine ne lōge facias auxilium tuum a me/ad defensionem meam aspice libera me de ore leonis/ et a cornibus vnicornium humilitatem meam: Ps Deus deus meus respice in me. quare me dereliquisti/ longe a salute mea verba delictorum meorum. Collecta

Omnipotens sempiterne deus qui humano generi ad imitandum humilitatis exēplum saluatorē nostrū carnem sumere et crucē subire fecisti: concede propicius/ vt et patientie ipsius habere documēta: et resurrectionis consortia mereamur. Per eūdē. Ad philippeñ ii

Fratres. Hoc sentite ī vobis q̄d et in christo iesu. Qui cū ī forma dei esset/ nō rapinam arbitrat⁹ est esse se equalē deo. sed semetipsū exinaniuit formā serui accipiēs/ in similitudinē hominū factus/et habitu īuentus vt homo. Humiliauit semetipsū factus obediens vsq; ad mortē: mortē āt crucis. Propter q̄d et deus exaltauit illū/et donauit illi nomē q̄d est super omne nomē vt in nomine iesu omne genu flectat celestiū/terrestriū/ et infernorū. Et omnis ligua confiteatur/ quia dominus iesus christus / in gloria est dei patris. R. Tenuisti manum dexteram meam: et in voluntate tua deduxisti me et cum gloria assūpsisti me V. Quam bonus israel de⁹ rectis corde/ mei autem pene moti sūt pedes pene effusi sūt gressus mei quia zelaui in peccatoribus pacē peccatorum videns Tractus

Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti. V. Longe a salute mea: verba delictorum meorū. V. De⁹ meus clamabo p̄ diē/ nec exaudies/ et nocte et nō ad insipiētiā michi. V. Tu aūt in sancto habitas: laus israel. V. In te sperauerunt patres nostri sperauerūt et liberasti eos. V. Ad te clamauerūt et salui facti sūt

in te speraverunt et non sunt confusi. ℣ Ego autem sum vermis: et non homo: opprobrium hominū ⁊ abiectio plebis ℣ Omnes qui videbāt me aspernabantur me. locu ti sunt labiis: et mouerunt caput ℣. Sperauit in domino eripiat eum: sal uum faciat eum: quoniā vult eū. ℣. Ipsi vero considerauerunt / et conspexerūt me diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserūt sortē. ℣ Libera me de ore leonis / et a cornibus vnicornium humilitatē meam. ℣. Qui timetis do= minum laudate eum / vniuersum semen iacob magnificate eum. ℣. Annūtiabit domino generatio ventura / et annuntia= bunt celi iusticiam eius. ℣ populo qui nascetur quem fecit dominus. Nota ꝙ hodie et in iii. et iiii. feriis sequenti= bus ad pronuntiandum euangeli= um de passione dicitur. Dominus vobiscum. Clerus respondet Et cū spiritu tuo. Nec dicitur. Gloria ti= bi domine. Sed sic incipiēdum est

Passio domini nostri iesu christi secundum matheum

In illo tēpore. Dixit iesus disci pulis suis Scitis quia post bi duum pascha fiet: et filius homi= nis tradetur vt crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdo= tum et seniores populi in atriū pri cipis sacerdotū qui dicebatur cay= phas: et concilium fecerunt vt iesū dolo tenerēt: et occiderent. Dicebāt autem. Non in die festo / ne forte tu multus fieret in populo. Cum aūt esset iesus in bethania in domo sy= monis leprosi: accessit ad eum mu= lier habēs alabastrum vnguēti pre ciosi / et effudit super caput ipsius recumbentis. Uidētes autem disci pnli indignati sunt dicentes. Ut qd perdicio hec: Potuit enim istud ve= nundari multo et dari pauperibus. Sciēs autem iesus ait illis. Quid molesti estis huic mulieri: Opus enim bonum operata ē in me. Nā semper pauperes habetis vobiscū me autē semper nō habebitis. Mit tens enim hec vngentum hoc in cor pus meum / ad sepeliendum me fe cit. Amen dico vobis vbicunqꝫ pre dicatum fuerit hoc euangelium in to to mundo dicetur: et quod hec fecit in memoriā eius Tunc abiit vnus de duodecim qui dicebatur iudas sca rioth ad principes sacerdotum / et ait illis. Quid vultis michi dare / et ego vobis eum tradam: At illi con stituerunt ei triginta argenteos Et exinde querebat oportunitatem: vt eum traderet. Prima autē die azi morum accesserūt discipuli ad iesū di cētes. Ubi vis paremꝰ tibi comede re pascha: At iesus dixit. Ite in ciui tatem ad quendā: et dicite ei. Ma gister dicit. Tēpꝰ meū ꝓpe ē: apud te facio pascha cū discipulis meis. Et fecerūt discipli. sicut ꝯstituit illis iesus: et pauerūt pascha. Uespere autem facto discumbebat cum du odecim discipulis suis. Et edenti bus illis: dixit. Amē dico vobis: qa vnus vestrū me traditurus est. Et contristati valde: ceperunt singuli dicere. Nūquid ego sū domine: At ipse respondens ait. Qui intingit mecum manum in parapside: hic me tradet. Filius quidē hominis va dit sicut scriptū ē de illo. Ue aūt hoi

illi: per quē filius hominis tradetur Bonum erat ei: si natus non fuisset homo ille. Respondens autē iudas qui tradidit eum: dixit. Nūquid ego sum rabbi? Ait illi Tu dixisti. Cenātibus autem eis. accepit iesus panē et benedixit ac fregit: deditqꝫ discipulis suis et ait. Accipite et comedite: hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gracias egit: et dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes Hic est enim sāguis meus noui testamēti/ qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis/ nō bibam amodo de hoc genimine vitis vsqꝫ in diem illum/ cū illud bibam vobiscū nouū i regno patris mei. Et hymno dicto exierūt in mōtem oliueti. Tunc dixit illis iesus. Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastorē et dispergētur oues gregis Postqꝫ autem surrexero/ precedam vos in galileam. Respondens autē petrus ait illi. Et si omnes scādalizati fuerint in te/ ego nūqꝫ scandalizabor Ait illi iesus. Amen dico tibi: quia in hac nocte anteqꝫ gallus cātet ter me negabis. Ait illi petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo. Similiter et oēs discipuli dixerunt Tūc venit iesus cū illis in villā que dicitur gethsemani/ et dixit discipulis suis. Sedete hic: donec vadam illuc et orem. Et assumpto petro: et duobus filiis zebedei/ cepit contristari. et mestus esse Tunc ait illis. Tristis est anima mea vsqꝫ ad mortem. Sustinete hic/ et vigilate mecum. Et progressus pusillum: procidit in faciem suam orās et dicens. Pater mi: si possibile est/ trāseat a me calix iste. Verūtamen non sicut ego volo/ sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos: et iuenit eos dormientes. Et dixit petro sic. Non potuistis vna hora vigilare mecū? Vigilate et orate/ vt nō itretis in temptationem. Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma. Iterū secundo abiit: et orauit dicens. Pater mi/ si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua Et venit iterum: et inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis: iterū abiit et orauit tercio: eundē sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos: et dicit illis. Dormite iā et requiescite. Ecce appropiquabit hora/ et filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet. Adhuc eo loquente: ecce iudas vnus de duodecim venit/ et cū eo turba multa cum gladiis et fustibus missi a principibus sacerdotum et senioribus populi. Qui autem tradidit eum/ dedit illis signū dicens. Quemcunqꝫ osculatus fuero: ipse est: tenete eum. Et confestī accedens ad iesum/ dixit. Aue rabbi Et osculatus est eum. Dixitqꝫ illi iesus. Amice/ ad quid venisti? Tunc accesserunt/ et manus iiecerunt in iesum: et tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum iesu extendens manum/ exemit gladium suum: et percutiens seruū principis

sacerdotũ ãputauit auriculam ei⁹
Tunc ait illi iesus. Conuerte gladi
um tuum ĩ locum suum. Omnes
enim qui acceperint gladium / gla
dio peribũt. An putas quia nõ pos-
sum rogare patrem meum / et exhi
bebit michi modo plusꝙ̈ duodecim
legiones ãgelorum. Quomodo er-
go implebuntur scripture? Quia
sic oportet fieri. In illa hora dixit ie
sus turbis. Tanꝙ̈ ad latronem ex-
istis cum gladiis et fustibus cõpre-
hendere me. Quotidie apud vos se-
debam docens in templo: et nõ me
tenuistis. Hoc autem totum factũ
est: vt adimplerentur scripture pro-
phetarum. Tunc discipuli omnes
relicto eo fugerunt. At illi tenentes
iesum / duxerunt eum ad caypham
principem sacerdotum: vbi scribe
et seniores conuenerãt. Petrus au-
tem sequebatur eum a longe / vsqꝫ
in atrium principis sacerdotũ. Et
ingressus intro sedebat cum mini-
stris vt videret finem. Principes au
tẽ sacerdotum et omne consilium
querebant falsum testimonium cõ
tra iesum / vt eum morti traderent
Et nõ inuenerunt: cũ multi falsi
testes accessissent. Nouissime autẽ
venerunt duo falsi testes / et dixerũt
Hic dixit. Possũ destruere tẽplũ dei:
et post triduũ reedificare illud. Et
surgens princeps sacerdotum ait il
li. Nihil respondes ad ea que isti ad
uersum te testificantur? Jesus autẽ
tacebat. Et princeps sacerdotũ ait
illi. Adiuro te per deum viuum / vt
dicas nobis / si tu es christus filius
dei. Dixit illi iesus. Tu dixisti. Ve-
runtamen dico vobis / amodo vide-
bitis filium hominis sedentẽ a dex
tris virtutis dei: et venientem in nu
bibus celi. Tunc princeps sacerdo-
tum scidit vestimenta sua / dicens
Blasphemauit. Quid adhuc ege-
mus testibus? Ecce nunc audistis
blasphemiam. Quid vobis videtur
At illi respondẽtes: dixerunt. Reus
est mortis. Tunc expuerunt in faci
em eius: et collaphis eum ceciderũt
Alii autem palmas in faciem eius
dederunt: dicentes. Prophetiza no-
bis christe / quis est qui te percussit
Petrus vero: sedebat foris in atrio
Et accessit ad eum vna ancilla / di-
cens. Et tu cum iesu galileo eras.
At ille negauit coram omnibus / di
cens. Nescio quid dicis. Exeũte au-
tem illo ianuam / vidit eũ alia an-
cilla / et ait his qui erant ibi. Et hic
erat cum iesu nazareno. Et iterum
negauit cum iuramento / quia non
noui hominem. Et post pusillum
accesserunt qui stabant / et dixerunt
petro. Vere et tu ex illis es. Nam et
loquela tua manifestũ te facit. Tũc
cepit detestari et iurare / quia nõ no
uisset hominem. Et continuo gal-
lus cantauit. Et recordatus est pe-
trus verbi iesu quod dixerat: priusꝙ̈
gallus cantet: ter me negabis. Et
egressus foras fleuit amare. Mane
autẽ facto consiliũ inierũt oẽs prin
cipes sacerdotũ et seniores ppl'i ad-
uersus iesũ vt eum morti traderent
Et vinctũ adduxerũt eũ / et tradide-
rũt põcio pilato p̃sidi. Tũc vidẽs iu
das q̃ eũ tradidit ꝙ dãnat⁹ esset / pe
nitẽtia duct⁹ retulit trigita argẽteos

pricipibꝰ sacerdotū: et senioribꝰ dicēs
peccaui tradens sāguinē iustū. At
illi dixerunt. Quid ad nos: tu vide-
ris. Et proiectis argenteis in tēplo
recessit. Et abiens laqueo se suspen
dit. Principes autem sacerdotū ac-
ceptis argenteis dixerunt. Non licꝫ
eos mittere in corbanam quia preci
um saguinis est. Consilio autē ini-
to / emerunt ex illis agrū figuli in se
pulturam peregrinorum. Propter
hoc vocatꝰ est ager ille acheldemach
hoc est ager sāguinis / vsqꝫ in hodi-
ernum diem. Tunc impletum est
qđ dictū est per pphetā hieremiā di-
centē. Et acceperūt trigita agēteos
preciū appreciati quē appreciauerūt
a filiis israel. et dederūt eos in agrū
figuli sicut cōstituit michi dominꝰ
Jesus autem stetit ante presidē. Et
interrogauit eum preses dicēs. Tu
es rex iudeorū? Dixit illi iesus. Tu
dicis. Et cum accusaretur a princi-
pibus sacerdotum et senioribus: ni
chil respondit. Tunc dicit ei pilatꝰ
Non audis quāta aduersū te dicūt
testimonia? Et nō respondit ei ad
vllum verbū: ita vt miraretur pre-
ses vehementer. Per diem autē so-
lennē consueuerat preses dimitte-
re populo vnum vinctum: quem vo
luissent. Habebat autē tunc vnū vin
ctum insignē / qui dicebatur barra-
bas. Cōgregatis ergo illis: dixit pi-
latus. Quem vultis dimittam vo
bis / barrabam: an iesū qui dicitur
christus? Sciebat enim ꝙ per inui-
diam tradidissent eum. Sedēte au
tem illo pro tribunali / misit ad eū
vxor eius dicēs. Nichil tibi et iusto
illi. Multa enim passa sū hodie per
visum propter eum. Principes au
tem sacerdotum et seniores persua
serunt populis vt peterent barrabā
iesum vero perderent. Respondens
autem preses: ait illis. Quem vulti
vobis de duobꝰ dimitti? At illi dix-
runt. Barrabam. Dicit illis pila-
tus. Quid igitur faciā de iesu qui
dicitur christus? Dicūt omnes. Cru
cifigatur. Ait illis preses. Quid enī
mali fecit? At illi magis clamabāt
dicentes. Crucifigatur. Videns au-
tem pilatus quia nichil proficeret.
sed magis tumultus fieret / accepta
aqua lauit manus suas corā popu
lo dicens. Innocens ego sum a san
guine huius iusti vos videritis. Et
respondens vniuersus populus di-
xit. Sāguis eius super nos et super
filios nostros. Tūc dimisit illis bar
rabā. Jesū autē flagellatū tradidit
eis vt crucifigeretur. Tunc milites
presidis suscipiētes iesū in pretorio
congregauerunt ad eum vniuersā
cohortem. Et exuentes eum clami-
dem coccineam circundederunt ei:
Et plectētes coronam de spinis po
suerunt super caput eius / et arundi
nem in dextera eius. Et genu flexo
ante eum illudebāt ei dicētes. Aue
rex iudeorum. Et expuētes in eum
acceperunt arundinem et percutie-
bant caput eius. Et postquam illu
serunt ei exuerunt eum clamide. et
induerunt eum vestimentis suis:
et duxerunt eum vt crucifigerēt. Ex
euntes āt inuenerunt hoiem cyreneū
noie simonē: hūc āgariauerūt vt tol
leret crucem eius. Et venerunt in

locum qui dicitur golgotha / quod est caluarie locus. Et dederũt ei vinum bibere / cum felle mixtum. Et cum gustasset noluit bibere. Postq̃ autẽ crucifixerunt eum / diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes / vt impleret quod dictũ est per prophetam dicentem. Diuiserunt sibi vestimenta mea / et super vestẽ meã miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerũt super caput eius causã ipsius scriptam. Hic est iesus nazarenus rex iudeorũ Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones / vnus a dextris et vn⁹ a sinistris. Pretereuntes autem blasphemabãt eũ / mouentes capita sua et dicentes. Vach qui destruis templũ dei / et i triduo illud reedificas. Salua temetipsũ. Si filius dei es / descẽde de cruce Similiter et pñcipes sacerdotum illudentes cum scribis et senioribus dicebãt. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Si rex israel est / descendat nũc de cruce et credimus ei. Confidit in deo / liberet eum nunc si vult. Dixit enĩ quia filius dei sum. Idipsũ autem et latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei. A sexta autem hora / tenebre facte sũt super vniuersam terram: vsq; ad horam nonam. Et circa horam nonã clamauit iesus voce magna dicens Hely. Hely Lamazabathani. Hoc est. Deus meus deus meus: vt quid dereliquisti me. Quidam autem illic stantes et audientes dicebãt. Heliam vocat iste. Et continuo currẽs vnus ex eis acceptam spongiã implenit aceto: et imposuit arũdini / et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. Sine: videamus si veniat helyas liberans eum. Iesus autem iterum clamans voce magna / emisit spiritum. Et ecce velum templi scissũ est in duas partes a sũmo vsq; deorsum. Et terra mota est et petre scisse sunt / ꝛ monumẽta aperta sũt et multa corpora sctõꝝ que dormierãt surrexerũt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionẽ eius venerunt in sanctam ciuitatẽ et apparuerunt multis. Centurio autem et qui cum eo erant custodientes iesum viso terre motu: et his que fiebant: timuerunt valde dicentes. Vere filius dei erat iste. Erãt autem ibi mulieres multe a lõge: que secute erant iesum a galilea ministrantes ei. Inter quas erat maria magdalene / et maria iacobi / et ioseph mater / et mater filiorum zebedei. Cum sero autem factum esset venit quidã homo diues ab arimathia noĩe ioseph: qui et ipse discipulus erat iesu. Hic accessit ad pilatũ: et petiit corpus iesu. Tunc pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore ioseph inuoluit illud in sindone munda / et posuit illud in monumento suo nouo quod exciderat in petra. Et aduoluit saxũ magnũ ad ostiũ monumẽti / et abiit. Erat aũt ibi maria magdalene / et altera maria sedentes contra sepulchrum Altera autẽ die que est post parasceuen / conuenerunt principes sacerdotum et pharisei ad pilatum dicẽtes. Domine recordati sumus q͛a

seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsqz in diem tercium ne forte veniant discipli ei⁹ et furentur eum/et dicant plebi surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error: peior priore. Ait illis pilatus. Habetis custodiam. Ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum: signantes lapidem cum custodibus. Offer. Improperium expectauit cor meum et miseriam et sustinui qui simul contristaretur et non fuit consolantem me quesiui et non inueni: et dederunt in escam meam fel et in siti mea potauerunt me aceto. Secreta

Concede qs ops deus: vt oculis tue maiestatis munus oblatum: et gratiam nobis deuotionis obtineat et effectum beate perhennitatis acquirat. P. Coio. Pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat voluntas tua. Postcoio

Per huius dne operationem mysterii et vicia nostra purgentur et desideria compleantur. Per dnm

Feria secunda. Introitus

Iudica dne nocentes me expugna impugnantes me: apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium meum dne virt⁹ salutis mee. Ps. Effunde frameam et conclude aduersus eos qui persequuntur me dic aie mee salus tua ego sum. Non dicit. Gla patri. Oremus. Flecta. Collecta.

Da qs ops deus: vt qui in tot aduersitatibus ex nostra infirmitate deficimus intercedente vnigeniti filii tui passione respirem⁹. Qui tecum. Lectio isaie pphete. l.

In dieb⁹ illis. Dixit isaias. Dominus deus aperuit michi aurem ego autem non contradico: retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutientibus: et genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus et conspuentibus in me. Dns deus auxiliator meus: et ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam vt petram durissimam: et scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me. Quis contradicet michi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce domin⁹ deus auxiliator me⁹. Quis est qui condemnet me? Ecce oes quasi vestimentum conterentur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dnm: audiens vocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris: et non est lumen ei? Speret in noie dni: et innitatur super deum suum. R. Exurge domine et intende iudicio meo deus meus et dns meus in causam meam. V. Effunde frameam et conclude aduersus eos qui me persequuntur. Scdm Johem. xii.

In illo tempore. Ante sex dies pasche venit iesus bethaniam vbi lazarus fuerat mortuus: quem suscitauit iesus. Fecerunt autem ei cenam ibi: et martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi et vnxit pedes iesu et extersit pedes ei⁹ capillis suis: et domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius iudas scariothis qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis: et datum

est egenis. Dixit autē hoc non quia
de egenis pertinebat ad eū sed quia
fur erat ꝛ loculos habēs ea que mit
tebātur portabat. Dixit ergo iesus:
Sine illā/vt ī diē sepulture mee ser
uet illud. Pauperes enī semper ha-
bebitis vobiscum me autem non sē
per habebitis Cognouit ergo turba
multa ex iudeis quia illic est et vene
runt non propter iesum tantum:
sed vt lazarum viderent quem su-
scitauit a mortuis. Cogitauerūt au
tem principes sacerdotū vt et lazaꝝ
interficerent: quia multi propter il-
lum abibāt ex iudeis: et credebāt in
iesum. In crastinū autē turba mul-
ta que venerat ad diē festum/cū au-
dissēt quia venit iesus hierosolymā
acceperūt ramos palmarū et ꝓcesse
runt obuiā ei: et clamabāt. Osāna
benedictus qui venit ī noīe dn̄i: rex
israel. Et inuenit iesus asellum: et
sedit super eū sicut scriptum est No
li timere filia syon: ecce rex tuus ve-
nit sedens super pullū asine. Hec nō
cognouerūt discipuli eius primum
sed quādo glorificatus est iesus tūc
recordati sunt quia hec erāt scripta
de eo: et hec fecerunt ei Testimoniū
ergo perhibebat turba q̄ erat cū eo
quando lazarum vocauit de monu
mento: et suscitauit eum a mortuis
Propterea et obuiam venit ei turba
quia audierant eū fecisse hoc signū
Pharisei ergo dixerunt ad semetip
sos. Videtis quia nichil ꝑficimus.
Ecce mūdus totus post eum abiit.
Erant autem quidā gentiles ex his
qui ascenderāt: vt adorarent in die
festo. Hi ergo accesserunt ad philip-
pum qui erat a bethsaida galilee: ꝛ
rogabant eum dicentes. Dn̄e volu-
mus iesum videre Venit philippus
et dixit andree Andreas rursū et phi
lippus dixerunt iesu. Jesus autem
respondit eis dicens. Venit hora vt
clarificetur filius hoīs. Amen amē
dico vobis/nisi granum frumēti ca
dens in terra mortuū fuerit: ipsum
solum manet. Si autē mortuū fue
rit: multū fructū affert. Qui amat
animam suam: perdet eam. Et qui
perdiderit aīam suam in hoc mun-
do: in vitam eternam custodit eam
Si quis michi ministrat me sequa
tur. Et vbi sum ego: illic et minister
meꝰ erit. Si quis michi mīstrauerit
honorificabit eū pater meꝰ qui est in
celis. Nunc anima mea: turbata est
Et q̇d dicā? Pater saluifica me ex
hac hora. Sed propterea veni in ho-
ram hanc. Pater: clarifica nomē tu
um. Venit ergo vox de celo: dicens.
Et clarificaui: et iterū clarificabo.
Turba autem que stabat et audie-
rat: dicebat tonitruū esse factū. Alii
autem dicebāt. Angelus ei locutus
est. Respondit iesus et dixit. Nō pro
pter me hec vox venit: sed ꝓpter vos
Nunc iudicium est mundi. Nūc pri
ceps huius mundi eiicietur foras.
Et ego si exaltatus fuero a terra om
nia traham ad meipsum. Hoc autē
dicebat: significans qua morte es-
set moriturus. Respondit ei turba.
Nos audiuimus ex lege: quia christꝰ
manet in eternum. Et quomodo
tu dicis oportet exaltari filium ho-
minis? Et quis est iste filius homi-
nis? Dixit ergo eis iesus Adhuc mo

dicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebre vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadat. Dum lucem habetis credite in lucē vt filii lucis sitis. Hec locutus est iesus et abiit: et abscondit se ab eis.

Offertoriū. Eripe me de inimicis meis domine ad te cōfugi doce me facere voluntatē tuā quia deus meꝰ es tu. **Secre.**

Hec sacrificia nos omnipotēs deus potenti virtute mūdatos ad suum faciāt puriores venire principium. Per dñm. **Coio.** Erubescant et revereantur simul qui gratulātur malis meis induantur pudore et reverentia qui maligna loquuntur aduersum me.

Prebeāt nobis dñe di- **Postcō** uinū tua sācta feruorem quorum pariter et actu delectemur et fructu. Per dñm. **Oremus.** Humiliate capita vestra deo. **Sup pplm**

Adiuua nos deꝰ salutaris noster: et ad beneficia recolēda quibus nos instaurare dignatꝰ es: tribue venire gaudentes. Per dñm.

Feria tercia. Introitus

Nos autem gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu christi in quo est salus vita et resurrectio nostra per quā saluati et liberati sumus. **ps.** Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuīet vultū suū super nos et misereatur nostri. **Collecta**

Omnipotens sempiterne deus: da nobis ita dñice passionis sacramenta peragere/ vt indulgentiam percipere mereamur. Per eūdem dominum.

Lectio hieremie prophete. xi.

In diebus illis: Dixit hieremias. Domine demonstrasti michi et cognoui tu ostēdisti michi studia eorum. et ego quasi agnus mā-suetus qui portatur ad victimam. Et non cognoui quia cogitauerūt super me cōsilia dicētes Venite mittamus lignum in panē eius: et eradamus eum de terra viuentium: et nomen eius non memoretur amplius. Tu autem domine sabaoth qui iudicas iuste et probas renes et corda: videam vltionē tuam ex eis. Tibi enim reuelaui causam meā: domine deus meus. **℞.** Ego autē cū michi molesti essent induebam me cilicio et humiliabā in ieiunio animam meā et oratio mea in sinu meo conuertetur. **℣.** Judica dñe nocētes me expugna īpugnātes me apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium michi. **Passio domini nostri iesu christi Secundum Marcum.** xiiii.

In illo tēpore: Erat pascha et azima post biduum: et querebant sūmi sacerdotes et scribe quomodo iesum dolo tenerēt/ et occiderent. Dicebant enī. Nō in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. Et cum esset bethanie in domo symonis leprosi et recumberet: venit mulier habens alabastrum vnguēti nardi spicati p̄ciosi: et fracto alabastro: effudit super caput eius. Erant autem quidā indigne ferentes intra semetipsos: et dicentes Vt quid perditio ista vnguēti facta est? Poterat eī vnguētū istud venūdari plusq̄ trecētis denariis: et dari pauperibꝰ Et fremebant in eam. Jesus

autem dixit. Sinite illā. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enī pauperes habetis vobiscum: et cum volueritis potestis illis benefacere: me autem non semper habebitis. Quod habuit hec fecit: preuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis: vbicunqȝ predicatum fuerit euangeliū istud in vniuerso mūdo: et quod fecerit hec narrabit in memoriam eius. Et iudas scariothis vnus de duodecim abiit ad sūmos sacerdotes: vt proderet eū illis. Qui audientes gauisi sunt: et promiserunt ei pecuniā se daturos. Et querebat quomodo illū oportune traderet. Et prima die azimorum quādo pascha immolabant: dicūt ei discipuli. Quo vis eamus et paremus tibi vt manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis: et dicit eis. Jte in ciuitatem: et occurret vobis homo lagenam aque baiulās. Sequimini eum et quocunqȝ introierit: dicite dño domus quia magister dicit. Vbi ē refectio mea: vbi pascha cum discipulis meis manducem. Et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande stratum: et illic parate nobis. Et abierūt discipuli eius et venerunt in ciuitatem: et inuenerunt sicut dixerat illis: et parauerunt pascha. Vespere autem facto: venit cū duodecim. Et discumbentibus eis et manducantibus: ait iesus. Amē dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me qui manducat mecum. At illi ceperunt contristari: et dicere ei sigillatim. Nunquid ego? Qui ait illis. Vnus ex duodecim qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidem hois vadit: sicut scriptū est de eo. Ve autem homini illi: per quem filius hois tradetur. Bonum erat ei: si non esset natus homo ille. Et manducantibus illis: accepit iesus panem: et benedicens fregit: et dedit eis et ait. Sumite hoc est corpus meū. Et accepto calice: gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis. Hic est sanguis meus noui testamēti: qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: quia iam non bibā de genimine vitis: vsqȝ in diem illum cum illud bibam nouum in regno dei. Et hymno dicto: exierunt in montem oliuarum. Et ait illis iesus. Omnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est. Percutiam pastorem et dispergentur oues. Sed postea ꝙ resurrexero precedā vos in galileā. Petrus autem ait illi. Et si omnes scandalizati fuerit: sed non ego. Et ait illi iesus. Amē dico tibi: quia tu hodie ī nocte hac priusꝙ gallus bis vocem dederit: ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur. Et si oportuerit me simul commori tibi: non te negabo. Similiter autem et omnes dicebāt. Et veniunt in predium cui nomē gethsemani / et ait discipulis suis. Sedete hic: donec orem. Et assumit petrum et iacobū et iohannem secum: et cepit pauere et tedere. Et ait illis. Tristis est aīa mea vsqȝ ad mortem. Sustinete hic et vigilate. Et cum processisset paululum: procidit super terram et ora

bat vt si fieri posset trāsiret ab eo ho
ra et dixit. Abba pater: omnia tibi
possibilia sunt: transfer calicē hunc
a me. Sed nō qđ ego volo: sed qđ tu.
Et venit: et inuenit eos dormientes
Et ait petro. Simon dormis? Nō
potuisti vna hora vigilare? Vigilate
et orate: vt non intretis in tentatio-
nem. Spiritus quidē promptus est
caro autem infirma. Et iterū abiēs
orauit eundem sermonē dicens. Et
reuersus denuo: inuenit eos dormi-
entes. Erant enim oculi eorū gra-
uati: et ignorabant quid responde-
rēt ei. Et venit tercio: et ait illis. Dor
mite iam: et requiescite. Sufficit.
Venit hora: ecce filius hoīs tradetur
in manus peccatorum. Surgite ea
mus. Ecce qui me tradet prope est.
Et adhuc eo loquente: venit iudas
scarioth vnus de duodeci et cum eo
turba multa: cum gladiis et lignis
missi a sūmis sacerdotibus et scri-
bis et senioribus. Dederat autē tra-
ditor eis signum dicens. Quēcunqz
osculatus fuero ipse est tenete eum
et ducite caute. Et cum venisset: sta
tim accedens ad eum ait Aue rabbi
Et osculatus est eū. At illi man⁹ iie
cerunt in iesum: et tenuerunt eum.
Vnus autem quidā de circunstāti-
bus educens gladium percussit ser-
uū sūmi sacerdotis et amputauit il
li auriculā. Et respōdens iesus: ait
Omnipotens sempiterne deus mestorum consolatio/laborantium fortitudo: perueniāt ad te preces de quacunq3 tribulatione clamantium: vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse Per. Oratio

Oremus et pro hereticis et scismaticis vt deus ac dn̄s noster eruat eos ab erroribus vniuersis: et ad sanctam matrē ecclesiam catholicam atq3 apostolicam reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua leuate.

Omnipotens sempiterne deus qui saluas omnes et neminē vis perire respice ad animas diabolica fraude deceptas vt omni heretica prauitate deposita/ errātium corda resipiscant/et ad veritatis tue redeant vnitatem. Per dominum nostrum iesum christum. Oratio.

Oremus/et pro pfidis iudeis vt deus et dominus noster auferat velamen de cordibus eorum vt et ipsi agnoscant iesum christum dominum nostrum. hic non dicitur. Flectamus genua leuate. pp̄ter iudeorum perfidiam sed tantūmodo

Omnipotēs sēpitne de9. Ore9 qui etiā iudaicā pfidiā a tua misericordia non repellis: exaudi p̄ces nostras quas pro illius populi obcecatione deferimus/vt agnita veritatis tue luce que christus est/a suis tenebris eruantur Per eūdē. Orō.

Oremus/ et pro paganis vt deus omnipotens auferat iniqtatem a cordibus eorum/ et relictis idolis suis/conuertantur ad deum viuum et verum/et vnicum filium eius iesum christum dominum nostrum/cum quo viuit et regnat cum spiritu sancto deus: per omnia secula seculorum. Oremus Flectamus genua leuate

Omnipotens sempiterne deus qui non vis mortem peccatorum: sed vitam semper inquiris: suscipe propicius orationem nostram et libera eos ab idolorum cultura et aggrega ecclesie tue sancte ad laudem et gloriā nominis tui. Per dominum nostrum iesum christum filium tuū/ qui tecū viuit et regnat in vnitate spiritus sancti de9 per omnia secula seculorum ā. Modo vadat dyaconus et offerat corpus domini super altare/aut celebrans ipse Et deide administret vinum cum

aqua i calice. Et tūc celebrans induat casulā. Et dicat corā altari Cōfiteor. et cetera. Misereatur vestri et cetera. quibus dictis icipiat Per quē hec omnia domine vsqꝫ Per omnia secula seculorum Quod quidē Per omnia dicat alta voce vna cū Oremus preceptis salutaribus moniti et dominica oratione Et dicto Libera nos quesumus domine et cetera vsqꝫ. Per omia quod quidem Per omnia dicat cātando. Non dicitur Pax domini neqꝫ Agnus dei Statim accipiat et recipiat cum maxima reuerentia et deuotione corpus domini Ordo ad adorandum crucem sequitur. Crucem pāno serico aut lineo cooptam teneat sacerdos et dicat antiphonam sequentem

Popule me⁹ quid feci tibi aut in quo contristaui te respōde mihi quia eduxi te de terra egypti parasti crucem saluatori tuo. Duo capellani genib⁹ flexis. Respōdeant.

Agyos. otheos. Agyos. yschiros. Agyos. Athanatos eleyson. ymas. Clerus genibus flexis.

Sanctus deus/ sanctus fortis: sanctus et immortalis/ miserere nobis. Iterū sacerdos dicat ā.

Quia eduxi te per desertū quadraginta annis/ et manna cibaui te et introduxi in terram satis optimam parasti crucem saluatori tuo. Duo Agyos vts. Clerus Sāctus. vts. Sacerdos Iterum dicat.

Quid vltra debui facere tibi et non feci ego quidem plantaui te vineam meam fructu decoram/ et tu fcā es mihi nimis amara aceto nanqꝫ sitim meā potasti et lācea pforasti lat⁹ saluatoris tui Duo Agyos. Clerus. Sanct⁹ Modo celebrās discoopetiat crucē Et incipiat alta voce ātiphonā sequen̄ qua icepta. Cler⁹ prosequatur eam et cetera

Ecce lignū crucis i quo sal⁹ mūdi pepēdit/ venite adorem⁹ Ps. Beati i maculati i via qui ābulant i lege dñi. an. Crucē tuā adoram⁹ dn̄e et sanctam resurrectionē tuā laudamus et glorificam⁹: ecce eni ꝓpter crucē venit gaudium i vniuerso mūdo. ps. Deus misereatur nostri et bn̄dicat nobis: illuminet vultū suum super nos et misereatur nostri An.

Dum fabricator mūdi mortis supplicium pateret i cruce clamans voce magna tradidit spm. et ecce velū tēpli diuisum est monumēta aperta sūt tremor⁹ ei factus fuerat magn⁹ qr mortē filii dei clamabat mūd⁹ se sustinere non posse apto ergo militis lācea latere crucifixi domini exiuit sāguis et aqua in redēptionē salutis nostre. antiphona O admirabile precium cuius pōdere captiuitas redēpta est mundi tartarea confracta sūt claustra inferni aperta ē nobis ianua regni.

Pange lingua gl'iosi plīū Hy⁹ certaminis et super crucis trophe ū dic triūphū nobilem qualiter redemptor orbis immolatus vicerit Crux fidelis iter oēs arbor vna nobilis nulla silua talem profert/ fron de flore germine dulce lignū dulces clauos/ dulce pōdus sustinēs Hic v repetit in fine cuiuslibet v. De parētis ꝓthoplausti fraude factor ꝯdolēs qn̄ pomi noxialis morte morsu corruit ipe lignū tūc notauit dāna ligni vt solueret. Crux fidelis Hoc


op⁹ nr̃e salutis ordo depoposcerat mul
tiformis proditoris arś vt artē falleret
⁊ medelā ferret inde hostis vnde leserat
Crux. Quñ venit ergo sacri plenitudo
temporis/ missus est ab arce patris
natus orbis conditor/ atq3 ventre
virginali caro fact⁹ prodiit. Crux.
Vagit infans inter arta/ conditus
presepia/ membra pannis inuolu=
ta: virgo mater alligat/ manus pe=
des atq3 crura/ stricta cingit fascia
Crux fide. Lustra sex qui iam per
acta: tempus implens corporis/ se
volēte nat⁹ ad hoc passione dedit⁹/
agnus in cruce leuatur: immolan=
dus stipite Crux. Hic acetum fel
harundo/ sputa claui lancea/ mite
corpus perforatur/ sāguis vnda pro
fluit/ terra pontus astra mundus:
quo lauantur flumine. Crux fidel
Flecte ramos arbor alta/ tensa la
xa viscera/ et rigor lentescat ille/ quē
dedit natiuitas/ vt superni mēbra
regis/ miti tendas stipite. Crux fi
Sola digna tu fuisti/ ferre preciū
seculi/ atq3 portum preparare/ nau=
ta mundo naufrago/ quē sacer cru
or perūxit/ fusus agni corpe. Crux
Gloria et honor deo/ vsq3quo altis
simo/ vna patri filioq3/ inclito para
clito/ cui laus est ⁊ potestas/ per eter
na secula Amen. His peractis de
ponat sacerdos casulam/ et dican=
tur vespere. Quibus dictis cū psal=
mis. Miserere et. De pfū qui missā
celebrauit dicat voce mediocri or.

Respice q̄s dn̄e super Col.
hanc familiā tuā/ pro qua do
minus noster iesus christus nō du=
bitauit manibus tradi nocentiū/ et
crucis subire tormētū Qui te. Deiñ
accipiat in maib⁹ crucē et icipiat. ā.
Super oīa ligna cedrorū Cle
r⁹ pseqnat. Tu sola excelsior
ī qua vita mūdi pepēdit/ in qua xp̄s
triūphauit ⁊ mors mortē superauit
in eternū Et finaliter sacerdos alta
voce dicat cruce/ faciēdo signaculū
crucis super populum. In nomine
patris et filii et spiritus sācti. Rece=
dite in pace. Amen Sequens be=
nedictio icensi siue thuris nō est in
vsu. Et si dicat absolute et submis
se dicat. Adiutoriū nr̄z. Sit nomen


Veniat q̄s omp̄s de⁹ Orem⁹
sup hoc incēsū larga tue bene
✠ dictionis ifusio/ et hūc nocturnū
splēdorē iuisibil regenerator accēde
vt nō solū sacrificiū qd̄ hac nocte li
tatū ē archanū luminis tui admix=
tione refulgeat/ s3 ī quocūq3 loco ex
hui⁹ sāctificationis misterio fuerit
deportatū/ expulsa diabolice fraudis
neq̄cia/ virt⁹ tue maiestatis assistat
p̄ x. Sabbō scō. In vigi. pas. Ad bn̄
dicēdū cereū paschalē si diacon⁹ fu=
erit. Alioqn celebratur⁹ missā. In=
dut⁹ amictu alba maīpulo stola et
tunica: si etiā fuerit qua q̄dē carēte
habitib⁹ supradictis dūtaxat patus
veire debet cū cruce/ luiari aqua bn̄
dicta/ et thuribulo. Et sic inchoare





Exultet iam angelica





turba celorum/ exultent


divina mysteria / et pro
tanti regis victoria tuba
intonet salutaris Gau
deat se tellus tantis
irradiata fulgoribus / et
eterni regis splendore illu
strata / totius orbis se
sentiat amisisse caligiñe
Letetur et mater eccle
sia tanti luminis ador=
nata fulgoribus / et ma
gnis populorum vocibus
hec aula resultet. Qua=
propter astantibus vobis
carissimi ad tam mi
ram sancti huius luminis
claritatem vna mecum
queso dei omnipotētis mi
sericordiam inuocate / vt
qui me nō meis meritis


intra leuitarum numerum
dignatus est aggregare/
luminis sui gratia infu-
dente cerei huius lau
dem implere perficiat.
Per dominum nostrum
iesum christum filium su
um cum quo viuit
et regnat deus in vnita
te spiritus sancti. Per
omnia secula seculorum
Amen. Dominus vobiscũ
Et cum spiritu tuo
Sursum corda Habemus
ad dominum Gratias
agamus domino deo no-
stro. Dignũ et iustũ est
Vere quia dignũ et
iustum est. Inuisibilem
deũ omnipotentem patrem


filiumqꝫ eius unigenitū
dominum nostrum iesum
christum sanctum quoqꝫ
spiritum toto cordis ac
mentis affectu / et vocis
mysterio personare Qui
pro nobis eterno patri
ade debitum soluit / et
veteris piaculi cautionem
pio cruore detersit Hec
sunt enim festa paschalia
in quibus verus ille
agnus occiditur eiusqꝫ
sanguine postes fidelium
consecrantur Hec nox
est / in qua primum pa-
tres nostros filios israel
eductos de egypto / ru
brum mare sicco ve
stigio transire fecit


Hec igitur nox est que
peccatorum tenebras / colum=
ne illuminatione purgauit
Hec nox est/ que hodie
per vniuersum mundum
in christum credentes a vi
ciis seculi segregatos et
caligine peccatorum reddit
gracie/ sociat sanctitati. Hec
nox est in qua destructis
vinculis mortis / christus ab
inferis victor ascendit. Ni
chil enim nobis nasci pro=
fuit / nisi redimi profuisset
O mira circa nos tue
pietatis dignatio. O inesti
mabilis dilectio caritatis /
vt seruum redimeres filium
tradidisti. O certe necessa=
rium ade peccatum quod


christi morte deletum est
O felix culpa que talem
ac tantum meruit habere
redemptorem. O beata nox
que sola meruit scire tem
pus et horam in qua chri
stus ab inferis resurrexit
Hec nox est / de qua scri-
ptum est/ et nox sicut di
es illuminabitur et nox il
luminatio mea in deliciis
meis Huius igitur sanctifi-
catio noctis fugat scelera /
culpas lauat/ et reddit inno-
centiam lapsis et mestis
leticiam. Fugat odia concor
diam parat/ et curuat impe
Hic ponatur quinqz grana icēsi in cereo in modum crucis.
ria In hu
ius igitur noctis gratia su
scipe sancte pater incensi hu

✠ ius sacrificium vespertinum qđ tibi in hac ce ✠ rei oblatiōe solēni per ministrorum manus de operibus apum sacrosancta reddit ecclesia. Sed iam colūne hu ✠ ius preconia novimus / quam ĩ honorem dei rutilans ignis accendit.

Hic accēdat cereꝰ


Qui licet sit divisus in partes / mutuati luminis detrimenta non novit. Alitur liquantibus ceris / quas in substanciam preciose hu ✠ ius lāpadis : apis mater eduxit. O āmirabilis apis / cuius nec sexum masculi violant : fetus non quassant / nec filii destruunt castitatem. Sic sancta concepit virgo maria / virgo peperit ⁊ virgo permansit. O vere beata nox que expoliavit egiptios / ditavit hebreos. Nox in qua terrenis celestia / humanis divina iun-

guſtur. Oramus ergo te domine
vt cereus ✝ iſte in honorem tui no-
minis conſecratus/ ad noctis hui9
caliginem deſtruendam indeficiēs
perſeueret. Atq3 in odorem ſuaui-
tatis accenſus ſupernis luminari-
bus miſceatur. Flammas eius luci
fer matutinus iueniat. Ille inq̃ lu
cifer qui neſcit occaſum. Ille qui re
greſſus ab inferis/ humano generi

ſerenus illuxit. Precamur ergo te
domine vt nos famulos tuos/ om-
nem clerū/ ac deuotiſſimum popu
lum/ vna cum beatiſſimo papa no
ſtro. N. atq3 antiſtite noſtro. N. nec-
non et rege noſtro/ quiete temporū
cōceſſa in his paſchalibus gaudiis
cōſeruare digneris. Per dominum
noſtrum ieſum chriſtum filium tu
um qui tecum viuit ꝛ regnat in vni



tate spiritus sancti deus Per om



nia secula seculorum amen

Sacerdos missā celebraturus indutus amictu alba manipulo et stola accedat ad altare. Et tunc lecturus primam lectionē/que ⁊ alie sequeñ. vt supra dictum est/legi debent sine titulis incipiat dicendo sine pluri. In principio creauit deus ⁊ cete.

Lectio libri genesis. .i.c

In principio creauit deus celū et terram. Terra autē erat ianis et vacua: et tenebre erant super faciem abyssi: et spiritus domini ferebatur super aquas Dixitq3 deus Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucem q̄ esset bona / et diuisit lucem a tenebris/appellauitq3 lucem diē et tenebras noctem. Factumq3 ē vespere et mane dies vnus. Dixit quoq3 deus. Fiat firmamentum ī medio aquarum/et diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamētum diuisitq3 aquas que erāt sub firmamento ab his que erant sup firmamētum Et factum est ita. Vocauitq3 deus firmamentū celū: ⁊ factum ē vespere et mane dies secūdus. Dixit vero deus. Congregentur aque que sub celo sūt ī locum vnū et appareat arida. Et factum est ita. Et vocauit deus aridam terram: cōgregationesq3 aquarū appellauit maria. Et vidit deus q̄ esset bonū et ait Germinet terra herbā virētē et facientem semen: et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum cuius semē in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam viventē et afferentem semen iuxta genus suū lignumq3 faciens fructum: et habēs vnumquodq3 sementem secundū speciē suam. Et vidit deus quod esset bonum: et factum est vespere et mane dies tercius. Dixit autem deus Fiant luminaria in firmamēto celi: et diuidāt diem ac noctē et sint in signa et tempora et dies et ānos vt luceant in firmamento celi/et illuminent terrā. Et factū est ita. Fecitq3 deus duo luminaria magna luminare maius vt preesset diei ⁊ luminare minus/ vt preesset nocti /et stellas. Et posuit eas in firmamento celi vt lucerent super terrā: et preessent diei ac nocti: et diuiderēt lucē ac tenebras. Et vidit deus qđ esset bonum: et factum est vespere et mane dies quartus. Dixit etiā deus. Producant aque reptile anime viuētis et volatile super terrā: sub firmamē to celi. Creauitq3 deus cete grandia et omnē animā viuentē atq3 motabilē: quā produxerāt aque in species suas et omne volatile secūdum genus suum. Et vidit deus q̄ esset bonū benedixitq3 eis dicens. Crescite et multiplicamini et replete aquas maris auesq3 multiplicētur super terrā. Et factū ē vespere et mane dies quintus. Dixit quoq3 deus. Producat terrā animā viuentē ī genere suo iumēta et reptilia et bestias ter-

secundum species suas. Factūqꝫ est
ita. Et fecit deus bestias terre iuxta
spēs suas iumenta et omne reptile
terre in genere suo. Et vidit deus ꝙ
esset bonum et ait Faciamus homi
nem ad imaginem et similitudinē
nostram et presit piscibus maris et
volatilibus celi: et bestiis vniuerse
qꝫ terre/omniqꝫ reptili quod moue
tur in terra. Et creauit deus homi-
nem ad imaginem et similitudinē
suā ad imaginē dei creauit illū ma
sculum ⁊ feminam creauit eos. Be
nedixitqꝫ illis deus et ait. Crescite
et multiplicamini et replete terrā ⁊
et subiicite eam et dominamini pi-
scibus maris et volatilibus celi: et
vniuersis animantibus que mouē
tur super terram. Dixitqꝫ deus. Ec
ce dedi vobis omnem herbam affe-
rentem semen super terram/et vni-
uersa ligna q̄ habent in semetipsis
sementem generis sui vt sint vobis
in escam et cunctis animātibus ter
re omniqꝫ volucri celi et vniuersis q̄
mouentur in terra et in quibus est
anima viuens vt habeant ad vescen
dum. Et factum est ita. Viditqꝫ deꝰ
cuncta que fecerat: et erant valde bo
na. Et factum ē vespere et mane di-
es sextus. Igitur perfecti sunt celi et
terra et omnis ornatus eorum Cō-
pleuitqꝫ deus die septimo opus su-
um quod fecerat ⁊ requieuit die sep
timo ab vniuerso opere quod patra
rat. Nota ꝙ in collectis sequentibꝰ
non dicit̄ Flectamus genua leuate
sed tantūmodo. Oremꝰ. Collec.

DEus qui mirabiliter creasti
hominem/et mirabilius re-
demisti/da nobis quesumus cōtra
oblectamenta peccati mentis ratio
ne persistere vt mereamur ad gau-
dia eterna peruenire. Per dominū
nostrum iesum christū filium tuū
qui tecum viuit et regnat ī vnitate
spiritus sancti deus: per omnia.

Lectio libri genesis vi.

NOe vero cum quingētorū es
set annorum: genuit sem chā
et iaphet. Cumqꝫ cepissēt homines
multiplicari super terram/et filias
procreassent videntes filii dei filias
hominum quod essēt pulchre: acce
perunt sibi vxores ex omnibꝰ quas
elegerant. Dixitqꝫ deus. Non pma
nebit spiritus meus in homine ī et-
num: quia caro est. Eruntqꝫ dies il
lius centum viginti annorum. Gi-
gantes autem erant super terram
in diebus illis Postq̄ enim ingressi
sūt filii dei ad filias hominum ille
qꝫ genuerunt isti sunt potentes a se
culo viri famosi. Videns autem de-
us quod multa malicia hominum
esset in terra et cuncta cogitatio cor
dis/ intenta esset ad malum omni
tempore: penituit eum quod homi
nem fecisset ī terra. Et p̄caués ī fu-
turum/et tactus dolore cordis intri
secus: delebo inquit hominem quē
creaui a facie terre: ab homine vsqꝫ
ad animantia: a reptili vsqꝫ ad vo-
lucres celi. Penitet enim me fecisse
eos. Dixitqꝫ dominus ad noe Finis
vniuerse carnis venit coram me Re
pleta est terra iniquitate a facie eo-
rum et ego disperdam eos cum ter
ra. Fac tibi arcam de lignis leuiga-
tis. Mansiunculas in arca facies:

et bitumine linies intrinsecus et extrinsecus: et sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit lõgitudo arce: quinquaginta cubitorum latitudo: et triginta cubitorum altitudo illius. Fenestram i arca facies: et in cubito consummabis sũmitatẽ ei9. Ostium autem arce pones in latere deorsum. Cenacula ꝛ tristega facies i ea. Ecce ego adducam aquas diluuii super terram/ vt iterficiam omnem carnem in qua spiritus vite est subter celum et vniuersa que i terra sunt consumentur. Ponamqꝫ fedus meum tecum: et ingredieris arcam tu et filii tui/ vxor tua/ et vxores filiorum tecum: et ex cũctis animantibus vniuerse carnis bina induces in arcam vt viuãt tecũ masculini sexus et feminini. De volucrib9 iuxta genus suum: et de iumentis i genere suo: et ex omni reptili tre secundum gen9 suum bina de omnibus ingredientur tecum vt possint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis que mãdi possũt: et cõportabis apud te/ et erunt tam tibi ꝙ illis in escam. Fecit igit noe omnia que preceperat illi deus. Eratqꝫ sexcentorum annorum quando diluuii aque inundauerunt super terram. Ruptiqꝫ sũt omnes fõtes abyssi magne: ꝛ cataracte celi apti sunt et facta est pluuia super terrã quadraginta diebus et quadragita noctibus. In articulo diei illius ingressus est noe/ et sem/ et cham/ ꝛ iaphet filii eius vxor illius et vxores filiorũ eius cum eis in arcam. ipsi et omẽ animal secundum genus suũ vniuersaqꝫ iumenta i genere suo: ꝛ omne quod mouetur super terram i genere suo: cunctumqꝫ volatile secundum genus suum. Porro arca ferebatur super aquas et aque preualuerũt nimis super terrã: opertiqꝫ sũt oẽs mõtes excelsi sub vniuerso celo. Quindeci cubitis altior fuit aqua super mõtes quos operuerat. Consumptaqꝫ ẽ omnis caro que mouebatur super terram: volucrum animantium bestiarũ omniumqꝫ reptilium que reptant super terrã. Remansit autem solus noe ꝛ qui cum eo erant in arca. Obtinuerũtqꝫ aq̃ terram centum quinquaginta diebus. Recordatus est autẽ dominus noe cunctorum qꝫ animantium et omnium iumentorum que erãt cũ eo in arca: adduxit spiritum sup terram: et iminute sunt aque: et clausi sunt fontes abyssi et cataracte celi et prohibite sũt pluuie de celo. Reuerseqꝫ sunt aque de terra eũtes ꝛ redeuntes: ꝛ ceperunt minui post centum quinquaginta dies. Cũqꝫ trãsissent quadraginta dies: aperiens noe fenestrã arce quã fecerat dimisit coruũ qui egrediebatur et non reuertebatur donec siccarentur aque super terram. Emisit quoqꝫ columbam post eum: vt videret si iam cessassent aque super faciẽ terre. Que cum nõ inuenisset vbi requiesceret pes eius. reuersa est ad eum in arcã Aque enim erant super vniuersam terram. Extenditqꝫ manum suam et apprehensam intulit in arcã. Expectatis autem vltra septem diebus aliis rursum dimisit columbam ex

arca. At illa venit ad eum ad vespe-
ram/portans ramum oliue virenti
bus foliis in ore suo. Intellexit ergo
noe quod cessassent aque sup terrā.
Expectauitqꝫ nichilomin⁹ septem
alios dies/⁊ emisit columbam/que
non est reuersa vltra ad eum. Locu-
tus est autem dominus ad noe di-
cens. Egredere de arca tu ⁊ vxor tua
filii tui et vxores filiorum tuorū te
cum: cuncta animantia q̄ sūt apud
te ex omni carne tam in volatilibus
q̄ in bestiis et vniuersis reptilibus
que reptant super terram educ tecū
et egredimini super terram. Cresci
te et multiplicamini sup eā. Egres-
sus est ergo noe ⁊ filii eius vxor illi⁹:
et vxores filiorū eius cū eo: sed et om
nia animantia: iumenta ⁊ reptilia
que reptant super terram secūdum
genus suum: egressa sunt de arca.
Edificauit autem noe altare domi
no: et tollens de cunctis pecoribus ⁊
volucribus mundis: obtulit olocau
sta super altare domino. Odoratus
qꝫ est dominus odorem: suauitatis
Oremus. Oratio.

DEus incommutabilis virtus
et lumē eternum respice pro-
picius: ad totius ecclesie tue mirabi
le sacramentum. et opus salutis hu
mane perpetue dispositionis effec-
tum/tranquillius operare: totus qꝫ
mundus experiatur/et videat deiec-
ta erigi inueterata renouari/ et per
ipsū redire omnia in integrū a quo
sumpsere principium Per dominū

Lectio libri genesis. xxii.

IN diebus illis. Tentauit deus
abraham: ⁊ dixit ad eum Abra
ham abraham At ille respondit Ad
sum. Ait illi. Tolle filium tuū vni
genitum quem diligis isaac: ⁊ vade
in terrā visionis: atqꝫ ibi offeres eū i
holocaustum: super vnum montiū
quem mōstrauero tibi Igitur abra
ham de nocte consurgēs/strauit asi
num suum/ducens secum duos iu-
uenes et isaac filium suum. Cūqꝫ
concidisset ligna ī holocaustū abiit
ad locum quē p̄ceperat ei deus Die
autem tercio eleuatis oculis/ vidit
locum procul/dixitqꝫ ad pueros su-
os. Expectate hic cum asino: ego et
puer illuc vsqꝫ pperātes. postq̄ ado
rauerimus/reuertemur ad vos Tu
lit quoqꝫ ligna olocausti et imposu
it super isaac filium suum. Ipse ve-
ro portabat in manibus ignē et gla
dium Cumqꝫ duo pergerent simul
dixit isaac patri suo Pater mi. At il
le respondit. Quid vis fili. Ecce in-
quit ignis et ligna vbi est victima
holocausti. Dixit autem abraham
Deus prouidebit sibi victimam olo
causti fili mi. Pergebant ergo pa-
riter et venerunt ad locum quem
ostenderat ei deus: in quo edificauit
altare et desuper ligna composuit
Cumqꝫ alligasset isaac filium suū
posuit eū in altare super struem li-
gnorum. Extenditqꝫ manum et ar
ripuit gladium vt immolaret filiū
suum. Et ecce āgelus domini de ce-
lo clamauit dicens. Abraham abra
ham. Qui respōdit. Adsum. Dixit
qꝫ ei. Non extendas manum tuam
super puerū: neqꝫ facias illi quicq̄.
Nunc cognoui quod timeas domi
num: ⁊ nō pepercisti vnigenito filio

tuo propter me. Leuauit abrahã o=culos suos viditqꝫ post tergum arie tem inter vepres herentem cornib⁹ Quem assumẽs: obtulit olocaustũ pro filio. Appellauitqꝫ nomen loci illius dominus videt Unde vsqꝫ ho=die dicitur in monte dominus vide bit. Vocauit autem angelus domi=ni abraham secundo de celo dicens per memetipsum iuraui dicit dñs quia fecisti hãc rem: et nõ pepercisti filio tuo vnigenito propt̃ me: bene=dicam tibi et multiplicabo semẽ tu um sicut stellas celi: et velut arenã q̃ est in littore maris. Possidebit se=men tuum portas inimicorum suo rum: et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre: quia obedisti vo ci mee. Reuersus ẽ abraham ad pu=eros suos: abierũtqꝫ bersabee simul et habitauit ibi. Oremus. Collec.

Deus fidelium pater summe qui in toto orbe terrarum ꝓ=missionis tue filios diffusa adopti=one multiplicas: et per paschale sa=cramentum abraham puerum tu=um vniuersarum sicut iurasti gen=tium efficis patrem: da populis di=gne ad gratiam tue vocationis itra re: Per dominum nostrum iesum cristum filium tuum qui tecum vi uit et regnat in vnitate spiritus san cti deus per omnia secula seculorũ.

Lectio libri exodi xiiii.

In diebus illis. Factum est in vigilia matutina: ⁊ ecce respi ciens dominus super castra egyp=tiorum per columnam ignis et nu bis/ interfecit exercitum eorum/ et subuertit rotas curruum ferebãtur qꝫ in profũdum. Dixerunt qꝫ egyp tii. Fugiamus israelem domin⁹ ei pugnat pro eis cõtra nos. Et ait do minus ad moysen. Extende manũ tuam super mare vt reuertãtur aq̃ ad egyptios super currus et equites eorum. Cumqꝫ extendisset moyses manum contra mare: reuersum est primo diluculo ad priorem locum. Fugientib⁹ qꝫ egyptiis occurrerũt aque: et inuoluit eos dominus i me diis fluctibus Reuerseqꝫ sunt aque ⁊ operuerunt currus et equites cun cti exercitus pharaonis qui sequen=tes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. Filii autẽ israel perrexerunt per medium sicci maris: et aque eis erant quasi pro muro a dextris et a sinistris Libera uitqꝫ dominus in die illo israel de manu egyptiorum: ⁊ viderunt egyp tios mortuos super litus maris/ et manum magnam quam exercue=rat dominus contra eos. Timuitqꝫ populus dominum: et crediderunt domino et moysi seruo eius. Tunc cecinit moyses et filii israel carmẽ hoc domino: et dixerũt. Tractus

Cantem⁹ domino gloriose eni ho=norificatus est: equum ⁊ ascensorẽ proiecit in mare/ adiutor et protector fac tus est michi in salutẽ. V. Hic deus meus et honorabo eum deus patris mei et exal tabo eum. V. Dominus conterens bella dominus nomen est illi. Oremus

Collecta.

Deus cuius antiqua miracu=la etiam nostris seculis cho=ruscare sentimus presta quesumus vt sicut priorẽ populũ ab egyptiis

liberasti hoc ad salutem gentium p aquas baptismatis operereris. Per dominum nostrum iesum christū filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorū amē.

Lectio isaie prophete liiii

Hec est hereditas seruorum domini: et iusticia eorum apud me dicit dominus. Omnes sitientes venite ad aquas: et qui non habetis argentum properate: emite et comedite. Venite emite absq; argento et absq; vlla cōmutatione vinum et lac. Quare appenditis argentum non in panibus: et laborem vestrum non in saturitate. Audite audientes me et comedite bonū: et delectabit i crassitudine anima vestra. Inclina te aurem vestram et venite ad me: audite et viuet anima vestra: et feriam vobiscum pactum sempiternū: misericordias dauid fideles. Ecce testē populis dedi eum ducem ac preceptorem gentibus. Ecce gentem quā nesciebas vocabis et gentes que nō cognouerūt te ad te currēt pp̄ter dominum deum tuum et sanctum israel: quia glorificauit te. Querite dominum dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius viam suam: et vir iniquus cogitationes suas/ et reuertatur ad dominum/ et miserebitur ei⁹ et ad deum nostrum quoniā multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes mee cogitationes vr̄e neq; vie vestre vie mee dicit domin⁹. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sūt vie mee a viis vestris et cogitatiōes mee a cogitationib⁹ vestris. Et quomodo descendit imber et nix de celo et illuc vltra non reuertitur. sed inebriat terram et infūdit eam/ et germinare eam facit/ et dat semen serenti: et panem comedenti: sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Dicit dominus omnipotens. Oremus. Collec

Omnipotens sempiterne deus multiplica in honorem nominis tui quod patrum fidei spopondisti/ et promissionis filios sacra adoptione dilata: vt quod priores sancti non dubitauerunt futurum: ecclesia tua magna iā ex parte cognoscat impletum. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen. Lectio baruch prophete. iii.

Hec dicit dominus. Audi israel mandata vite: auribus percipe vt scias prudentiam. Quid est israel quod in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena. coinquinatus es cum mortuis. Deputatus es cum descendentibus in infernū. Dereliquisti fontem sapientie. Nā si in via dei ambulasses: habitasses vtiq; in pace super terrā. Disce vbi sit prudentia/ vbi est fortitudo/ vbi est intellectus: vt scias simul vbi est longiturnitas vite et victus: vbi sit lumen oculorum et pax. Quis inuenit locum eius? Et quis intrauit in thesauros eius? Vbi sunt principes gentium et qui dominantur super bestias que sunt super terram? Qui

in auibus celi ludunt: qui argen- tum thesaurizant et aurum in quo confidunt homines: et non est finis acquisitionis eorum. Qui argentū fabricant et solliciti sunt: nec est in- uentio operum illorum. Extermi- nati sunt et ad inferos descenderūt: et alii loco eorum exurrexerunt. Iu uenes viderunt lumen: et habitaue runt super terram. Viā aũt discipline ignorauerunt: neq; intellexerunt se mitas eius: neq; filii eorum susceпе runt eam. A facie ipsorum lōge fac ta est. Non est audita in terra chana an neq; visa est i theman. Filii quo q; agar qui exquisierunt prudentiā que de terra est/ negociatores terre et theman/ et fabulatores et exquisito res prudentie et intelligentie: viam autem sapientie nescierunt neq; cō memorati sunt semitas eius. Dicit dominus/ omnipotens. Oremus

Collecta.

Deus qui ecclesiam tuam sem per gentium vocatione multi plicas: concede propicius: vt quos a qua baptismatis abluis: continua protectione tuearis. Per dominum nostrum iesum christum filium tu um qui tecum viuit et regnat i vni- tate spiritus sancti de⁹. Per omnia secula seculorum amen.

Lectio ezechielis pphete. xxxvii.

Et facta est super me manus domini: et eduxit me in spiri tu domini. Et dimisit me in medio campi qui erat plenus ossibus mor tuorum: et circumduxit me per ea in gyro. Erant autem multa valde super faciem campi: sicca quoq; ve- hementer. Et dixit ad me. Fili ho- minis putas ne viuēt ossa ista? Et dixi. Domine deus: tu nosti. Et di- xit ad me. Vaticinare de ossib⁹ istis. Et dices eis. Ossa arida: audite ver bum domini. Hec dicit dominus de us ossibus his. Ecce ego intromittā in vos spiritum et viuetis: et dabo su per vos neruos/ et succrescere faciā super vos carnes et superextendam in vobis cutem: et dabo vobis spiri- tum et viuetis et scietis quia ego do minus. Et prophetaui sicut precepe rat mihi. Factus est autem sonitus prophetante me: et ecce commotio. Et accesserunt ossa ad ossa: vnum quodq; ad iuncturam suam. Et vi- di: et ecce super ea nerui et carnes ascē derunt/ et extenta est in eis cutis de super et spiritum non habebāt. Et dixit ad me. Vaticinare ad spiritū. Vaticinare fili hominis: et dices ad spiritum. Hec dicit dominus deus. A quatuor ventis veni spiritus: et in suffla sup interfectos istos: et reuiui scant. Et prophetaui sicut precepe- rat mihi. Et ingressus est in ea spiri tus et reuixerunt/ steteruntq; super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hominis ossa hec vniuersa domus israel ē. Ip si dicunt. Aruerunt ossa nostra: et pe riit spes nostra: et abscisi sum⁹. Pro pterea vaticinare: et dices ad eos. Hec dicit dominus deus. Ecce ego aperi am tumulos vestros et educam vos de sepulchris vestris populus meus et inducam vos in terram israel. Et scietis quia ego dominus/ cum ape ruero sepulchra vestra: et eduxero

vos de tumulis vestris popule me-us/et dedero spiritum meum in vobis et vixeritis. Et requiescere vos faciam. Dicit dominus omnipotēs

Oremus Collecta

Deus qui nos ad celebrandum paschale sacramentum vtriusqz testamenti paginis imbuisti: da nobis intelligere misericordias tuas: vt ex perceptione psentium munerum/firma sit expectatio futurorum Per dominum nostrum iesū christum filium tuum qui tecū vivit et regnat in vnitate spiritus sācti deus Per omnia secula seculorū.

Lectio isaie prophete iiii.

In diebus illis. Apprehendent septem mulieres virum vnū/ in die illa dicentes. Panem nostrū comedemus et vestimentis nostris operiemur: tantummodo inocetur nomen tuum sup nos: aufer opprobrium nostrum. In die illa erit germen domini in magnificētia ꝛ gloria et fructus terre sublimis: et exultatio his qui saluati fuerint de israel. Et erit omnis qui relictus fuerit in syon: et residuꝰ in hierusalem sāctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in hierusalem. Si abluerit dominus sordem filiarum syon et sanguinem hierusalem lauerit de medio eius: in spiritu iudicii ꝛ spiritu ardoris. Et creauit dominus super omnem locum montis syon et vbi inuocatus est nubem per diē et fumum et splendorem ignis flāmantis in nocte. Super omnem eī gloriam protectio et tabernaculum erit ī vmbraculum diei ab estu: et ī securitatem et absconsionem/a turbine et a pluuia.

Tractus

Vinea facta ē dilecto ī cornu ī loco vberi. V. Et maceriam circundedi et circunfodi et plātaui vineam sorech et edificaui turrim in medio eius et torcular fodi in ea. V. Vinea enim domini sabaoth domus israel est. Oremus.

Collecta.

Deus qui in omnibus ecclesie tue filiis sanctorum prophetarum voce maīfestasti in omni loco dominationis tue: satorem te bonorum seminum: et electorum palmitum esse cultorem/tribue quesumus populis tuis/qui et vinearum apud te nomine censentur et segetum/vt spinarum ꝛ tribulorū squalore resecato/digni efficiantur fruge fecunda. Per dominum nostrū iesum cristum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus Per omnia secula seculorum amen.

Lectio libri exodi xii

In diebus illis. Dixit dominꝰ ad moysen et aaron in terra egypti: Mensis iste vobis principiū mensium primus erit ī mēsibꝰ āni Loquimini ad vniuersum cetum filiorum israel: et dicite eis. Decima die mensis huius tollat vnusquisqz agnum per familias et domos suas. Sin autem minor est numerus vt sufficere possit ad vescēdum agnum/et assumet vicinū suum qui coniunctus est domui sue iuxta numerum animarum/que sufficere possint ad esum agni. Erit autem agnus absqz macula masculus ag

niculus. Iuxta quem ritum tolletis et hedum: et seruabitis eū vsq₃ ad quartam decimā diem mensis hu-ius. Immolabitq₃ eum vniuersa multitudo filiorum israel ad vespe ram/ et sument de sanguine eius/ et ponent super vtrumq₃ postem et in subliminaribus domorum/ in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni: et azi-mos panes cum lactucis aggresti-bus. Nō comedetis ex eo crudū quid nec coctum aqua: sed assum tātū igni. Caput cum pedibus eius et intestinis vorabitis/ nec remanebit quicq̄ ex eo vsq₃ mane. Si quid resi duum fuerit: igne comburetis. Sic autē comedetis illū. Renes vestros accingetis/ ⁊ calciamēta habebitis in pedibus/ tenentes baculos in mani bus: et comedetis festinanter. Est enī phase: id est transitus domini.

Oremus. Collecta

Omnipotens sempiterne deus qui in omnium operum tuo-rum dispensatione mirabilis es: in telligant redempti tui non fuisse ex cellentius quod in initio factus est mūdus: q̄ quod in fine seculorum pascha nostrum immolatus est chri-stus. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amē. Le ctio Jone prophete iii

In diebus illis. Factum est ver bum domini ad ionam secun do dicens. Surge et vade in niniuē ciuitatem magnam/ et predica in ea p̄dicationem quam ego loquor ad te. Et surrexit ionas/ et abiit in niniuen iuxta verbum domini. Et niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cepit ionas intro ire ciuitatem itinere diei vnius/ et clamauit et dixit. Adhuc quadragi ta dies et niniue subuertetur. Et cre diderunt viri niniuite in domino: et predicauerunt ieiunium/ et vesti ti sunt saccis: a maiore vsq₃ ad mi-norem. Et peruenit verbum ad re-gem niniue. Et surrexit de solio suo et abiecit vestimentum a se/ et indu tus est sacco/ et sedit in cinere/ et cla mauit et dixit. In niniue ex ore re-gis et principum eius dicens. Homi nes et iumenta et boues et pecora non gustent quicq̄/ nec pascantur/ et aquam non bibent. Et operian-tur saccis homines/ et iumenta cla ment ad dominum in fortitudine/ et conuertatur vir a via sua mala: et ab iniquitate que est ī manibus eorum. Quis scit si conuertatur et ignoscat deus/ et reuertatur a fu-rore ire sue et non peribimus. Et vi dit deus opera eorum: quia conuer si sunt de via sua mala/ et misertus est populo suo dominus deus no-ster. Oremus. Collecta

Deus qui diuersitatem omni um gentium in confessione tui nominis adunasti: da nobis et velle et posse quod precipis: vt popu lo ad eternitatem vocato vna sit fi-des mentium et pietas actionum. Per dominum nostrum iesum cri-stum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum.

Lectio libri deuteronomii xxxi

IN diebus illis. Scripsit moyses canticum / et docuit filios israel / Precepitq; dominus iosue filio num et ait. Confortare et esto robustus. Tu enim introduces filios israel in terrā quā pollicitus sū et ego ero tecū. Postq̄ ergo scripsit moyses verba legis huius in volumine atq; compleuit / precepit leuitis qui portabāt arcā federis dñi dicens. Tollite librum istum et ponite eū i latere arce federis domini dei vestri: vt sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio contentionē tuam / et ceruicem tuam durissimā Adhuc viuente me et ingrediēte vobiscum semper contentiose egistis contra dominum / q̄tomagis cum mortuus fuero. Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras atq; doctores / et loquar audientibus eis sermones istos: et inuocabo contra eos celū et terram: Noui enim q̄ post mortem meam inique agetis / et declinabitis cito de via quam precepi vobis: et occurrēt vobis mala in extremo tempore / quando feceritis malum in conspectu domini vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. Locutus est ergo moyses audiente vniuerso cetu filiorum israel verba carminis huius / et ad finem vsq; compleuit

Tractus

ATtende celum et loquar: et audiat tra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquium meum et descendant sicut ros verba mea sicut imber super gramina ℣. Et sicut nix super fenum: quia nomen domini inuocabo. ℣. Date magnificentiam deo nostro deūs verax. opera eius et omnes vie eius iudicia. ℣. Deus fidelis in quo non est iniquitas: iustus et sanctꝰ dominus. Oremus. Collecta

DEus celsitudo humilium: et fortitudo rectorum / qui per sanctum moysen puerum tuum ita erudire populos tuos sacri carminis tui decantatione voluisti: vt illa legis iteratio fieret etiā nr̄a directio: excita in omnem iustificatarū gētium plenitudinem potentiam tuam: et da leticiam mitigādo terrorem / vt omnium peccatis tua remissione deletis: quod denuntiatū est i vltionem / transeat in salutem Per dominum nostrū iesum christum filiū tuū: q̄ tecū viuit ꝛ regnat in vnitate s. s. deus. p oīa. s. Amen

Lectio danielis prophete iiii

IN diebus illis. Nabuchodonosor rex fecit statuam auream; altitudine cubitorum sexaginta / latitudine cubitorum sex / ꝛ statuit eā in campo duran prouincie babylonis. Jtaq; nabuchodonosor rex misit ad congregandos satrapas magistratus ꝛ iudices duces et tyrānos optimates et p̄fectos omnesq; principes regionū vt cōuenirēt ad dedicationem statue: quam erexerat nabuchodonosor rex. Tunc congregati sunt satrape / magistratus / et iudices / duces / et tyranni / et optimates qui erant in potestatibus constituti / et vniuersi principes regionū vt conuenirēt ad dedicationem statue quā erexerat nabuchodonosor rex. Stabant autem in conspectu statue quam posuerat nabuchodo

nosor rex/ et preco clamabat valēter Vobis dicitur populis tribubus et liguis in hora qua audieritis sonitum tube et fistule/ et cithare: sambuce/ et psalterii/ et simphonie/ et vniuersi generis musicorum cadētes adorate statuam aureā quā cōstituit nabuchodonosor rex. Si q̄s autem non prostratus adorauerit/ eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Post hec igitur statim vt audierunt omnes populi sonitum tube fistule et cithare sambuce et psalterii simphonie et omnis generis musicorum cadentes/ omnes populi tribus et lingue adorauerunt statuam auream/ quam constituerat nabuchodonosor rex. Statimq; et in ipso tempore accesserunt viri chaldei/et accusauerunt iudeos Dixerūtq; regi. Rex ieternum viue. Tu rex posuisti decretū vt oīs homo qui audierit sonitum tube/ fistule/et cithare/sambuce/et psalterii:et simphonie:et vniuersi generis musicoꝝ pſternat se. et adoret statuā aureā. Et si quis non procidēs adorauerit: mittatur in caminum ignis ardentis. Sunt ergo viri iudei quos constituisti super opera regionis babylonie: sidrac misac et abdenago/ viri isti cōtempserunt rex decretum tuum. Deos tuos non colunt:et statuam auream quam erexisti non adorant. Tunc nabuchodonosor in furore et in ira p̄cepit vt adducerentur sidrac misac et abdenago. Qui confestim adducti sunt in conspectu regis. Quibus nabuchodonosor ait. Vere ne sidrac misac et abdenago deos meos non colitis:et statuam auream quam cōstitui non adoratis. Nunc ergo si estis parati quacunq; hora audieritis sonitum tube fistule/cithare/sābuce/et psalterii/et simphonie/ omnisq; generis musicorum/ prosternite vos et adorate statuā aureā quā feci: qd̄ si nō adoraueritis/eadē hora mittemini in fornacem ignis ardentis. Et quis est deus qui eripiat vos de manu mea? Respondentes sidrac misac et abdenago dixerunt regi nabuchodonosor. Non oportet nos de hac re respōdere tibi. Ecce enim de⁹ noster quem colimus potest eripere nos de camino ignis ardentis/ et de manibus tuis o rex liberare. Qd̄ si noluerit/notū tibi sit rex q̄a deos tuos non colim⁹ et statuā aureā quā erexisti nō adoram⁹ Tunc nabuchodonosor replet⁹ est furore/et aspectus faciei illius imutatus est super sidrac misac et abdenago. et precepit vt succenderet fornax septuplū q̄ꝫ succendi consueuerat/ et viris fortissimis de exercitu suo iussit. vt ligatis pedibus sidrac misac et abdenago mitterēt eos in fornacem ignis ardentis. Et confestim viri illi vincti cum brachiis suis et tbiaris et calciamentis et vestibus missi sunt ī medium fornacis ignis ardentis. Nam iussio regis vrgebat. Fornax autē succensa erat nimis. Porro viros illos qui miserant sidrac misac et abdenago interfecit flāma ignis. Viri autē hii tres idest sidrac misac et abdenago ceciderūt in medio camino ignis ardē-

tis colligati. Et ambulabāt in medio flāme/laudantes deū et benedicentes domino. Oremus. Collecta

Omnipotēs sēpiterne de⁹/spes vnica mūdi: q̇ ꝓphetaꝝ tuoꝝ p̄conio p̄sentiū temporū declarasti misteria/auge populi tui vota placatus: quia in nullo fideliū nisi ex tua inspiratione proueniūt quarūlibet incrementa virtutum. Per dominū nostrū iesum christum filiuз tuum qui tecū viuit et regnat i vnitate spiritus sancti deus. Per omia secula seculorum. Amen

Sicut ceruus Tractus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat aīa mea ad te deus ℣. Sitiuit anima mea ad deum fontē viuum: quādo veniam et apparebo ante faciem dei mei ℣. Fuerūt mihi lachrime mee panes die ac nocte/dum dicitur michi per singulos dies vbi est deus tuus. Ore⁹. Col.

Omnipotēs sēpiterne de⁹/respice ꝓpici⁹ ad deuotionē populi tui renascēti/q̇ sicut ceru⁹ aquaꝝ expetit fontē/et cōcede ꝓpici⁹. vt fidei ipsi⁹ sitis baptismatis misterio animā corpusq̧ sāctificet Per dominū nostrū iesū christū filiū tuū qui tecū viuit et regnat in vnitate spirit⁹ sācti deus. Per oīa s.s. His dictis cātat Letania que q̄dē cōtinuata vsq̧ ad ℣. Vt locum istum et omnes habitantes i eo visitare et cōsolari digneris. Te rogamus audi nos. Dicat missā celebratur⁹ supra fōtes





Clerus. Te rogamus audi nos


Et fita letania dicat sacerdos mediocri voce cãtãdo. Oremus Oratio ad fontes bene dicendos


Omnipotens sempiterne deus adesto magne pietatis tue mysteriis/adesto sacramentis et ad recreandos nouos populos/quos tibi fons baptismatis parturit/spiritum adoptiõis emitte/vt quod nostre humilitatis gerendum est misterio/tue virtutis impleatur effectu. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum/qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus. Prefatio

Per omnia secula seculorum. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gratias agamus dño deo nrõ. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est/ equum et salutare. Nos tibi semper et vbiqꝫ gratias agere. Domine sancte / pater omnipotens / eterne deus. Qui inuisibili potentia sacramentoꝝ tuorũ mirabiliter operaris effectũ / et licet nos tantis


mysteriis exequendis simus in=
digni / tu tamen gratie tue
dona non deserens / etiam ad
nostras preces aures tue pietatis
inclina. Deus cuius spiritus su
per aquas inter ipsa mundi pri=
mordia ferebatur / vt iam tunc
virtutem sanctificationis aqua
rum natura conciperet. Deus
qui nocentis mūdi crimina per
aquas abluens regeneratiōis spe
ciem inter ipsa diluuii effusione
signasti / vt vnius eiusdemqꝫ ele=
menti mysterio et finis esset vi=
ciis / et origo virtutibus. Respi=
ce domine in faciem ecclesie tue
et multiplica in ea regeneratiōes
tuas / qui gratie tue affluentis
impetu letificas ciuitatem tuā /
fontemqꝫ baptismatis aperis


toto orbe terrarum gentibus in-
nouadis Vt tue maiestatis im
perio sumat unigeniti tui grati-
am de spiritu sancto. Qui hanc
aquam regenerandis hominib9
preparatam/archana sui lumi-
nis ammixtione fecundet/ut san-
ctificatione concepta ab imma-
culato diuini fontis utero/in no
uā renatam creaturam progeni-
es/celestis emergat. Et quos
aut sexus in corpore/aut etas di-
scernit in tempore/omnes i unā
pariat gratia mater infantiam
Procul ergo hinc iubente te do-
mine omnis spiritus immun-
dus abscedat/ꝑcul tota neqcia
diabolice fraudis absistat Nichil
hic loci habeat ꝯtrarie virtutis am-
mixtio nō insidiādo circumuolet


non latendo subripiat/nec infi=
ciendo corrumpat Sit hec san=
cta et innocens creatura libera
ab omni impugnatoris incursu
et totius neqcie purgata discessu
Sit fons viuus / aqua regene=
rans/ vnda purificans. Ut om=
nes hoc lauachio salutifero dilu=
endi operante in eis spiritu
sancto purgationis perfecte
indulgentiam consequantur.
Unde ✠ bñdico te creatura aque
per ✠ deum viuum: per ✠ deum
verũ p deũ sc̃tũ/ qui te in pricipio
verbo separauit ab arida cuius spi
ritus super te ferebatur/ qui te de
paradiso manare fecit/ et in qua
tuor flumibus totã terrã ri
gare precepit.
Hic diuidat aqua scõm ī quattuor partes p modũ crucis
Qui te i deserto amarã suauitate

indita fecit esse potabilem: et
sitienti populo de petra pro-
duxit. Benedico ✠ te et per ie
sum christum filium eius
unicum dominum nostrum
qui te in chana galilee signo
ammirabili sua potencia con
uertit in vinum Qui pedibus
sup te ambulauit. et a iohanne
in iordane in te baptizatus est

Qui te vna cum sanguine de
latere suo produxit/ et discipu-
lis suis iussit vt credentes bapti
zarentur in te dicens Ite doce
te oēs gētes baptizātes eos ī ✠
nomine patris ✠ et filii. et ✠
Hic mutat vocē quasi legēdo et dicendo.
spiritus sācti
Hec nobis pcepta seruantib9 tu de
us omnipotēs clemēs adesto tu be
nignus aspirā. Ter dicit aspirādo super fontes ī modū crucis
Tu has simplices aquas tuo
ore benedicito vt preter natu-

ralem emundationem quam
lauandis possint adhibere cor
porib9/ sint etiã purificãdis mẽ
tib9 efficaces

Ad quẽlibet triũ
ꝟ ſeqntiũ depoñ
tur cere9 bñdict9
in aqua fõtium

Descendat domine in hanc
plenitudinem fõtis virtus spi
ritus tui. Descendat domine
in hanc plenitudinem fontis
virtus spiritus tui. Descendat
domine i hãc plenitudinẽ fõtis
virtus spiritus tui. Totamq3
huius aque substantiam rege
nerandi fecundet effectu. Hic
omnium peccatorum macule
deleantur: hic natura ad ima
ginem tuam cõdita/ et ad hono
rem sui reformata pũcipii cũc
tis vetustatis squalorib9 emũ
detur: vt omnis homo sacramẽ
tũ regeneratiõis igressus i vere



Hic distribuat aquam de fontibus parochianis et presẽtibus / Deinde accipiat crisma et fundat ĩ modum crucis in aquam fontium dicendo.
Fecundetur et sãctificetur fons iste per istam vnctionẽ et nostrã benedictionem in christo iesu dño nostro. vel sic Sanctificetur et fecundetur fons iste coniunctione crismatis et sanctificationis et aque baptismatis. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Ad missã. Kyrieleyson. &c. Gloria in excelsis deo Dum icipitur omnia cymbala sil pulsentur finito Glĩa in excelsis. vertat se sacerdos ad populum dicẽdo

Dominus vobiscum Et Oremus
Collecta:
Deus qui hanc sacratissimã noctẽ gloria dominice resurrectionis illustras conserua in nouã familie tue progeniẽ adoptionis spiritum quem dedisti vt mente et corpore renouati / purã tibi exhibeãt seruitutem Per. in vnitate eiusdẽ. Epl̃a legitur ad modũ epl̃e solitum Et cum titulo Ad colossenses iii.

Fratres. Si consurrexistis cũ christo / que sursum sunt querite: vbi christus est in dextera dei sedens / que sursum sunt sapite: nõ q̃ super terram. Mortui enim estis: et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Cum enim christ⁹ apparuerit vita vestra: tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Alleluia. ℣. Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculum mĩa ei⁹ Tract⁹

Laudate dominum omnes gentes et collaudate eum omnes populi ℣. Quoniam confirmata ẽ super nos misericordia eius: et veritas domini manet ĩ eternum. Scd̃m Matheũ. xxviii.

Vespere autem sabbati q̃ lucescit ĩ prima sabbati venit maria magdalene et altera maria videre sepulchrum. Et ecce terremotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de celo: et accedẽs reuoluit lapidem et sedebat sup eũ Erat ãt aspectus ei⁹ sicut fulgur: et vestimentum eius sicut nix. Pre timore autem eius exterriti sunt custodes: et facti sũt velut mortui. Respondẽs autem angelus domini dixit mulieribus. Nolite timere vos

Scio enim q iesum qui crucifixus est queritis. Non est hic. Surrexit enim: sicut dixit Venite & videte locum vbi positus erat domin9. Et cito eūtes/dicite discipulis ei9/q̇a surrexit: et ecce precedet vos in galileā. Ibi eum videbitis: ecce predixi vobis Non dicitur. Credo. Dominus vobiscum Dicitur et Oremus Offr. vacat Secreta.

Suscipe quesumus dn̄e preces populi tui cum oblationib9 hostiarum vt pascalib9 iniciata mysteriis/ ad eternitatis nobis medelam te operaute proficiant Per dominum nostrum. Prefatio

Te quidem omni tempore. Sanctus dicitur et Pax dn̄i sed pax non datur Agn9 dei et Cōio vacant. Eucaristia sūpta. Ad vespas sup ps̄ an

Alleluia alleluia alleluia. ps̄. Laudate dominum omnes gentes: An. Vespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati venit maria magdalene & altera maria videre sepulchrum. Alleluia ps̄. Magnificat. Postcōmunio.

Spiritum in nobis dn̄e tue caritatis infūde: vt quos sacramētis pascalibus saciasti: tua facias pietate concordes. Per dominū In vnitate eiusdem spiritus sancti deus. Ite missa est alleluia Alleluia

In die scō pasche ad missā Introit9



In die sancto pasche.

Resurrexi & adhuc tecum sum alleluia/ posuisti super me manum tuam alleluia mirabilis facta ē sciētia tua alleluia alleluia. ps̄. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā et resurrectionē meam. Oratio.

Deus qui hodierna die per vnigenitum tuū eternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti vota nostra que preueniendo aspiras: etiam adiuuando prosequere. Per eundem dominum nostrum.

Ad corinthios i.v.

Fratres. Expurgate vetus fermētū: vt sitis noua cōspersio/ sicut estis azimi Eteni pascha nr̄m imolat9 ē christus. Itaq3 epulemur nō i fermēto veti neq3 i fermēto ma

licie et nequicie. Sed in azimis sinceritatis: et veritatis. R. Hec dies quā fecit dominus exultemus et letemur i ea. V. Confitemini domino quoniam bonꝰ quoniā in seculū misericordia eiꝰ. Alleluia. V. Pascha nostrum immolatus est christus. V. Epulemur in azimis sinceritatis et veritatis. Prosa

Fulgens preclara rutilans per orbem hodie dies in qua christi lucida narrantur ouanter prelia De hoste superbo quem iesus triūphauit pulchre castra illius perimēs teterrima: Infelix culpa eue qua caruimus omnes vita. Felix ples marie qua epulamur modo vna. Bñdicta sit celsa regina illa. Generās regem spoliātem tartara / pollentē iā in ethera rex in eternū suscipe benignꝰ preconia nr̄a sedule tibi canētia. Patris sedens ad dexterā victor supata vbiq̄ morte atq̄ triūphata polorum possidens gaudia. O magna o celsa o pulchra clemētia christi dulciflua o alma. Laus tibi honorq̄ ac virtus qui nr̄am ātiquam leuiasti sarcinā. Roseo cruore agni benignissimi ēpta florida micat hec aula. Potenti v̄tute nr̄a q̄ lauit facinora tribuēs dōa fulgida Stupēs valde in memet iam miror hodierna. Tanta idignis pādere modo sacramēta. Stirpe dauitica ortus de tribu iuda leo potēs surrexisti i gloria agnꝰ visus es in terra. Fūdēs oliarua regna petēs supa iustis reddēs p̄mia i secula dignāter ouātia. Dic ipie zabule q̄d valet nunc fraus tua Igneis nexus loris a christi victoria Tribus lingue āmiramini q̄s audiuit talia miracula. Vt mors mortem sic superet rei perciperēt talem grām. Iudea incredula cur manes adhuc inuerecūda. Perspice christicolas qualiter leti canūt inclyta Redēptori carmina ergo pie rex criste nobis dās p̄camina solue nexorū vincula. Electorū agmina fac tecū resurgere ad beatā gloriā. Digna repēdēs merita. Paracliti scī cōsolationē piā. Expectamus secūdū p̄missionē tuā. Peracta ascēsionis sācta solēnia. Qua es regressus i celū nube tectus clara. Pollens laude et̄na Amen. Secundū Marcum xv.

In illo t. Maria magdalene et maria iacobi / et salome / emerunt aromata: vt veniētes vngerēt iesum. Et valde mane vna sabbatorū veniūt ad monumētū: orto iam sole Et dicebāt adiuicē. Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumēti: Et respiciētes vidērt reuolutū lapidē. Erat q̄ppe: magnꝰ valde. Et itroeūtes i monumētū: viderunt iuuenē sedētem in dextris cooptū stola candida: et obstupuerūt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Iesum q̄rit' nazarenū crucifixū. Surrexit: nō est hic. Ecce locus vbi posuerunt eū. Sed ite dicite discipulis eiꝰ et petro: quia p̄cedet vos i galileā. Ibi eū videbitis: sicut dixit vobis. Credo dicitur et singulis diebꝰ octauarum Offr. Terra tremuit et quieuit dū resurgeret in iudicio deꝰ alleluia. Secre.

Suscipe q̄s dn̄e preces populi tui cum oblatiōibus hostiarum: vt paschalibus iniciata mysteriis / ad eternitatis nobis medelam

te operãte pficiant. P. Prefatio
Te quidẽ oĩ tẽpore. infra Coicãtes
Et hãc igitur. Queere ante canonẽ.
Et nota q dicitur per totã octauam
Etiã si de btã maria: aut alio quo
cũqz scõ vel sancta missa celebretur.
Coio. Pasca nostrum imolatus est chri
stus alleluia: itaqz epulemur i azimis si
ceritatis et veritatis alleluia alleluia alla
Spiritum in nobis Postcõ:
dñe tue caritatis infunde: vt
quos sacramẽtis paschalibus sacia
sti / tua facias pietate cõcordes Per
dñm In vnitate eiusdem
Feria secũda Introitus
Introduxit vos dñs i terrã
fluẽtem lac ⁊ mel alla et vt
lex dñi sẽp sit i ore vrõ alla /
alla alla. Ps. Confitemini dño qm bo
nus qm in seculum mia eius Oratio
Deus qui solẽnitate paschali
mũdo rem edia cõtulisti: po
pulũ tuũ qs celesti dono prosequere
vt et perfectã libertatem conseq me
reatur / et ad vitã proficiat sẽpiternã
Per. Lectio actuũ aplorum x.
In diebus illis. Stans petrus
in medio plebis dixit. Viri fra
tres. Vos scitis qd factũ est verbũ p
vniuersã iudeã icipiẽs eni a galilea
post baptismũ quod pdicauit iohã
nes iesum a nazareth: quõ vnxit eũ
deus spiritu scõ et virtute / qui ptrã
siit bñfaciẽdo ⁊ sanãdo oẽs oppssos
a diabolo qm deus erat cũ illo Et nos
testes sumus oium q fecit i regione
iudeorũ et hierusalem quem occide
rũt suspẽdẽtes i ligno. Hũc deus susci
tauit tercia die / et dedit eum mani
festũ fieri nõ oĩ populo: sz testibus p
ordinatis a deo / nobis q mãducaui
mus et bibimus cũ illo: postq surre
xit a mortuis Et precepit nobis pre
dicare populo et testificari / qa ipse ẽ
q cõstitutus est a deo iudex viuorũ ⁊
mortuorũ. Huic oẽs pphete testimo
niũ perhibent remissionẽ peccatorũ
accipe p nomẽ eius: oẽs q credũt i eũ.
R. Hec dies quam fecit dñs exultemus et
letemur i ea. V. Dicat nunc israel qm bo
nus quoniam i seculum mia eius Alleluia
V. Angelus dñi descẽdit de celo et accedẽs
reuoluit lapidẽ et sedebat sup eũ. V. Res
põdẽs aũt angelus dixit mulieribus quẽ qu
tis: ille dixerũt iesũ nazarenũ. Prosa
Mane prima sabbati surgẽs dei
filius nr̃a spes et glia Victo re
ge sceleris rediit ab inferis cũ sũma
victoria. Cuius resurrectio omi ple
na gaudio cõsolat oĩa. Resurgẽtis
itaqz maria magdalene facta ẽ pre
nũcia. Ferẽs christi fratribus eius mor
te tristibus expectata gaudia. O bea
ti oculi quibus regẽ seculi morte iã
deposita prima ẽ ituita. Hec ẽ illa fe
mia cuius cũcta crimia ad christi vesti
gia eius lauit gra. Que dũ plorat et
mẽs orat facto clamat qd cor amat
iesũ sup oĩa Nõ ignorat quẽ adorat
qd precet sz delet qd mens timet cõ
scia. O maria mat pia stella maris
appellaris opũ p merita Matri xpi
coequata dũ fuisti sic vocata sz ho
nore subdita. Illa mũdi ipatrix ista
btã peccatrix leticie primordia fude
rũt i eccla Illa ei fuit porta p quã sa
lus ẽ exorta hec resurgẽt nũcia mũdũ
replet leticia. O maria magdalena
audi vota laude plena apud christũ
chorũ istũ clemẽt cõcilia. Vt fõs su

me pietas q̃ te lauit a peccatis seruos suos atq; tuos mundet data venia. Hoc det ei⁹ grā q̃ regnat p sc̄la Amē.

Secundum Lucam xxiiii.

In illo t. Duo ex discipulis iesu ibāt ipa die i castellū quod erat i spacio stadiorū sexaginta ab hierusalē noīe emaus: et ipsi loq̄bā tur adiuicē de his oībus que acciderāt. Et factū est dū fabularēt̃ ⁊ secū q̄rerēt: et ipse ies⁹ appropiquās ibat cū illis. Oculi aūt illorū tenebāt̃ ne eū agnoscerēt. Et ait ad illos. Qui sūt hi sermoēs quos cōfertis ad iuicē ābulātes: et estis tristes? Et respōdēs vn⁹ cui nomē cleophas: dixit ei. Tu sol⁹ pegrin⁹ es i hierusalē/ et nō cognouisti que facta sūt i illa his dieb⁹? q̇b⁹ ille dixit Que? Et dixerunt De iesu nazareno qui fuit vir pphe ta: potēs i ope et sermone/ corā deo et oī pplo. Et quō tradiderūt eū sūmi sacerdotes/ et pricipes nr̄i i dānatione mortis/ et crucifixerūt eū Nos aūt spabam⁹ q̇a ipse eēt redēpturus israel. Et nūc sup hec oīa tcia dies ē hodie q̄ hec facta sūt Sz ⁊ mulieres q̄dā ex nr̄is t̃ruerūt nos q̃ āte lucē fuerūt ad monumētū ⁊ nō iuēto corpe ei⁹ venerūt dicētes se etiā visionē āgelorū vidisse: q̇ dicūt eū viuere. Et abierūt q̇dā ex nr̄is ad monumētū et ita iuenerūt sicut mulieres dixerūt ipsū vo nō inuenerūt Et ipē dixit ad eos O stulti et tardi corde ad credendū: i oīb⁹ q̄ locuti sūt pphete. Nōne hec oportuit pati xp̄m ⁊ ita itrare i glãz suā? Et icipiēs a moyse ⁊ oīb⁹ pphetis iterp̄tabat̃ illis i oīb⁹ scripturis: q̄ de ipso erāt. Et appropīquauerūt castello quo ibāt: et ipse se finxit lōgius ire: Et coegerūt illum dicētes Mane nobiscū qm̄ aduespascit: et iclinata est iā dies. Et intrauit cū illis. Et factū est dum recumberet cū eis/ accepit panē et bn̄dixit ac fregit et porrigebat illis. Et apti sūt oculi eorū et cognouerūt eū: et ipse euanuit ab oculis eoꝝ. Et dixerūt ad inuicē. Nōne cor nostrū ardēs erat in nobis: dum loq̄ret̃ i via et aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sūt i hierusalem: ⁊ inuenerūt cōgregatos vndeci: et eos q̇ cū ipsis erāt dicētesq̄ surrexit dominus vere: ⁊ apparuit simoni. Et ipsi narrabāt que gesta erant i via: et quō cognouerūt eū i fractiōe panis. **Offꝛ.** Angelus dn̄i descēdit de celo et dixit mulieribus quē q̄ritis surrexit sicut dixit alleluia.

Secreta.

Suscipe dn̄e q̄s preces populi tui cum oblatioībus hostiaꝝ vt paschalibus iiciate mysteriis/ ad eṫnitatis nobis medelā: te opāte pficiāt Per. **Coio.** Surrexit dn̄s ⁊ apparuit petro alleluia

Postcoio.

Spiritum in nobis. **vt supra**

Feria tercia ad missā **Introitus**

Aqua sapientie potabit eos alleluia: firmabitur i illis et nō flectet̃ all'a/ et exaltabit eos i eternū all'a alleluia. **ps.** Confitemini dn̄o qm̄ bonus quoniam in seculū mia eius.

Oratio.

Deus qui ecclesiā tuā nouo sē per fetu multiplicas/ cōcede famulis tuis: vt sacramētū viuēdo teneant/ quod fide perceperunt Per

Lectio actuum apostoloꝝ. xiii

IN diebus illis. Surgēs paul⁹ et manu silētiū idicēs ait Viri frēs filii generis abrahā/et qui ī vobis timēt deū vobis verbū saluti huius missū est. Qui ei habitabāt hierusalē et pricipes ei⁹ ignorātes iesū & voces prophetarū: que p omē sabbatū legūt iudicātes impleuerūt. Et nullā causā mortis īueniētes in eo: petierūt a pilato vt īterficerēt eum: Cumqꝫ cōsūmassēt omia que de eo scripta erant: deponētes eū de ligno posuerūt eū in monumēto. De⁹ vero suscitauit eum a mortuis tertia die. Qui visus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de galilea in hierusalem: qui vsqꝫ nunc sunt testes eius ad plebem Et nos vobis annunciamus eam que ad pr̄es nostros repromissio facta ē: quoniam hanc deus adimpleuit filiis vestris: resuscitās iesū christū dominum nostrum ℟. Hec dies quā fecit dominus exultemus et letemur in ea. ℣. Dicat nunc domus aaron qm̄ bon⁹ qm̄ i seculum mia eius. Alleluia ℣. Surrexit dominus et occurrens mulierib⁹ ait auete tunc accesserunt et tenuerūt pedes eius. Prosa.

VIctime paschali laudes imolant christiani. Agn⁹ redemit oues christus innocens patri reconciliauit peccatores. Mors et vita duello cōflixere mirando dux vite mortuus regnat viu⁹. Dic nobis maria quid vidisti ī via. Sepulchrū christi viuentis et gloriam vidi resurgētis Angelicos testes sudarium et vestes Surrexit christus spes nostra precedet suos in galileam. Credendum est magis soli marie veraci q̄ iudeorum turbe fallaci. Scimus christū surrexisse a mortuis ve tu nobis victor rex miserere. Alleluia Secūdū Lucam. xxiiii.

IN illo tempore. Stetit iesus in medio discipulorum suorum: et dixit eis. Pax vobis. Ego sum nolite timere. Conturbati vero et conterriti: existimabāt se spiritum videre: Et dixit eis. Quid turbati estis et cogitationes ascendūt i corda vestra? Videte manus meas et pedes meos: quia ego ipse sum. Palpate et videte: quia spiritus carnem & ossa non habet: sicut me videtis habere. Et cū hec dixisset: ostēdit eis man⁹ et pedes. Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus pre gaudio: dixit. Habetis hic aliqd quod manducetur At illi obtulerūt ei partem piscis assi: et fauum mellis Et cum manducasset coram eis sumens reliquias dedit eis Et dixit ad eos. Hec sunt verba que locutus sum ad vos/cum adhuc essem vobiscum/quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi et pphetis & psalmis de me Tūc aperuit illis sensum: vt intelligerēt scripturas: & dixit eis. Qm̄ sic scriptū ē et sic oportebat christū pati: & resurgere a mortuis die tercia: et predicare ī nomine eius penitentiam et remissionē peccatorū: ī omnes gētes. Offertoriū. Intonuit de celo dominus et altissimus dedit vocem suā: et apparuerunt fontes aquarū allā: Secreta

SVscipe domine fideliū preces cum oblationibus ho

stiarum: vt per hec pie placationis officia ad celestē gloriā valeamus peruenire. Per dominum nostrū iesum christū filiū tuū qui tecū viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia s. s. Amen. Coio

Si consurrexistis cum christo: q̄ sursum sūt querite alleluia vbi christ⁹ ē i dextera dei sedēs q̄ sursū sūt sapite all'a. Postcō

Concede quesumus omnipotēs de⁹: vt paschalis perceptio sacramenti continua in nostris mētibus perseueret Per dominum nostrum iesum christū filium tuum/ qui tecum viuit et regnat in vnitate spūs sancti deus p oīa s. s. Amen

Feria quarta. Introitus

Venite benedicti patris mei percipite regnum alleluia: quod vobis paratum ē ab origine mundi all'a all'a all'a. ps

Confitemini domino quoniā bon⁹ quoniam in seculum misericordia ei⁹. Oīo

Deus qui nos resurrectionis dñice annua solēnitate letificas: concede propicius: vt per tēporalia festa que gerimus/ peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per eūdem dñm nrm iesū christū filiū tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. p oīa secula s. Am. Lectio actuū aplor̄. iii

In diebus illis. Aperiēs petr⁹ os suum dixit: Viri israhelite et qui timetis deum audite. Deus abrahā/ et deus isaac: ꝛ de⁹ iacob/ et deus patrum nostrorum glorificauit filium suum iesum: quem vos quidem tradidistis ꝛ negastis ante faciem pilati/ iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum et iustum negastis/ et petistis virū homicidā donari vobis. Auctorem vero vite interfecistis quem deus suscitauit a mortuis/ cuius nos testes sumus Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis: sicut et principes vestri. Deus autem qui prenunciauit per os omnium prophetarum pati christum suum: sic impleuit. Penitemini igitur et conuertimini: vt deleantur peccata vestra. R. Hec dies quam fecit dominus exultemus ꝛ letemur in ea. V. Dextera dñi fecit virtutē dextera dñi exaltauit me dextera dñi fecit virtutem. Alleluia. V. In die resurrectionis mee dicit dominus precedam vos in galileam. Alleluia. Prosa

Hic nobis quibus etheris noua. Cuncto mundo nunciās gaudia. Nostram rursus visitans patriā. Respicit deus placido vultu dulci voce: dixit alleluia. Angelus michi de christo indicauit pia miracula Resurrexisse dñm siderum cecinit voce laudanda. Mox ergo pennas volucris vacuas dirigis letas per auras. Redii famulis vt dicam vacuatam legem veterem et nouā regnare gratiā. Itaqꝫ plaudite famuli voce clara. Christ⁹ hodie nos redemit a morte dira Pater filium tradidit quem serui interimere pro salute nostra Sponte subiit filius mortē: vt nos redimeret morte ab eterna. Nunc requiem capere licet omnibus et frui vita ꝑpetua Nunc colite pariter mecū famuli celebri laude scm̄ pasca christus est pax nostra Alleluia Scdm. Johanē. xxi

IN illo tēpore. Maīfestauit se
iterū iesus discipulis suis ad
mare tyberiadis: manifestauit aūt
sic. Erāt aūt simul simō petrus et
thomas q̇ dicitur didim⁹/et natha-
nael qui erat a chana galilee: et filii
zebedei/ et alii ex discipulis ei⁹ duo
Dicit eis simō petrus: vado piscari
Dicūt ei. Venim⁹ ⁊ nos tecū. Et exi-
erunt et ascēderūt in nauim/et illa
nocte nichil prēdiderūt. Mane aūt
iam facto stetit iesus in littore/non
tñ cognouerūt discipuli quia iesus
est. Dicit ergo eis iesus. Pueri nun
q̇d pulmētariū habetis: Rñderunt
ei. Non. Dicit eis iesus. Mittite in
dexterā nauigii rete: et inuenietis
Miserūt ergo et iā nō valebāt illud
trahere pre mltitudīe pisciū. Dicit
ergo discipul⁹ ille quē diligebat ies⁹
petro. Dñs est. Simō petrus cū au
disset q̇a dñs est: tunica succinxit se
Erat enī nudus et misit se in mare
Alii aūt discipuli nauigio venerūt
Non enī lōge erant a terra: sed qua
si cubitis ducētis trahentes rete pi-
scium. Vt ergo descēderūt in terrā
viderunt prunas positas: et piscem
superpositū et panē. Dixit eis iesus
Afferte de piscibus: quos prendidi
stis nūc Ascēdit simō petrus et tra-
xit rete in terrā plenū magnis pisci
bus/centū quiquaginta tribus. Et
cū tanti essent nō est scissū rethe Di
xit eis iesus. Venite prādete. Et ne
mo audebat discūbētiū interroga-
re eū/ tu quis es/ scientes quia dñs
est. Et venit iesus et accepit panē et
dabat eis et piscē siliter. Hoc iā ter
cio manifestat⁹ ē iesus discipl'is su
is: cū resurrexisset a mortuis Offer
Portas celi apuit dñs/ et pluit illis mā
na vt ederent: panē celi dedit eis/panem
angelorum manducauit homo alleluia.

SAcrificia domi- Secreta.
ne paschalibus gaudiis imo
lamus/q̇bus ecclesia tua mirabiliť
et pascitur/ et nutritur. P do. Coio
Christus resurgens ex mortuis iā nō mo
ritur all'a mors illi vltra nō dñabiť all'a.

AB omni Postcoio
nos q̄s dñe vetustate purga-
tos/ sacramēti tui venerāda percep
tio, in nouā trāsferat creaturā. P

VIctricē Feria. v. Introit⁹
manū tuā dñe laudauerūt
pariter allā: quia sapiētia
aperuit os mutū. et liguas infātiū
fecit disertas all'a all'a. ps. Confite-
mini dño quoniā bonus: quoniā i seculū
misericordia eius. Oratio

DEus qui diuersitatem genti
um in confessione tui nomi
nis adunasti: da vt renatis fonte bap
tismatis vna sit fides mentium: et
pietas actionum. Per dominū nr̄z
iesū christū filiū tuū: qui tecū viuit
et regnat i vnitate s. s. deus. P oia. s. s.
Am. Lectio actuū apl'orꝝ. viii

IN diebus ill'. Angelus domi
ni locutus ē ad philippū dicē
Surge et vade cōtra meridianum
ad viā que descendit ab hierusalem
in gazam: hec est deserta. Et surgēs
abiit. Et ecce vir ethiops eunuchus
potens candacis regine ethiopum
qui erat super omnes gazas eius:
venerat adorare in hierusalem: et
reuertebatur sedens super currum
suum/legensqꝫ isaiam prophetam

Dixit aũt spũs philippo. Accede et adiũge te ad currũ istũ. Accurrens aũt philippus: audiuit eũ legētem isaiā ꝓphetā et dixit. Putas ne itel-ligis q̄ legis? Qui ait. Et quomō possũ/si aliq̇s nō oñderit mihi? Ro gauitq; philipũ vt ascēderet/ et sede ret secũ. Locꝰ aũt scripture quā lege bat erat hic. Tāq̄ ouis ad occisioē; ductus ē: et sicut agnꝰ corā tōdente se sine voce: sic nō apuit os suũ. In humilitate iudiciũ eius sublatũ est Generationē eiꝰ q̇s narrabit. Qm̄ tolleť de terra vita eius. Rñdens eu nuchꝰ philippo dixit. Obsecro te de quo ꝓpheta dicit hoc de se: an de ali quo alio. Apiens aũt philippus os suũ: et īcipiēs a scriptura ista euāge lizauit illi iesũ. Et dũ irēt ꝑ viā ve nerunt ad quādā aquā: et ait eunu chus Ecce aqua. Quis ꝓhibet me baptizari. Dixit aũt philippus. Si credis ex toto corde: licet. Et rñdēs ait. Credo dei filiũ esse iesũ. Et ius-sit stare currũ Et descēderũt vterq; in aquā: philippꝰ et eunuchꝰ: et bap tizauit eũ. Cũ aũt ascendissent de aqua spũs dñi rapuit philippũ: et āpliꝰ nō vidit eũ eunuchꝰ. Ibat aũt per viā suā gaudens: philipus aũt inuentus est in azoto. Et ptrāsiens euāgelizabat ciuitatibꝰ cũctis: donec veniret cesareā: p̄dicans nomē dñi nr̃i iesu christi ℟. Hec dies quā fecit do minus exultemꝰ et letemur in ea. ℣ Lapi dē quē reꝓbauerũt edificantes: hic factꝰ est in caput anguli: a dño factũ ē istud et est mirabile ī oculis nostris Alleluia. ℣ Mulier q̇d ploras: quē queris non ē hic sed surrexit.

Prosa

Prome casta concio cātica or-gana subnectēs hypoderica. Regi claustra dea tartarea rũpenti decātat nunc symphonia. Morte qua vita resurgens gaudia mũdo gestat colēda. At īsolita morantes predita cōcita confinia. Aspectant lumīa ītrante illo vita beata. Ter-rore percussa tremescit demonum plebs valida. Dant suspiria fletuũ alta repagula: quis sic audax frege rit mirātur tunc fortia. Hic ad supe ra redit cũ turma gloriosa/ et timi-da refouet discipulorũ corda. Precel sa huius trophea āmirātes flagita mus nũc voce decliua. Virginũ int agmīa mereamur p̄ciosa colere vt pascha. Galilea in qua sacrata pre fulgore cōtueri lucis ꝑ exordia. Am̄

Secundum iohannem. .xx

In illo tēpe. Maria stabat ad monumentũ: foris plorans. Dũ ergo fleret inclinauit se et ꝓspe xit ī monumētũ. Et vidit duos an gelos in albis sedētes: vnum ad ca-put et vnũ ad pedes: vbi positũ erat corpus iesu. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras. Dicit eis? Quia tule-runt dominũ meum/ et nescio vbi posuerunt eum Hec cum dixisset cō uersa est retrorsum/ et vidit iesũ stā tem/ ⁊ nō sciebat q̇a iesus est. Dicit ei iesus. Mulier quid ploras? Quē queris? Illa existimās quia ortola nꝰ esset dixit ei. Dñe si tu sustulisti eũ dicito michi vbi posuisti eum/ et ego eũ tollā. Dicit ei iesus. Maria Conuersa illa: dicit Raboni: quod dicitur magister. Dicit ei iesus. No li me tāgere Nōdũ eni ascēdi ad pa

trē meū. Uade autē ad fratres me=
os: et dic eis. Ascēdo ad patrē meū
et patrē vestrū/ deū meū et deū vrm
Uenit maria magdalene ānūciās
discipulis/ quia vidi dn̄m: et hec di=
xit michi. Offertoriū. In die solēni=
tatis vestre dixit dn̄s inducā vos in terrā
fluētem lac et mel alleluia. Secreta

S Uscipe dn̄e munera populo
rū tuorū propicius: vt in con
fessione tui nois et baptismate re=
nouati/ sēpiternā beatitudinē con
sequātur. Per dn̄m. Coio. Populus
acq̄sitionis ānūtiate virtutes eius allelu=
ia: qui vos de tenebris vocauit ad admi=
rabile lumē suū all'a. Postcoio

E Xaudi dn̄e p̄ces nostras vt re
dēptionis nostre sacrosācta
cōmertia/ et vite nobis cōferāt p̄sē=
tis auxiliū: et gaudia sēpit̄na con=
cilient. P dn̄m nr̄m. Feria sexta

E Duxit eos dn̄s in spe all'a:
et iimicos eorū operuit ma
re alleluia allā alleluia. Ps.
Attēdite popule meus legē meā: iclina
te aurē vestrā in verba oris mei. Coll'a

O Mnipotēs sēpiterne de⁹: qui
paschale sacramētū in recōci
liationis humane federe contulisti
da mētibus nr̄is/ vt qd̄ professione
celebramus imitemur effectu. Per
Lectio ep̄l'e beati petri ap̄li. i. iii

C Arissimi. Christus semel pro
peccatis nr̄is mortu⁹ ē: iust⁹
pro iiustis vt nos offerret deo/ mor=
tificatos q̄dē carne: viuificatos aūt
spū. In quo et his q̄ in carcere erāt
spiritu veniēs p̄dicauit/ q̄ increduli
fuerāt aliqn̄: qn̄ expectabāt dei pa=
tientiā i dieb⁹ noe cū fabricaret ar=
ca/ in qua pauci id ē octo aie salue
facte sūt p aquā. Qd̄ et vos nūc silis
forme saluos facit baptisma nō car
nis depositio sordiū s; ɔsciētie bone
interrogatio i deū p resurrectionē dn̄i
nr̄i iesu christi: q̄ est i dextera dei. R.
Hec dies quam fecit dominus exultemus
et letemur i ea. V. Benedictus q̄ venit in
noie dn̄i: deus dominus et illuxit nobis.
Alleluia. V. Crucifix⁹ surrexit a mortuis
redimit nos sāguine suo. adorem⁹ eū in
gl'a. Prosa ad deuotionem

L Ux illuxit dn̄ica lux insignis
lux vnica/ lux lucis et leticie
lux imortalis gl'e. Diē mūdi condi=
cio ɔmēdat ab iicio. Quā christi re=
surrectio/ ditauit priuilegio. In spe
p̄enis gaudii/ lucis exultēt filii. Uē
dicēt mēbra merito/ ɔformitatē capi
tis. Solēnis ē celebritas/ et vota sūt
solēnia. Prie diei dignitas/ p̄ria req̄
rit gaudia Solēnitatū gl'a paschal'
est victoria sub multis enigmatibus
diu p̄missa p̄trib⁹. Iā scisso velo pa=
tuit/ q̄ vet⁹ lex p̄cinuit. Figurā res
extīmiat/ et vmbrā lux illuiat. Quid
agn⁹ sine macula. qd̄ hed⁹ typi gesse
rit: nr̄a purgās piacl'a: messias no=
bis apuit p mortē nos idebitā sol=
uit a morte debita. Predā captās illi
citā p̄da priuat licita. Carnis delet
opprobria: caro pcti nescia/ die flo=
rēs t'cia: corda confirmat dubia. O
mors christi mirifica/ tu christo nos
viuifica. Mors morti non obnoxia
da nobis vite p̄mia. Am̄. S. mathe.

I N illo t. Undeci disci xxviii
pli abierūt in galileā i mōtē
vbi constituerat illis iesus. Et vidē
tes eū adorauerūt. Quidā aūt dubi

tauerũt. Et accedẽs iesus: locut⁹ est eis dicens. Data est michi oĩs potestas/in celo et in terra. Euntes ergo docete oẽs gẽtes/baptizãtes eos in nõie patris et filii et spiritus sãcti: docẽtes eos seruare oĩa quecũqꝫ mãdaui vobis. Et ecce ego vobiscũ sũ oĩbus diebus: vsqꝫ ad cõsũmationẽ seculi. Offertoriũ. Erit vobis hic dies memorialis alleluia: et diem festum celebrabitis solennẽ dño in ꝓgenies vestras legitimũ sẽpiternũ diẽ alleluia alla alla.

Hostias q̃sumus Secreta dñe placatus assume: quas et pro renatorũ expiatione peccati deferimus/et ꝑ acceleratione celestis auxilii. Per dominũ nr̃m. Coĩo. Data est michi omis potestas in celo et i terra alleluia: euntes docete oẽs gentes baptizãtes eos/in noie patris et filii ꝛ spiritus sancti alla alla. Postcoĩo.

Respice q̃sumus dñe populũ tuũ: et quẽ eternis dignat⁹ es renouare mysteriis: a tẽporalib⁹ culpis dignãter absolue. Per dominũ.

Sabbato. Introitus.

Eduxit domin⁹ populũ suum i exultatione alleluia: et electos suos i leticia alla alla. ps. Confitemi domino et inuocate nomẽ eius: annũtiate iter gẽtes opa eius.

Concede Oremus. Collecta. quesumus omnipotẽs deus: ut qui paschalia festa venerãdo egimus/pre hec contingere ad eterna gaudia mereamur. Per dominum.

Lectio eple beati petri apli. i. ii.

Carissimi deponẽtes oẽm malicia: et omnẽ dolũ et simulationes/et inuidias/et oẽs detractiones/sicut modo geniti infãtes rationabiles ꝛ sine dolo lac cõcupiscite: vt in eo crescatis in salutẽ: si tñ gustatis quoniã dulcis ẽ dñs: Ad quẽ accedẽtes lapidẽ viuum ab hoĩbus quidẽ reprobatũ: a deo autẽ electũ et honorificatũ. Et ipsi tanq̃ lapides viui superedificami domos spirituales in sacerdotiũ sãctũ/offerre spiritales hostias acceptabiles deo per iesũ christũ. Propter quod cõtinet scriptura. Ecce pono in syõ lapidẽ sũmum angularẽ probatũ electũ preciosũ/et qui crediderit in eũ nõ cõfũdet. Vobis igit honor credẽtibus: nõ credẽtibus autẽ lapis quẽ reprobauerũt edificãtes/hic factus est in caput ãguli. Et lapis offẽsionis: et petra scãdali/his qui offẽdũt verbo nec credũt in quo ꝛ positi sũt. Vos autẽ genus electũ regale sacerdotiũ/gẽs sãcta/populus acq̃sitiõis vt virtutes ãnũtietis eius qui de tenebris vos vocauit i admirabile lumẽ suũ. Qui aliq̃n nõ ppl's dei: nũc aũt ppl's dei/q̃ nõ ꝯsecuti miãꝫ/nũc aũt miãꝫ ꝯsecuti. R. Alla. V. Hec dies quã fecit dñs exultem⁹ ꝛ letemur i ea. Alleluia. V. Laudate pueri dñm: laudate nomẽ dñi. Prosa.

Stãs a lõge qui plurima perpetrarat facinora Atqꝫ sua reuoluẽs secũ crimina. Nolebat alta ꝯtẽplari celi sidera. Sed pectus tõdens hec promebat ore lachrimãs. Deus propici⁹ esto michi peccatori. Et mea omnia pius dele facinora. Hec voce benigna promeruit clemẽtia. Necnon ꝛ iustificatus venit domum suã. Cuius nos sacra sectã-

tis exempla dicamus deo. Deus be
nigne miserere laxans nobis debita
Et nos clemens iustifica. Alleluia
Secundum iohannem xx

IN illo tempore. Una sabbati
maria magdalene venit ma-
ne cum adhuc tenebre essent ad mo
numentū/ et vidit lapidem sublatū
a monumēto Cucurrit ergo et ve
nit ad simonem petrum et ad aliū
discipulum quē amabat iesus: et di
cit eis. Tulerunt dominum de mo
numēto. ⁊ nescimus vbi posuerunt
eum. Exiit ergo simon petrus et il
le alius discipulus: et venerunt ad
monumentum. Currebāt aūt duo
simul: et ille alius discipulus precu
currit citius petro: et venit primus
ad monumētū. Et cum se inclinas
set vidit linteamina posita: nō ta-
men introiuit. Venit ergo simō pe
trus sequens eū/ et introiuit in mo
numētum. Et vidit litheamina po-
sita et sudarium quod fuerat super
caput eius/ non cū linteaminibus
positū: sed separatī inuolutū ī vnū
locū. Tunc ergo introiuit et ille di-
scipulus qui venerat prim⁹ ad mo-
numētū: et vidit et credidit. Nondū
enim sciebāt scripturā/ quia opor-
tuit eū a mortuis resurgere. Offer
Benedictus qui venit in nomine domini
benediximus vobis de domo domini/ de⁹
dominus ⁊ illuxit nobis alleluia alleluia

COncede Secreta
quesumus domine sēper nos
per hec mysteria paschalia gratula
ri. vt continua nostre reparationis
operatio: perpetue nobis fiat causa
leticie. Per dominū nostrū. Co[m]ᵒ

Omnes qui in christo baptizati estis chri
stum induistis alleluia Postcō

REdemptionis nostre mune-
re vegetati: quesumus domi
ne: vt hoc perpetue salutis auxiliū
fides semper vera perficiat. P dñm
Dominica in octaua pasche: ordo
seruetur sicut in die pasche: excepta
prosa sequens. Prosa

ANgelica reboat symponia.
Alogiēs nimium letabūda
Rex sabaoth morte victa victor dñ
redit ad superna. Et captiuata ca-
terna felix penetrat poli āpla. Oc
currit palatinus grex timpanisans
all'a. Cherubin cet⁹ omnis plebs ac
hierosolymitana. Superna media
et ima applaudāt domino cōdita.
Vt nr̄a te christe concrepet a fabre
tynnula tympana. Placeantq tibi
q̄s famulo℞ cantica. Quatenus te
p̄pū videre mereamur ī ethera. Tu
nr̄a relaxās peccata. Vranica dona
cātica. Tollēs p secula cuncta all'a
Nota q̄ p̄fatio. Te q̄dē. Cōmunicā-
tes Et hāc igit̄ dici debēt singul die
b⁹ dñicis vsq ad ascēsionē dñi vt in
die pasche. Et his dieb⁹ ī cōmemo-
ratiōe resurrectionis dicit̄ De⁹ q̄ ho
dierna die p vnigenitū tuū eternitat
Aliis vero dieb⁹ a p̄dictis dicit̄. De⁹
qui p vnigenitū tuū eternitat̄ In ca
stino octa. pasche ad missā. Intro.

QVasi modo geniti īfantes al
leluia ratiōabiles sine dolo
lac ꝯcupiscite all'a all'a all'a
ps Exultate deo adiutori nostro/ iubila
te deo iacob Oremus. Collecta

PResta quesumus omnipotēs
deus: vt q̄ festa paschalia per

egimus / hec te largiente moribus et vita teneamus. Per dñm. Lectio epi stole beati iohānis apli. .i. v

Carissimi. Omne quod natū est ex deo: vincit mundū. Et hec est victoria que vincit mundū: fides nostra. Quis est autē qui vin cit mundū / nisi qui credit qm̄ iesus est filius dei. Hic est qui venit p aquā et sanguinē / iesus christus. Non in aqua solum / sed in aqua et sangui ne. Et spiritus est qui testificat' / qm̄ christus est veritas. Quia tres sunt qui testimoniū dant in celo. Pater / verbū / et spiritus sanctus / et hi tres vnū sunt. Et tres sunt qui testimo niū dant in terra / spiritus / aqua / et sanguis: et hi tres vnū sunt. Si te stimoniū hominū accipimus / testi moniū dei maius est. Quoniā hoc est testimonium dei quod mai9 est qm̄ testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei / habet testimo niū dei in se. R. Alleluia. V. Angelus domini descendit de celo et accedēs revol uit lapidem et sedebat super eum. V. Re spondens autē angelus dixit mulieribus quem queritis / ille dixerunt / iesum naza renum. Alleluia. V. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur / mors illi vltra non dominabitur. Secundū io hannem xx.

In illo tempe. Cū esset sero die illo vna sabbatorū et fores es sent clause vbi erāt discipuli congre gati propter metū iudeoꝝ: venit ie sus et stetit ī medio eorū / et dixit eis Pax vobis. Et cū hec dixisset / osten dit eis manus et latus. Gavisi sūt ergo discipuli: viso domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pat': et ego mitto vos. Hec cum dixisset insufflavit: et dixit eis Accipite spiritum sanctum. Quo rum remiseritis peccata remittun tur eis: et quorum retinueritis retē ta sunt. Thomas autē vnus ex du odecim qui dicitur didymus / nō erat cum eis quando venit iesus. Dixe runt ergo ei alii discipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Ni si videro in manibus eius fixuram clavorū / et mittam digitū meū in locum clavorum / et mittā manū meam in latus eius: non credā. Et post dies octo iterum erant discipu li ei9 intus: et thomas cū eis. Venit iesus ianuis clausis / et stetit in me dio / et dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitum tuum huc: et vide man9 meas: ɫ affer ma num tuam: et mitte in latus meū et noli esse incredul9 sed fidelis: Re spondit thomas et dixit. Domin9 meus et deus meus. Dixit ei iesus Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui non viderunt et credide runt. Multa quidem et alia signa fecit iesus in conspectu discipulo rum suorum: que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt vt credatis: quia iesus est christus fi lius dei / et vt credentes vitam ha beatis in noīe ei9: Offer. Angel9 dñi descēdit de celo ɫ dixit mulierib9 quē que ritis: surrexit sicut dixit all'a. Secreta

Suscipe munera domine q̄s exultantis eccl'e: et cui causā tanti gaudii prestitisti / perpetuum fructum concede leticie. Per dñm.

Coīo. Mittite manū vestram et cognoscite loca clauorum alleluia. et noli esse incredulus sed fidelis alleluia alla. Postcō

Q Uesumus domine deus noster/ vt sacro sancta mysteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: et presens nobis remedium esse facias/ et futurū. Per

Dominica prima post octauas pasche. Ad missam. Introitus

M Isericordia domini plena est terra alleluia: Vbo dei celi firmati sunt alleluia alleluia. ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Gl'a. Ore⁹. Col

D Eus qui in filii tui humilitate iacentem mundum erexisti. fidelib⁹ tuis ꝑpetuā ꝯcede leticiam/ vt quos perpetue mortis eripuisti casibus/ gaudiis facias sempiternis perfrui. Per eundem do.

Lectio ep'le beati petri ap'li i. ii c

C Arissimi. Christus passus est pro nobis/ vobis relinquens exemplum: vt sequamini vestigia eius/ qui peccatum non fecit/ nec inuētus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur non maledicebat. Cum pateretur: non cōminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniuste/ qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum vt peccatis mortui iusticie viuam⁹ cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes/ sed cōuersi estis nunc ad pastorem et episcopū animarum vestrarū. R. Alleluia. V. Surrexit dominus vere et apparuit petro. Alleluia. V. Ego sum pastor bon⁹/ et cognosco oues meas et cognoscūt me mee. Se

x

I N illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bon⁹ pastor aīam suā dat pro ouibus suis. Mercenarius autē et qui non est pastor cui⁹ nō sunt oues proprie videt lupū venientem et dimittit oues et fugit. Et lup⁹ rapit et dispergit oues. Mercenarius autem fugit quia mercenari⁹ est: non pertinet ad eum de ouibus. Ego sū pastor bonus: et cognosco meas et cognoscūt me mee. Sicut nouit me pater/ et ego agnosco patrē/ et animā meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo que nō sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere: et vocē meā audient. Et fiet vnū ouile: et vnus pastor. Offm.

Deus deus meus ad te de luce vigilo: et in nomine tuo leuabo manus meas all'.

B Enedictionem Secreta domine nobis conferat salutarem sacrosancta oblatio: vt quod agit mysterio: virtute ꝑficiat. Per dominū nr̄m. Coīo. Ego sum pastor bonus alleluia: et cognosco oues meas: et cognoscunt me mee: alleluia all'a.

P Resta nobis Postcoīo omnipotens deus: vt viuificationis tue gratiam consequētes in tuo semper munere gloriemur. Per dn̄m nr̄m. Feria quarta

Lectio actuum ap'lor. xiiii.

I N diebus illis. Diuisa est autem multitudo ciuitatis et quidam quidem erant cum iudeis quidam vero cum apostolis. Cū autē factus esset impetus gentilium et iudeorum cum principibus suis vt

contumeliis afficerent/et lapidarẽt eos: intelligentes confugerunt ad ciuitates lycaonie lystram / et derben/ et confines regiones/et ibi predicabant euangelium Et quidam vir lystris ĩfirmus pedibus sedebat claudus ex vtero matris sue: qui nunq̃ ambulauerat. Hic cũ audisset paulum loquentem credidit. Quem cũ intendisset paulus et vidisset quia habebat fidem vt saluus fieret: voce magna dixit Surge super pedes tuos rectus. Et exiliuit et ambulabat Turbe autem cum vidissent quod fecerat paulus: leuauerũt vocem suam lycaonice dicentes. Dii similes facti hominibus descẽderũt ad nos Et vocabant barnabam iouẽ paulum vero mercurium: quoniam ipse erat dux verbi. Sacerdos quoq̧ iouis qui erat ante ciuitatem tauros et coronas ante ianuas afferẽs cũ populis volebat sacrificare. Qđ vbi audierũt apostoli barnabas et paulus conscissis tunicis suis exilierunt in turbas: clamantes et dicentes. Viri qđ hec facitis? Et nos mortales sum⁹ similes vobis hoĩes ãnũciantes vobis ab his vanis conuerti ad deum viuum: qui fecit celum et terrã mare et omnia que in eis sũt.

Secundum Lucam. xxiiii.

In illo tempore. Vna sabbati valde diluculo venerũt ad monumentum portantes que parauerant aromata: et inuenerunt lapidem reuolutum a monumento. Et ingresse: non inuenerunt corpus domini iesu. Et factum est dum mente consternate essẽt de isto: ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem et declinarent vultum in terrã: dixerunt ad illas. Quid queritis: viuẽtem cũ mortuis? Nõ est hic/sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis: cum adhuc in galilea esset dicẽs Quia oportet filium hominis tradi in manus hominũ peccatorum: et crucifigi/et die tercia resurgere. Et recordate sunt verborum eius: et regresse a monumento nunciauerunt hec omnia illis vndecim: et ceteris omnibus.

Feria sexta.

Lectio actuum apostolorũ: xv.

In diebus illis. Surgẽs petr⁹: dixit. Vos scitis quoniã ab antiquis diebus deus in nobis elegit per os meũ audire gẽtes verbũ euãgelii et credere. Et qui nouit corda deus testimoniũ perhibuit dans illis spiritum sãctum sicut et nobis: et nichil discreuit iter nos et illos fide purificans corda eorũ: Nũc ergo qđ tẽtatis deũ ĩponere iugũ sup ceruices discipl'oꝝ: qđ neq̧ p̃res nr̃i neq̧ nos potuim⁹ portare Sed per graciam dñi iesu xp̃i credimus saluari queãdmodũ et illi. Tacuit autẽ oĩs multitudo: et audiebãt barnabam et paulum narrantes quanta deus fecisset signa et p̃digia in gentibus per eos.

Secundum Matheũ. ix.

In illo tp̃e: Accesserunt ad iesũ discipuli iohĩs: dicẽtes. Quare nos et pharisei ieiunam⁹ freq̃ẽter discipli aũt tui non ieiunãt? Et ait illis iesus. Nũquid possunt filii spõsi lugere: q̃diu cum illis est spõsus. Venient aũt dies cũ auferet̃ ab eis

sponsus:et tunc ieiunabũt. Nemo autem imittit cõmissurã panni rudis in vestimentũ vetus. Tollit eni plenitudinẽ eius a vestimento:et peior scissura fit. Neqꝫ mittũt vinum nouum:in vtres veteres. Alioquin rumpuntur vtres:et vinum effunditur:et vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt: et ambo conseruantur. Sabbato

Lectio actuum apostoloꝝ. xiii

In diebus illis. Sequenti vero sabbato pene vniuersa ciuitas conuenit audire verbũ dei. Videtes autem turbas iudei:repleti sunt zelo:et contradicebant his que a paulo dicebantur blasphemantes. Tũc constanter paulus et barnabas dixerunt. Vobis oportebat primum loqui verbum dei: sed quoniam repellitis illud/et indignos vos iudicatis eterne vite:ecce cõuertimur ad gentes. Sic eni nobis precepit dominus. Posui te in lucem gentiũ: vt sis in salutem vsqꝫ ad extremũ terre. Audientes autem gentes gauise sũt: et glorificabãt verbum domini Et crediderunt quotquot erãt preordinati ad vitam eternam. Disseminabat autẽ verbũ dñi per vniuersam regionẽ. Judei autẽ cõcitauerunt mulieres religiosas et honestas/et primos ciuitatis:et excitauerunt persecutionẽ in paulũ et barnabã:et eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedũ in eos venerunt iconiũ Discipuli quoqꝫ replebantur gaudio:et spũ sãcto. Scdm lucã. xiiii

In illo tpe Erat aũt maria magdalene et iohãna et maria iacobi:et cetere q̃ cũ eis erãt q̃ dicebãt ad aplos hec. Et visa sũt ãte illos sicut delirametũ verba ista:et nõ crediderunt illis. Petrus aũt surgẽs cucurrit ad monumentũ:et procũbẽs vidit lintheamina sola posita. Et abiit secũ mirans:quod factum fuerat

Dominica secunda. Introitus

Jubilate deo oĩs terra alleluia psalmũ dicite noĩ eius alleluia date gloriã laudi eius alla alla alla. Ps. Dicite deo q̃ terribilia sũt opera tua dñe:in multitudie virtutis tue mentiẽtur tibi inimici tui. Colle.

Deus qui errãtibus vt in viã possint redire iusticie veritatis tue lumẽ ostẽdis:da cũctis qui christiana professione cẽsentur et illa respuere que huic inimica sũt noĩ/et ea que sunt apta sectari. Per dñm

Lectio eple beati petri apli. i.ii

Charissimi. Obsecro vos tãq̃ aduenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis: que militant aduersus aĩam. Cõuersationẽ vestrã inter gentes habẽtes bonã:vt in eo quod detractãt de vobis tãq̃ de malefactoribus:ex bonis operibus vos cõsiderãtes:glorificent deũ in die visitatiõis. Subiecti estote oĩ humane creature: ppter deũ. Siue regi quasi precellẽti:siue ducibus tãq̃ ab eo missis ad vĩdictã malefactorum:laudẽ vero bonorũ. Quia sic ẽ volũtas dei/vt benefaciẽtes obmutescere faciatis ĩprudentiũ hominũ ignorãtiã. Quasi liberi et non quasi velamẽ habẽtes malicie libertatẽ: sed sicut serui dei Omẽs honorate: fraternitatẽ diligite. Deũ timete:re

gē honorificate. Serui subditi esto-te: in oī timore dn̄is. Non tantū bo-nis et modestis: sed etiā discolis. Hec est eni gratia In christo iesu: dn̄o no stro. ℞. Alleluia. ℣. In die resurrectio-nis mee dicit dn̄s precedā vos in galileā. Alla. ℣. Eduxit dn̄s populū suū in ex-ultatione et electos suos in leticia.

Secundū Johannem. xvi

In illo tp̄e: Dixit iesus discipu lis suis Modicū et iā nō videbi tis me et iterū modicū et videbitis me: quia vado ad patrē. Dixerūt er-go ex discipulis eius: ad inuicē. Quid est hoc qđ dicit nobis: modicū et nō videbitis me/ et iterū modicū ⁊ vide bitis me: quia vado ad patrē. Dice-bant ergo. Quid est hoc quod dicit modicū? Nescimus quid loquit̄. Co gnouit aūt iesus q2 volebāt eū inter rogare: et dixit eis. De hoc q̄ritis in-ter vos: quia dixi modicū et nō vide bit̄ me/ et iterū modicū et videbitis me. Amē amē dico vobis/ q2 plorabi tis et flebitis vos: mūdus aūt gaude bit vos aūt cōtristabimini: sed tristi cia vestra vertet̄ in gaudiū. Mulier cū parit tristiciā habet: q2 venit hora eius. Cum aūt peperit puerū iā nō meminit pressure ꝓpter gaudiū: q2 natus est homo in mūdū Et vos igi tur nūc quidē tristiciā habetis. Iterꝝ aūt videbo vos et gaudebit cor vestrꝝ et gaudiū vr̄m: nemo tollet a vobis. Offer. Lauda aīa mea dn̄m laudabo do minū in vita mea psallam deo meo q̄diu ero alleluia. Secreta

His nobis dn̄e mysteriis cōfera tur: quo terrena desideria mi tigātes discam⁹ amare celestia. Per

đ. Cōio. Modicū et nō videbitis me alla iterū modicum et videbitis me quia vado ad patrē alleluia alleluia. Postcō.

Sacramēta q̄ sūpsim⁹ dn̄e q̄s: et sp̄ualibus nos istruant ali mentis/ et corporalibus tueant̄ auxi liis. P. Feria .ii. Lcō ep̄le b. pe. ap̄li .i.

Charissimi Succīcti lūbos mē tis vr̄e sobrii perfecti sperate ī eā q̄ offert̄ vobis grā3 ī reuelatione iesu xp̄i quasi filii obediētie: nō con figurati prioribus ignorantie vestre desideriis sed secūdū eū qui vocauit vos sc̄tū/ vt ⁊ ipsi in oī cōuersatiōe sancti sitis: qm̄ scriptū est. Sancti eritis: quoniā ego sanctus sum. Et si patrē inuocatis eū qui sine acceptiōe personaꝝ iudicat: secundū vniuscu-iusq3 opus in timore icolatus vestri tēpore cōuersamini. Sciētes q2 non corruptibilibus auro vel argēto re-dēpti estis de vana vr̄a cōuersatione paterne traditiōis: sed precioso san-guine quasi agni imaculati christi et icōtaminati: precogniti quidē an te mūdi constitutionē: manifestati autē nouissimis tēporib⁹ ꝓpter vos: q̄ per ip̄m fideles estis ī deo q̄ susci-tauit eum a mortuis: et dedit ei glo riā: vt fides vr̄a: et spes esset in deo

Secundum iohānē. .iii.

In illo tp̄e Erat homo ex phari seis nicodem⁹ noīe p̄riceps iude orū Hic venit ad iesū nocte: et dixit ei Rabbi: scimus q2 a deo venisti ma-gister. Nemo eni potest hec signa fa cere q̄ tu facis: nisi fuerit deus cū eo Respōdit iesus: et dixit ei Amē amē dico tibi: nisi q̄s renatus fuerit de-nuo: nō potest videre regnū dei. Di

xit ad eũ nicodemus. Quõ potest ho
mo nasci cũ sit senex? Nũqd potest
in ventrẽ matris sue iterato introi-
re et renasci? Respõdit iesus. Amen
amẽ dico tibi/nisi quis renatus fue
rit ex aqua et spiritu sancto non po
test introire in regnũ dei. Quod na
tũ ẽ ex carne caro est. Et quod natũ
ẽ ex spiritu/spiritus est. Non mire-
ris qꝛ dixi tibi: oportet vos nasci de-
nuo. Spũs vbi vult spirat: et vocem
ei9 audis sed nescis vnde veniat aut
quo vadat. Sic est oĩs qui nat9 est ex
spiritu: Respõdit nicodem9: et dixit
ei. Quõ possũt hec fieri? Respõdit ie
sus: et dixit ei. Tu es magister ĩ isra
el et hec ignoras? Amẽ amẽ dico ti-
bi qꝛ qđ scimus loqͥmur/et quod vi-
dimus testamur: ⁊ testimoniũ nr̃m
nõ accipitis. Si terrena dixi vobis ⁊
nõ creditis: quõ si dixero vobis cele-
stia credetis? Et nemo ascẽdit in ce-
lũ nisi qui descẽdit de celo: fili9 hoĩs
qui est in celo. Et sicut moyses exal
tauit serpentẽ in deserto: ita exalta-
ri oportet filiũ hoĩs: vt oĩs qui credit
in ip̃o nõ pereat: sed habeat vitã eter
nã. Feria. iiii. Lcõ eple be. pe. apli. i. i.

Fratres. Aĩas vr̃as castificate ĩ obedĩctia charitatis in frater-nitatis amore/simplici ex corde inui-cẽ diligite attẽtius: renati nõ ex seie corruptibili: sed ĩcorruptibili per ver-bũ dei viui et pmanẽtis in eternum qꝛ oĩs caro vt fenũ: et oĩs glꝛa eius tã q̃ flos feni. Exaruit fenũ et flos ei9 decidit: verbum autẽ dñi manet in eternũ. Secundũ iohãnẽ. iii.

In illo tp̃e. Facta est q̃stio ex di-scipulis iohĩs cũ iudeis: de pu-rificatiõe. Et venerũt ad iohannẽ et dixerũt ei. Rabbi qui erat tecũ trans iordanẽ cui tu testimoniũ phibuisti ecce hic baptizat: et oẽs veniũt ad eũ. Rñdit iohẽs ⁊ dixit. Nõ potest homo accipere quicq̃: nisi fuerit ei datũ de celo. Ipsi vos michi testioniũ phibe-tis q̃ dixerĩ nõ sũ ego xp̃s: sed quia missus sũ ante illũ. Qui habet spõ-sã sponsus est amicus aũt spõsi qui stat et audit eũ: gaudio gaudet ppt vocẽ sponsi. Hoc ergo gaudiũ meũ: impletũ est. Illũ oportet crescere: me aũt minui. Qui desursũ venit: sup oẽs est. Qui est de terra/de terra est/ et de terra loquit̃ qui de celo venit su per oẽs ẽ. Et quod vidit et audiuit/ hoc testatur: et testimoniũ eius ne-mo accipit. Qui aũt acceperit eius testimoniũ signauit qꝛ de9 verax est. Quẽ eni misit deus: verba dei loqͭ. Nõ eni ad mẽsurã dat deus spiritũ. Pater diligit filiũ: et oĩa dedit ĩ ma nu eius. Qui credit in filiũ: habet vi tã eternã. Qui aũt ĩcredulus ẽ filio/ nõ videbit vitã: sed ira dei manet su p eũ. Feria. vi. Lcõ actuũ aploꝝ. iii.

Fratres. Veniẽt tẽpora refrige-rii vobis a facie dñi: et mittet predestinatũ filiũ suũ vobis iesum christũ: quẽ oportet celũ suscipere vs q; ad restitutionẽ tẽpoꝝ oĩm que lo cutus est deus per os sãctoꝝ ppheta rũ. Moyses q̃dẽ dixit ad pr̃es nr̃os: qꝛ pphetã vobis suscitabit dñs de9 de fratribus vr̃is tanq̃ meip̃m audi etis per oĩa q̃cũq; loquet̃ vobis. Erit aũt oĩs aĩa que nõ audierit pphetã illũ/extermĩabit̃ de plebe. Et oẽs p-phete a samuel et deinceps/q̃ locuti

sũt:ãnũciauerũt dies istos. Vos estis filii pphetarũ/et testamẽti:quod disposuit deus ad pres vestros dicẽs ad abrahã. Et in seie tuo benedicentur oẽs gentes terre. Vobis primũ deus resuscitãs filiũ suũ misit benedicentẽ vobis:vt conuertat se vnusquisqꝫ vestrũ a neqcia sua. Se.iohẽm.xii.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Ego lux in mundũ veni:vt omis qui credit in me in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea et nõ custodierit: ego non iudico eũ. Non eni veni vt iudicem mundũ:sed vt saluificem mundũ. Qui spernit me et nõ accipit verba mea:habet qui iudicet eum Sermo quẽ locutus sũ:ille iudicabit eũ in nouissimo die Quia ego ex meipso non sũ locutus:sed qui misit me pater ipse michi mãdatũ dedit quid dicã aut quid loquar. Et scio qꝛ mãdatũ eius:vita eterna est. Que ergo ego loquor: sicut dixit michi pater sic loquor.

Sabbato

Lectio actuum apostolorũ.xiiii.

In diebus illis. Judei autẽ qui nõ credebãt suscitauerũt persecutionẽ:et ad iracũdiã cõcitauerunt animas gẽtium aduersus fratres: dñs aũt dedit cito pacẽ. Et cũ multo tẽpore ibi demorati fuissẽt et confidẽtes egissẽt i dño testimoniũ reddẽte verbo gratie sue dãte signa et pdigia fieri per manus eoꝝ. Diuisa est aũt multitudo tota ciuitatis. Et quidã qdẽ erant cũ iudeis: quidã vero cũ aplis. Cũqꝫ ipetũ fecissẽt gẽtiles et iudei cũ pricipibus suis vt iniuriã illis facerẽt/et lapidarẽt eos:intellexerunt et fugerũt in ciuitates lycaonie lystrã ꝛ derbẽ: et confines regionis. Ibiqꝫ predicauerunt euãgeliũ

Secundum Johannem. vi

In illo tpe. Loquẽte iesu i synagoga sabbato in capharnaum multi audiẽtes ex discipulis eius dixerunt. Durus est hic sermo. Et qs potest eũ audire? Sciens autẽ iesus apud semetipsũ quia murmurarẽt de hoc discipli eius:dixit eis. Hoc vos scãdalizat. Si ergo videritis filium hois ascendentẽ vbi erat prius. Spiritus est qui viuificat:caro nõ pdest quicqꝫ. Verba que ego locutus sum vobis:spiritus et vita sunt. Sed sũt quidã ex vobis:qui nõ credũt. Sciebat eni ab inicio iesus qui essent credentes:et qs traditurus esset eũ. Et dicebat. Propterea dixi vobis: quia nemo potest venire ad me/ nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc ergo multi discipuloꝝ eius abierunt retro:et iã nõ cum illo ambulabãt. Dixit ergo iesus ad duodecim. Nũquid et vos vultis abire? Respondit ergo ei simõ petrus. Dñe: ad quem ibimus? Verba vite eterne habes Et nos credimus ꝛ cognouimus: quia tu es christus fili9 dei. Dñica tercia.

Cantate dño cãticũ nouum allã qꝛ mirabilia fecit dñs allã ante cõspectũ gẽtiũ reuelauit iusticiã suã allã allã. ps. Saluauit sibi dextera eius:et brachium sanctum eius. Gloria patri. Collecta

Deus q̃ fideliũ mentes vnius efficis voluntatis:da populis tuis id amare quod precipis/id desiderare quod pmittis: vt inter mũda

nas varietates: ibi nostra fixa sint corda/ vbi vera sunt gaudia. Per do

Lcõ ep̄le beati Jacobi ap̄li. .i.

Charissimi: Omne datũ optimũ et om̄e donũ perfectũ desursũ est descẽdens a patre luminũ: apud quẽ nõ est trãsmutatio: nec vicissitudinis obũbratio. Voluntarie enĩ genuit nos verbo veritatis: vt simus iniciũ aliquod creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi Sit autẽ om̄is homo velox ad audiẽdũ/ tardus aũt ad loquendũ: et tardus ad iram. Jra enĩ viri: iusticiã dei nõ operatur. Propter quod abiicientes oẽm imundiciã et abundantiã malicie: in mansuetudine suscipite insitũ verbũ: quod potest saluare aĩas vestras. Allã. V. Surrexit altissimus de sepulchro qui pro nobis pependit in ligno. Allã. V. Crucifixus surrexit a mortuis redemit nos sanguine suo adoremus eũ in glã. Scd̃m Johãnẽ. xvi

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis Vado ad eũ q̃ me misit et nemo ex vobis iterrogat me quo vadis. Sed quia hec locutus sũ vobis: tristicia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatẽ dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Si enĩ nõ abiero paraclitus nõ veniet ad vos. Si aũt abiero: mittam eũ ad vos Et cũ venerit ille arguet mundũ de peccato/ et de iusticia et de iudicio De peccato quidẽ: quia nõ crediderũt i me. De iusticia vero quia ad patrẽ vado et iã nõ videbitis me De iudicio autẽ: quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nõ potestis portare modo. Cũ aũt venerit ille spiritꝰ veritatis: docebit vos oẽm veritatẽ Nõ enĩ loquet a semetipso: sed quecunq̄ audiet loquetur/ et que ventura sunt annũciabit vobis. Jlle me clarificabit: quia de meo accipiet: ⁊ añũciabit vobis. Offr̄. Jubilate deo vniuersa terra iubilate deo vniuersa tra psalmũ dicite nomini eius venite audite et narrabo vobis om̄es qui timetis deũ quãta fecit dñs aĩe mee allã. Secreta

Deus qui nos per huius sacrificii venerãda cõmertia vniꝰ sũme diuinitatis participes esse fecisti/ presta q̄s: vt sicut tuã cognoscimus veritatẽ sic eã dignis moribus assequamur. P do. Coĩo. Cũ venerit paraclitus spiritus veritatis ille arguet mundũ de peccato et de iusticia et de iudicio alleluia alleluia. Postcoĩo.

Adesto nobis dñe deus noster: vt per hec que fideliter sũpsimus: et purgemur a viciis/ et a periculis oĩbus exuamur. Per do. Feria iiii. Lectio actuũ ap̄loꝝ. xiiii.

In dieb⁹ ill'. Philipp⁹ descēdēs i ciuitatē samarie: p̄dicabat illis christū Intēdebāt autē turbe his q̄ a philippo dicebāt̄ vnanimit audiētes ⁊ vidētes signa q̄ faciebat. Multi eni eoꝝ q̄ habebāt sp̄us immundos clamātes voce magna exibāt. Multi aūt paralitici ⁊ claudi: curati sūt Factū ē āt magnū gaudiū: i ciuitate illa Alleluia V. Emitte spiritū tuum et creabūtur et renouabis faciē terre Alleluia. V. Paraclitus spiritus sanctus quē mittet pater i nomine meo ille vos docebit omnem veritatem Prosa

Almiphona iā gaudia celi rutilāt per climata. Alogiēt cūcta bona pneumatis afflata sacri flāma Replēt̄ hodie quis pioꝝ a fabre corda pura Renouāt̄ nāq̄ festalia typicalia dudū i signa moysi cōsignata. O btā ⁊ vera gaudia hō cū celsa petit de⁹ et ima i ignis forma Pace nāq̄ hodie i vera sūt copulata duo aīalia superna ima Theologa rithmata cōcrepet vtri⁹q̄ dyapason va. Cherubi etherea seraphi atq̄ iūcta igniconia turma Tuba iubilea tympanizet rupta vicula/ p̄ri⁹ vbi gehennam detinebant q̄ nexā diagmam Nūc vos michael satrapa gabriel vera p̄lare dās nūcia. Nos terrigenas vernulas ferte i vr̄as pollitas officinas. Nūc ergo cūcta supna iūncta phalāga bn̄dic sācti p̄remia voce sonora. Cui⁹ et munere cōpta testula rubra redipēdat va symbola i armonia. Esse vltima vel partic'la mereamur eius in aula. Amē oīa subiungant piū mēte pura iā nūc redēpta Rite canētes allā. Secundū Lucā ix

IN illo t. Conuocatis iesus duodeci apostolis: dedit illis virtutē ꝛ ptātē sup oia demoia ꝛ vt lāguores curarēt Et misit illos pdicare regnū dei: ꝛ sanare ifirmos: ꝛ ait ad illos Nichil tuleritis i via / neqꝫ vgā / neqꝫ perā: neqꝫ panē / neqꝫ pecuniā: neqꝫ duas tuicas habeatis. Et in q̄cūqꝫ domū itraueritis: ibi manete / et inde ne exeatis Et q̄cūqꝫ nō receperit vos: exeūtes de ciuitate illa etiā pulverē pedū vroꝝ excutite i testioniū supra illos. Egressi aūt circuibant per castella / euāgelizātes et curātes vbiqꝫ. Offertoriū. Cōfirma hoc deus qd operat9es in nobis a tēplo tuo qd ē in hirlm: tibi offerēt reges munera alleluia

Secreta

PRopici9 q̄s dne hec dona sāctifica. ꝛ hostie spiritalis oblatione suscepta / nosmet ipsos tibi pfice mun9 etnū. P. Coio

Factus ē repēte de celo son9 aduenientis spūs vehemētis vbi erāt sedētes alla / et repleti sūt oēs spū sancto loquētes magnalia dei alla alla. Postcoio

PResta q̄s dne vt a nris mētib9 carnales amoueat spūs sanctus affect9: et spiritalia nobis dōa potēter infūdat. Per do. In vnitate eiusdē. Feria sexta. Introitus

REpleatur os meum laude tua alleluia / vt possim cātare alleluia: gaudebunt labia mea dū cantauero tibi alleluia alla. ps. In te domine speraui non confundar in eternum / in iusticia tua libera me et eripe me. Collecta

DA q̄s ecclesie tue misericors deus. vt spiritu sancto cōgregata hostili nullatenus incursiōe turbetur. Per dominū. In vnitate

Lectio actuum apostolorum. ii. c.

IN diebus ill. Aperiēs petrus os suum dixit. Viri israhelite audite verba hec. Jesū nazarenū virum approbatū a deo in vobis virtutibus et prodigiis ꝛ signis que fecit deus per illū i medio vestri sicut scitis / hunc definito consilio et presciētia dei traditum per manus iniquorum affigentes interemistis. Quē deus suscitauit solutis doloribus inferni / iuxta quod ipossibile erat teneri illū ab eo. Dauid eni dicit in eum. Prouidebā dominū in conspectu meo sēper / quoniā a dextris est michi ne cōmouear. Propt hoc letatū est cor meum / et exultauit lingua mea / isuper et caro mea requiescet in spe. Quoniā non derelinques animā meā in iferno / nec dabis sāctū tuū videre corruptionē Notas michi fecisti vias vite: replebis me iocūditate cū facie tua. Alla. V. Emitte spm tuū et creabūt et renouabis faciē terre Allá. V. Spūs dni repleuit orbē terraꝝ ꝛ hoc qd cōtinet oia sciētiā habet vocis. Prosa ad deuotionē

LUx iocūda lux insignis qua de throno missus ignis i christi discipulos. Corda replet liguas ditat ad cōcordes nos iuitat cordis lingue modulos. Christ9 misit quē promisit pignus spōse quā remisit die quiquagesima. Post dulcorem melleum petra fudit oleum petra iam firmissima. In tabellis saxeis non in linguis igneis lex de mōte populo. Paucis cordis nouitas et liguarū vnitas datur in cenaculo

O q̃ felix q̃ festiua dies in qua pri mitiua fūdat eccl'ia. Viue sūt primi tie nascent' eccl'e tria primū milia. Panes legis primitiui sub vna sūt adoptiui fide duo ppl'i. Se duobus īiecit sicq3 duos vnū fecit lapis ca put āguli. Vtres noui non vetusti sūt capaces noui musti vasa parat vidua. Liquorē dat helise⁹ nobis sa crū rorē de⁹ si corda sint ɔgrua. Nō hoc musto vel liquore nō hoc sim⁹ digni rore si discordes moribus. In obscuris vl' diuisis nō potest hec pa raclisis habitare cordib⁹. Cōsolator alme veni linguas rege corda leni ni chil fellis aut veneni sub tua p̄sētia. Nil iocūdū nil amenū nil salubre nil serenū nichil dulce nichil plenū nisi tua gr̄a. Tu lumē es ꝛ vnguen tū tu celeste cōdimētū aque ditans elemētū virtute mysterii. Noua fa cti creatura te laudam⁹ mēte pura gratie nūc sed natura pri⁹ ire filii. Tu q̄ dator es ꝛ donū tu q̄ cōdis oē bonū cor ad laudē redde p̄nū nr̄e li gue frenās sonū in tua p̄conia. Tu purga nos a pc̄tis autor ip̄e puritat' et i xp̄o renouati da p̄fecte nouitat' plēa nobis gaudia. Am̄. Sc̄ Lucā. v

In illo t. Factū est in vna die⁊. Et iesus sedebat docēs Et erāt pharisei sedentes et legis doctores qui venerāt ex oī castello galilee: et iudee: et hi'rl'm: et virt⁹ dn̄i erat ad sanādū eos Et ecce viri portātes in lecto hoīe3 q̄ erat paliticus: et q̄re bāt eū īferre et ponere an̄ eū Et nō īueniētes qua parte illū īferrēt p̄e turba/ascenderūt supra tectū et per tegulas sūmiserūt eū cū lecto ī me diū an̄ iesū. Quo⁊ fidē vt vidit: di xit. Hō remittunt' tibi peccata tua. Et ceperūt cogitare scribe et phari sei: dicētes Quis ē hic q̄ loquit' blas phemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus de⁹? Vt cognouit aūt iesus cogitationes eo⁊/ r̄ndēs dixit ad illos Quid cogitatis mala in cordibus vr̄is? Quid ē facili⁹ di cere/dimittūt' tibi peccata/an dice re surge et ambula? Vt aūt sciatis q̄a filius hoīs potestatē habet ī t'ra dimittendi peccata/ait paralytico. Tibi dico surge/ tolle lectū tuū: et vade ī domū tuā. Et cōfestī consur gens corā illis/ tulit lectū in quo ia cebat: et abiit ī domū suā magni ficās deum. Et stupor apprehendit omnes: et magnificabant deum. Et repleti sunt timore dicētes: q̄a vidim⁹ mirabilia hodie. Offertori um. Lauda anima mea dominum lau dabo dominum ī vita mea/ psallam deo meo q̄ diu ero alleluia. Secreta

Sacrificia domine tuis obla ta cōspectib⁹ ignis ille diuin⁹ assumat: qui discipulorum christi filii tui per spiritum sanctum cor da succendit. Per eūdē. In vnitate Coio. Sp̄us vbi vult spirat et vocē eius audis alleluia: et nescis vnde veiat aut quo vadat alleluia all'a allā. Postcōio.

Sumpsim⁹ omp̄s de⁹ sacri do na mysterii humilit' dep̄recā tes vt q̄ ī tui cōmemoratiōe nos fa cere p̄cepisti: ī nr̄e p̄ficiāt īfirmitat' auxiliū. p. Sabbō ad missā. Intro.

Caritas dei diffusa ē in cor dibus vr̄is all'a: p̄ inhabitā tē spiritū eius ī vobis all'a

allā. ps Dñe deus salutis mee in die clamaui et nocte corā te Tene mēti ꝙ ad quālibet collectaꝝ seq̄ntium dicitur oremꝰ dūtaxat excepta vltīa. Col.

Mentibus nr̄is q̄s dñe spiritū sāctū benignus īfunde: cuiꝰ et sapiētia cōditi sumus/et ꝓuiden tia gubernamur. P do. In vnitate eiusdē spūs sācti deꝰ. P oīa s. s. Am

Legūt tituli lectionū. Lectio. Johelis ꝓphete. iii. c.

Hec dicit dñs deus. Effūdā de spū meo super oēm carnē: et ꝓphetabūt filii vr̄i: et filie vr̄e. Senes vestri sōnia sōniabunt/et iuuenes vr̄i visiones videbūt. Sed ⁊ sup seruos meos et ācillas meas in diebus illis effūdā de spū meo/ ⁊ dabo ꝓdigia in celo: et signa in terra deorsū: sāguinē et ignē ⁊ vaporē fumi Sol ꝯuertetur in tenebras/ ⁊ luna in sāguinē/ anq̄ veniat dies domini magnus ⁊ horribilis. Et erit: oīs qui iuocauerit nomē dñi/ saluꝰ erit

Alleluia. V. Emitte spm̄ tuum et creabunt et renouabis faciē terre. Collecta

Illo nos igne q̄s dñe spiritus sāctus inflāmet: quē dominꝰ noster iesus christus misit in terrā et voluit vehemēter accēdi. Qui tecū. In vni Lectio libri leuitici xxiii c

In diebus illis. Locutus ē dñs ad moysen dicēs. Loquere filiis israel et dices ad eos. Cū igressi fueritis terrā quā ego dabo vobis: et messueritis segetē feretis maīplos spicarū primicias messis vestre ad sacerdotē. Qui eleuabit fasciculū corā dño: vt acceptabilis sit ꝓ vobis altera die sabbati/ et sāctificabit illū. Numerabitis ergo ab ipso die in quo obtulistis manipulos primitiaꝝ septē ebdomadas plēas vsq₃ ad alterū diē expletionis ebdomade septime: et sic offeretis sacrificiū nouum dño ex oībus habitaculis vr̄is panes primitiaꝝ duos de duabus decīs sile: quos eleuabit sacerdos corā deo/et vocabitis hūc diē celeberrimū atq₃ sāctissimū. Omne opꝰ seruile nō facietis ī eo. Legitimū sēpiternū erit ī cūctis habitaculis vr̄is: et generatiōibus vr̄is. Dicit dñs oīpotens. Alleluia. V. Veni sācte spūs reple tuorū corda fideliū / et tui amoris in eis ignē accēde. Collecta

Deus qui ad aīaꝝ medelā ieiunii deuotione castigari corpora ꝑcepisti: cōcede nobis ꝓpicius mēte et corpe tibi sēp esse deuotos P. Lectio libri deutronomii. xxvi. c.

In diebus illis. Dixit moyses filiis israel. Audi isrl̄ que ego precipio tibi hodie Cū ītraueris terrā quā dominus deus tuus tibi daturꝰ est possidendā: ⁊ obtinueris eā atq₃ habitaueris ī illa: tolles de cūctis frugibus tuis primicias. et pones ī cartallo/ ꝑgesq₃ ad locū quem dñs deus tuꝰ elegerit. vt ibi iuocetur nomē eiꝰ. Accedesq₃ ad sacerdotē: qui fuerit ī diebus ill/et dices ad eū Profiteor hodie corā domino deo tuo q̇ exaudiuit nos: et respexit humilitatē nr̄aꝫ: et labores ⁊ āgustias et eduxit nos de egypto ī manu forti et brachio extēto / in īgēti pauore in signis atq₃ portētis / et ītroduxit ad locum istum: et tradidit nobis terram: lacte et melle manantem.

Et idcirco nūc offero primicias fru gū terre quā dn̄s deus dedit michi. Et dimittes eas in ↄspectu dn̄i dei tui. Et adorato dn̄o deo tuo: epulaberis in oībus bonis: que dn̄s deus tu⁹ dederit tibi. Alleluia. V. Loqbantur variis linguis apostoli magnalia dei

Presta q̄s omps de⁹ vt Col. salutarib⁹ ieiuniis eruditi ab oībus viciis abstinētes/ ppiciatio nē tuā facilius ipetrem⁹. Per dn̄m

Lectio libri Leuitici. xxvi. c.

In dieb⁹ ill' Dixit dn̄s ad moysē Loq̄re filiis isrl' ꝛ dices ad eos Si i pcepti meis ābulaueritis/ et mā data mea custodieritis et feceritis ea dabo vobis pluuias tpibus suis Et tra gignet germē suū/ et pomis arbores replebunt. Apprehēdet tritura vindemiā: et vindemia occupabit sementē. Et comedetis panē vestrū i saturitate: et absq̧ pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacē in finibus vrīs: dormietis et non erit q̄ exterreat. Auferā malas bestias: et gladius nō trāsibit terminos vros. Psequemini inimicos vestros et corruēt corā vobis. Et psequentur quiq̧ de vrīs cētū alienos: et cētū ex vobis decē milia. Cadēt inimici vestri gladio: in ↄspectu vrō. Respiciā vos et crescere faciā: et multiplicamini: et firmabo pactū meū vobiscū. Et comedetis vetustissima vete rū/ et vetera nouis supuenientibus proiicietis. Ponā tabernaculū meū in medio vrī: ꝛ nō abiiciet vos vltra aīa mea. Et ābulabo int vos/ et ero vester de⁹ / vosq̧ eritis ppl's meus. Dicit dn̄s oīpotēs. All'a V. Spūs sanct⁹ pcedēs a throno. apostolorū pectora inuisibilia hodie plustrauit potentia.

Presta q̄s omps deus Col. sic nos ab epulis carnalib⁹ abstinere: vt a viciis irruētib⁹ pariter ieiunemus. P. Lectio daniel. pphete iii

In diebus ill'. Angel⁹ dn̄i descēdit cū azaria et sociis ei⁹: in fornacem/ et excussit flammam ignis de fornace: et fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantē. Flāma aūt diffusa ē sup fornacē cubitis quadragita nouē/ et icēdit quos repperit iuxta fornacem de caldeis ministros regis q̄ eā incēdebāt. Illos aūt nō tetigit ignis neq̧ ↄtristauit nec q̄cq̄ molestie itulit. Tūc hi tres quasi ex vno ore laudabāt ꝛ bn̄dicebāt: et glorificabāt deū in fornace dicentes. Tractus

Benedict⁹ es dn̄e de⁹ patrū nrōrū Et laudabilis ꝛ glosus i secula V. Et bn̄dictū nomē glorie tue qđ ē sanctū. Et laudabile et glosū in secula. V. Bn̄dict⁹ es i tēplo sancto glorie tue. Et laudabilis. V. Bn̄dict⁹ es in tēplo sācto tuo regni tui. Et laudabilis. V. Bn̄dict⁹ es sup sceptrū diuinitatis glorie tue. Et laudabilis V. Bn̄dict⁹ es q̄ ābulas sup pēnas ventorū Et laudabilis V. Bn̄dicant te celū et tra mare et oīa que i eis sūt. Et laudabilē et gloriosū i secula V. Gloria patri et filio et spūi sācto. Laudabili et glorioso in secula. V. Bn̄dictus es dn̄e deus patrū nostrorū. Et laudabilis et glosus in secula. Hic dicitur Dn̄s vobiscū et

Deus q̄ trib⁹ pu Ore⁹ Col. eris mitigasti flāmas igniū ↄcede ppici⁹. vt nos famulos tuos non exurat flāma viciorū. P dn̄m

Ad Romanos. v.c.

FRatres. Iustificati ex fide: pacē habeamus ad deū per dn̄m nr̄m iesū christū/ p quē et accessum habemus p fidē in grām istā/ i qua stamus et gloriamur i spe glorie filiorum dei. Non solū aūt/ sed et gloriamur in tribulatiōib9 / sciētes q tribulatio patiētiā operat. Patientia aūt pbatiōez/ pbatio vo spē. Spes aūt nō ɔfūdit/ quia caritas dei diffusa ē in cordibus nostris p spiritū sctū q datus est nobis Alleluia. ℣ Paraclitus spūs sanctus quē mittet pater in noie meo/ ille vos docebit oēm veritatem. Tractus

LAudate dn̄m oēs gētes/ et collaudate eū oēs populi. ℣ Qm̄ cōfirmata est sup nos mia eius et veritas dn̄i manet in eternū. Scd̄z matheū. xx.c.

IN illo t. Egrediēte iesu a hierico/ secuta est eū turba multa Et ecce duo ceci sedentes secus viā/ audierūt q̄a iesus trāsiret clamauerūt dicentes. Dn̄e miserere nr̄i fili dauid. Turba aūt increpabat eos/ vt tacerēt. At illi magis clamabāt dicētes. Dn̄e miserere nr̄i fili dauid Et stetit iesus et vocauit eos/ et ait. Quid vultis vt faciā vobis? Dicūt illi. Dn̄e vt aperiant oculi nr̄i. Misertus aūt eorū iesus: tetigit oculos eorum. Et cōfestī viderūt/ et secuti sunt eū. Offertoriū. Dn̄e deus salutis mee in die clamaui et nocte corā te/ intret oratio mea i cōspectu tuo dn̄e all'a. Secre.

UT accepta tibi sint domine nostra ieiunia: presta nobis q̄s huius munere sacramenti. purificatū tibi pectus offerre. P. Coio

Non relinquam vos orphanos/ veniam ad vos iterū alleluia/ et gaudebit cor vestrum alleluia alleluia Postcoio

PRebeāt nobis dn̄e diuinum tua sancta feruorē/ quo eorū pariter et actu delectemur et fructu P dn̄m. Dn̄ica in octaua penthecostes fiat totū vt i die: excepta prosa/ qua dicit Sancti spūs Reqre s feria tercia. Feria tercia fiat missa de sancta trinitate. Introitus

BEnedicta sit sancta trinitas atq indiuisa vnitas/ cōfitebimur ei q̄a fecit nobiscū misericordiā suā Ps. Bn̄dicamus patrem et filiū cum sancto spiritu. Gl'a

DEprecationē Collecta nostrā quesum9 domine benignus exaudi/ et quibus supplicādi prestas affectū/ tribue defēsionis auxiliū. Per dn̄m. Lectio libri apocalipsis beati iohānis apl'i. iiii.c

UIdi ostium apertum in celo et vox prima quam audiui/ tanq tube loquentis mecum dicēs Ascende huc: et ostendam tibi que oportet fieri cito. Post hec stati fui i spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo: et supra sedem sedens. Et qui sedebat: similis erat aspectui lapidis: iaspidis et sardis. Et iris erat in circuitu sedis similis visiōi smaragdine. Et i circuitu sedis/ sedilia viginti quatuor/ et supra thronos vigiti quatuor seniores sedētes circūamicti vestimēt albis/ et in capitib9 eorum corone auree. Et de throno pcedebant fulgura et voces et tonitrua: et septē lāpades ardētes aā thronum: que sūt septē spiritus dei. Et

in cõspectu sedis / tanq̃ in mare vi treum sĩle crystallo Et in medio se dis et in circuitu sedis: quatuor ani malia plena oculis añ et retro. Et animal primũ simile leoni. Et se cũdum aĩmal simile vitulo. Et ter ciũ animal habens faciẽ quasi ho minis. Et quartũ animal sĩle aqui le volãti. Et illa quatuor animalia singula eorũ habebãt alas senas. et in circuitu et intus: plena sunt ocu lis. Et requiẽ nõ habẽt die ac nocte dicentia: sanctus sãctus sãctus / do minus deus oĩpotens qui erat / qui est / et qui venturus est. Et cũ darẽt illa animalia gloriã: et honorẽ: et be nedictionem / sedenti sup thronum viuẽti in secula seculorum / procide bant vigĩti quattuor seniores ante sedentem in throno. Et adorabant viuentem in secula seculorũ. Amẽ

℟. Benedictus es domine qui intueris abyssos et sedes super cherubin. ℣. Bene dicite deum celi et coram omnibus viuen tibus confitebimur ei. Alleluia. ℣. Bene dictus es domine deus patrum nostrorũ et laudabilis in secula. Euangeliũ

Erat homo ex phariseis. Quere su pra feria secũda post octauas pas.

Offertoriũ. Benedictus sit deus pater vnigenitusq; dei filius. sanct9 quoq; spi rit9: qa fecit nobiscũ miãz suã Secreta

Munera dñe oblata sanctifica et tui nobis vnigeniti corpus et sãguis fiat Qui tecũ Coio

Benedicimus deũ celi et coram oĩbus vi uẽtibus cõfitebimur ei. qa fecit nobiscum misericordiam suam. Post coio

Hec nos coio dñe purget a cri mine: et celestis remedii faci at esse consortes. P dñm. In vigi lia corporis christi. Introitus

Parasti dñe in ɔspectu nõo mẽsã aduersus oẽs qui tri bulãt nos / et calix tuus ie brians q̃ preclarus est. Ps. Domin9 regit me et nichil michi deerit: in loco pa scue ibi me collocauit. Collecta

Presta q̃s omps deus / vt ppi ciationis tue ventura solẽni tas: et pñtis nobis vite subsidia cõ ferat: et eterne beatitudis pmia lar giat. P Lectio libri regũ. iii. xix.

In diebus illis. Veñit helyas in bersabee iuda / et dimisit ibi pu erũ suũ: et perrexit in desertũ viã vni us diei. Cũq; venisset et sederet sub vnã iuniperũ: petiuit aĩe sue vt mo reret. Et ait. Sufficit mihi dñe. tol le animã meã. Neq; eni melior sũ q̃ pres mei. Proiecitq; se: et obdor miuit ĩ vmbra iuniperi. Et ecce an gelus dñi tetigit eũ. et dixit illi Sur ge cõede. Respexit Et ecce ad caput suũ subcinerici9 pãis: et vas aq̃. Co medit ergo et bibit: et rursũ obdor miuit. Reuersusq; ẽ angelus domi ni secundo: et tetigit eum: dixitq; il li. Surge et comede. Grandis eni re stat tibi via. Qui cũ surrexisset co medit et bibit. Et ãbulauit ĩ fortitu dĩe cibi illi9 quadragita dieb9 et qua dragita noctib9: vsq; ad montẽ dei oreb. ℟. Oculi oĩm ĩ te sperãt dñe / et tu das illis escã in tpe oportuno. ℣. Aperis tu manũ tuã / et iples oẽ aĩal bñdictione.

Secundum Johannem. vi. c.

In illo t. Dixit iesus turbis iu deorum. Operamini non ci bũ qui perit / sed qui permanet in

vitam eternã quẽ filius hoĩs dabit vobis. Hunc enĩ pater signauit de⁹ Dixerũt ergo ad eũ. Quid faciem⁹ vt operemur opa dei? Respondit iesus: et dixit eis. Hoc est op⁹ dei vt credatis in eũ quẽ misit ille. Dixerunt ergo ei. Qđ ergo tu facis signũ/ vt videamus et credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri mãducauerũt mãna ĩ deserto sicut scriptũ est. panem de celo dedit eis mãducare Dixit ergo eis iesus. Amẽ amen dico vobis. Nõ moyses dedit vobis panẽ de celo: sed pater meus dat vobis panẽ de celo verũ. Panis enĩ verus est qui de celo descẽdit/ et dat vitam mũdo. Offertoriũ Introibo ad altare dei: ad deũ qui letificat iuuentutẽ meam

Secreta

Deuotionis nostre q̃s domine tibi hostia iugit imoletur/ que et sacri peragat instituta mysterii/ et salutare tuũ nobis mirabilit opetur. p dñm.

Coio

Panis quẽ ego dabo caro mea ẽ pro mũdi vita.

Postcoio

Augeatur in nobis dñe deus tue virtut opatio: vt diuinis vegetati sacramẽtis/ ad eo℞ pmissa capiẽda tuo munere pparemur. p dñm.

In die ad missã. Introitus

Ego sũ panis viuus qui de celo descendi: si quis manducauerit ex hoc pãe viuet in eternum/ et panis quẽ ego dabo caro mea est pro mũdi vita. ps. Panis enim verus est qui de celo descẽdit: et dat vitam mũdo.

Collecta

Deus qui nobis sub sacramẽto mirabili passionis tue memoriã reliquisti/ tribue quesumus ita nos corpis et sãguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptõis tue fructũ in nobis iugit sentiam⁹ Qui viuis et. Ad corinthios. i. xi. c

Fratres. Ego enĩ accepi a domino/ quod et tradidi vobis. Quoniã dominus iesus ĩ qua nocte tradebatur/ accepit panẽ: et gratias agens fregit et dixit. Accipite et mãducate. Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam cõmemorationem Siliter et calicem postq̃ cenauit dicens Hic calix nouum testamentũ est in meo sãguine. Hoc facite quotiẽscũq3 sumitis/ in meã cõmemoratiõe3 Quotienscũq3 mãducabitis panem hunc: et calicem bibetis: mortẽ domini annunciabitis donec veniat. Itaq3 quicũq3 manducauerit hunc panẽ/ et biberit calicẽ domini indigne/ reus erit corporis et sãguinis domini. Probet autẽ seipsũ homo/ et sic de pane illo edat/ ꝛ de calice bibat. Qui enim mãducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit: non diiudicãs corpus dñi. ℞ Nisi manducaueritis carnem filii hoĩs: et biberitis eius sanguinẽ: non habebitis vitam in vobis. ℣. Qui manducat meã carnem: et bibit meũ sanguinẽ: habet vitã eternam. Alleluia. ℣. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus: qui mãducat meam carnem: et bibit meum sanguinem/ in me manet et ego in eo.

Prosa

Lauda syon saluatorem: lauda ducẽ et pastorem: in hymnis et canticis. Quantum potes tantũ gaude quia maior oĩ laude:

nec laudare sufficis. Laudis thema specialis: panis viuus et vitalis hodie proponitur. Quem in sacre mēsa cene turbe fratrum duodene datum non ambigitur. Sit laus plena sit sonora sit iocunda sit decora mentis iubilatio. Dies enī solēnis agitur: in qua mense prima recolitur huius institutio. In hac mensa noui regis nouū pascha noue legis phase vetus terminat. Vetustatem nouitas vmbrā fugat veritas noctē lux eliminat. Quod in cena christus gessit faciendum hoc expressit in sui memoriā. Docti sacris instituti panem vinū in salutis consecramus hostiam. Dogma datur christianis quod in carnem transit panis et vinū in sāguinem. Quod nō sapis qđ non vides animosa firmat fides preter rerum ordinē. Sub diuersis speciebus signis tantū et nō rebus latent res eximie Caro cibus sāguis potus manet tn̄ christus totus sub vtraque specie. A sumēte non cōscisus non cōfractus nō diuisus integer accipitur Sumit vnus sumūt mille quātum isti tantū ille nec sumptus cōsumitur. Sumūt boni sumūt mali sorte tamen inequali vite vel interitus. Mors est malis vita bonis vide paris sumptionis quam sit dispar exitus. Fracto demū sacramento: ne vacilles sed memento tantū esse sub fragmēto quantū toto tegitur Nulla rei fit scissura signi tantum fit fractura qua nec status nec statura signati minuitur. Ecce panis angelorum factus cibus viatorum vere panis filiorum nō mittendus canibus. In figuris presignatur cum isaac immolatur agnus pasche deputatur datur mānna patribus. Bone pastor panis vere iesu nostri miserere tu nos pasce nos tuere tu nos bona fac videre in terra viuentium Tu qui cūcta scis et vales qui nos pascis hic mortales tuos ibi cōmensales coheredes et sodales fac sanctorum ciuiū. Amē Secūdm. Johānē. vi

In illo tēpore. Dixit iesus turbis iudeorū. Ego sū panis vite. Patres vestri mānducauerūt mānna in deserto: et mortui sunt. Hic est pāis de celo descēdēs/ vt si quis ex ipso mānducauerit non moriatur. Ego sū panis viuus: qui de celo descēdi. Si quis mānducauerit ex hoc pane viuet in eternum Et panis quē ego dabo caro mea est pro mūdi vita. Litigabant ergo iudei ad inuicem dicētes Quomodo potest hic nobis carnē suā dare ad mānducandū? Dixit ergo eis iesus. Amen amē dico vobis nisi manducaueritis carnē filii hominis/ et biberitis eius sāguinē: nō habebitis vitam in vobis. Qui mānducat meā carnem/ et bibit meum sāguinem habet vitam eternā. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea vere est cibus et sāguis meus vere est potus. Qui manducat meā carnem et bibit meum sāguinem in me manet et ego in illo. Sicut misit me viuēs pater et ego viuo propter patrem Et qui manducat me et ipse viuet propter me. Hic est panis qui de celo descendit. Non sicut mānducauerūt patres vestri manna: et mortui sunt. Qui

mäducat hüc panē: viuet in eternū
Offr. Sicut viuēs misit me pater & ego viuo ppter patrē et q mäducat me viuet ppter me alleluia alleluia. Secreta

Ecclesie tue qs dñe vnitatis et pacis ppicius dona concede: que sub oblatis muneribus mystice designantur. P do. Prefatio. Qui per icarnati. Coio. Quotiescūqz manducabitis panē hunc et calicē bibetis mortē dñi annūciabitis donec veniat itaqz qcunqz manducauerit panē vel biberit calicē dñi indigne reus erit corporis et sanguinis domini alleluia. Postcoio

Ut nos qs dñe diuinitatis tue sempiterna fruitione repleri: quā preciosi corporis et sanguinis tui tēporalis perceptio prefigurat. Qui viuis. Dñica .i. post oct. pēthecostes

Domine ī tua mīa speraui/ exultauit cor meū in salutari tuo: cātabo dño qui bona tribuit michi. Ps. Usqzquo domine obliuisceris me in finē: vsqzquo auertas faciem tuam a me. Collecta

Deus in te sperātiū fortitudo adesto propicius īuocationibus nostris: et qr sine te nichil potest mortalis infirmitas presta auxiliū gratie tue: vt in exequendis mādatis tuis et volūtate tibi et actiōe placeamus. Per dominū nostrū. Lectio epistole beati iohis apli. .iiii.

Charissimi: Deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis: qm̄ filiū suum vnigenitū misit deus in mundū: vt viuamus per eum. In hoc est charitas: nō quasi nos dilexerimus deum: sed quoniā ipse prior dilexit nos: et misit filiū suū propiciationem pro peccatis nostris. Charissimi si deus dilexit nos: et nos debem⁹ alterutrū diligere. Deum nemo vidit vnq̄. Si diligamus inuicem: deus in nobis manet et charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quoniā in eo manemus: et ipse ī nobis: qm̄ de spiritu sācto suo dedit nobis. Et nos vidimus et testificamur: quoniam pater misit filiū suū saluatorē mundi. Quisquis confessus fuerit quoniā iesus est filius dei: de⁹ in eo manet et ipse in deo. Et nos cognouimus et credidim⁹ charitati: quā habet deus in nobis. Deus charitas est. Et qui manet in charitate in deo manet: et deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscū: vt fiduciam habeamus in die iudicii. Quia sicut ille est: et nos sum⁹ in hoc mūdo. Timor non est in charitate sed pfecta charitas foras mittit timorē: quoniā timor penā habet. Qui autem timet: non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deū: quoniā ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniā diligo deum: et fratrem suum oderit: mēdax est. Qui enim non diligit fratrē suum quē videt: deum quem nō videt quomodo potest diligere? Et hoc mandatū habemus a deo vt qui diligit deum: diligat et fratrem suum. R. Ego dixi dñe miserere mei sana aīam meā quia peccaui tibi. V. Beatus qui intelligit super egenum et pauperē in die mala liberauit eū dñs. Alla. V. Dñe deus meus in te speraui saluū me fac ex oībus persequētibus me et libera me. Scdm lucā. xvi

IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis: parabolā hanc. Homo quidā erat diues/et induebatur purpura et bysso: ⁊ epulabatur quotidie splendide. Et erat quidā mendicus noīe lazarꝰ: qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus cupiēs saturari de micis q̄ cadebāt de mensa diuitis: et nemo illi dabat. Sed ⁊ canes veniebant: et lingebāt vlcera eius. Factum est autē vt moreretur mendicus: et portaretur ab angelis in sinū abrahe. Mortuus est autem et diues: et sepultus est in inferno. Eleuans autē oculos suos cū esset in tormentis: vidit abraham a longe/et lazarū in sinu eius Et ipse clamans dixit. Pater abraham miserere mei: et mitte lazarū vt intingat extremum digiti sui in aquā vt refrigeret linguā meā: q2 crucior in hac flāma. Et ait illi abraham. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua: et lazarus similiter mala. Nūc autē hic cōsolatur: tu vero cruciaris Et in his oībus inter vos ⁊ nos magnū chaos firmatū ē vt hi qui volūt hinc transire ad vos non possint: neq3 inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas eū in domū patris mei. Habeo eni quinq3 fratres: vt testetur illis ne et ipsi veniāt in hunc locū tormentorū. Et ait illi abrahā. Habent moysen et prophetas: audiant illos. At ille dixit. Non pater abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos/penitentiā agēt. Ait autē illi. Si moysen et ꝓphetas nō audiunt: neq3 si quis ex mortuis resurrexerit credent. Offer. Intende voci orationis mee: rex meus et deus meus quoniam ad te orabo domine. Secreta

HOstias nostras tibi domine dicatas placatus assume: et ad perpetuū nobis tribue puenire subsidiū. P dn. Coīo. Narrabo omia mirabilia tua domine letabor et exultabo i te psallā nomini tuo altissime. Postcoīo

TAntis dn̄e repleti muneribꝰ presta quesumus: vt et salutaria dona capiamus/ et a tua nunq̄ laude cessemus. P dn̄m. Feria.iiii.

Lectio epl'e beati petri apli. ii.i.ca

SImon petrus seruus et apl's iesu christi: his qui coequalē nobiscum sortiti sunt fidem i iusticia dei nostri et saluatoris iesu christi. Gratia vobis et pax adimpleat in cognitiōe dei et christi iesu domini nostri. Quomodo omia nobis diuine virtutis sue que ad vitā et pietatem donata sunt per cognitionē eius qui vocauit nos propria gloria et virtute per quā maxima et preciosa nobis ꝓmissa donauit: vt per hec efficiamini diuine consortes nature: fugientes eius que in mundo est concupiscentie corruptionē. Vos autē curam oēm subinferentes: ministrate in fide vestra virtutē. In virtute autē scientiā/in sciēcia autē abstinētiam/in abstinentia aūt patiētiam/in patientia aūt pietatem/in pietate autē/amorem fraternitatis in amore autē fraternitatis: charitatem. Hec enim si vobiscum assint et superent: nō vacuos nec sine fructu nos cōstituēt: in dn̄i nostri iesu xpi cognitione.

Secundum Mattheum.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nolite putare: qm̄ veni soluere legem aut prophetas: Non veni soluere: sed adiplere Amē quippe dico vobis: donec transeat celum et terra: iota vnū aut vnus apex non preteribit a lege: donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis: et docuerit sic homines: minimus vocabit in regno celorum. Qui autem fecerit et docuerit: hic magnus vocabit in regno celorū. Feria sexta.

Lectio ep̄le beati iacobi ap̄li. iiii.

Quicunqꝫ voluerit amicus esse seculi huius: inimicus dei cō̄stituetur. An putatis quia inaniter scriptura dicat ad inuidiā concupiscit spiritus qui habitat ī vobis Maiorē autē dat gratiā. Propter quod dicit. Deus superbis resistit: humilibus autē dat gratiam Subditi ergo estote deo / resistite autem diabolo: et fugiet a vobis. Appropinquate deo: et appropinquabit vobis.

Secundum Lucam. xvii

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Impossibile est vt non veniāt scādala. Ve autem illi: per quē veniunt. Vtilius est illi si lapis molaris imponat circa collum eius: et proiiciatur in mare: q̄ vt scādalizet vnū de pusillis istis. Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tuus / increpa illū: et si penitentiam egerit dimitte illi. Et si septies ī die peccauerit in te et septies in die conuersus fuerit ad te dicēs penitet me dimitte illi. Et dixerunt ap̄li. Dñe Adauge nobis fidē. Dixit aūt dñs. Si habueritis fidē sicut granū synapis: dicetis huic arbori moro: eradicare et transplantare in mare: et obediet vobis. Quis aūt vestrū habens seruū arantē aut pascentē boues q̄ regresso de agro dicat illi stati trāsi et recūbe / et non dicit: para q̄ cenem et precige te et ministra michi donec māducē et bibā: et post hec tu māducabis et bibes? Nūquid gratiam habet seruo illi: qz fecit q̄ ei iperauerat? Nō puto Sic et vos cū feceritis oīa que p̄cepta sūt vobis: dicite Serui inutiles sum⁹: qd̄ debuim⁹ facere fecimus. Sabbato

Lectio ep̄le beati iohis ap̄li. i. i

Quod fuit ab inicio qd̄ audiuim⁹ quod vidimus oculis nr̄is qd̄ pspexim⁹ et man⁹ nr̄e cōtrectauerūt de verbo vite et vita manifestata est: et vidim⁹ et testamur et ānūciam⁹ vobis vitā etnā q̄ erat apd̄ patrē et apparuit nobis. Quod vidim⁹ et audiuim⁹ annūciamus vobis vt et vos societatē habeatis nobiscū: et societas nr̄a sit cū patre et cū filio ei⁹ iesu xp̄o. Et hec scribimus vobis vt gaudeatis: et gaudiū vestrū sit plenū Et hec est annūciatio quā audiuimus ab eo: et ānūciam⁹ vobis: quoniā deus lux est: et tenebre in eo nō sūt vlle. Si dixerimus qm̄ societatē habemus cū eo / et ī tenebris ābulamus: mētimur et veritatē nō facimus. Si aūt in luce ābulamus sicut et ipse est in luce societatē habemus adiuicē: et sāguis iesu xp̄i filii eius emūdat nos ab oī peccato. Si dixerimus qm̄ peccatū nō habem⁹: ipsi nos seducimus et veritas in no

bis nõ est. Si cõfiteamur pctã nr̃a fidelis est ꝛ iustus vt remittat nobis pctã nr̃a: et emũdet nos ab oĩ iniquitate. Si dixerimꝰ qm̃ nõ peccauimꝰ mendacẽ facimus eũ: et verbũ eius nõ est in nobis. Filioli mei: hec scribo vobis vt nõ peccetis. Sed et si qͥs peccauerit aduocatũ habemꝰ apud patrẽ iesũ xp̃m iustũ. Et ipse est propiciatio: pro pctis nr̃is. S. Johẽz. vi.

In illo tp̃e. Turba que stabat trãs mare vidit quia nauicula alia nõ erat ibi nisi vna: et qꝛ non introisset cũ discipulis suis iesus ĩ nauĩ: sed soli discipuli eius abissẽt. Alie vero superuenerũt naues a tyberia de iuxta locũ vbi mãducauerãt panẽ: gratias agẽtes deo. Cũ ergo vidisset turba qꝛ iesus nõ esset ibi neqꝫ discipli eius: ascẽderũt in nauiculas ꝛ venerũt ĩ capharnaũ querẽtes iesũ. Et cũ inuenissẽt eũ trans mare: dixerunt ei. Rabbi: quãdo huc venisti? Respondit eis iesus: et dixit. Amen amen dico vobis: queritis me non qꝛ vidistis signa: sed quia mãducastis ex panibꝰ et saturati estis. Operamini nõ cibũ qui perit: sed qui ꝑmanet in vitam eternam:

Dñica.ii. Ad missam Introitꝰ

Factus est dñs ꝓtector meus et eduxit me in latitudinẽ saluum me fecit qm̃ voluit me. Ps. Diligã te dñe fortitudo mea dñs firmamẽtũ meũ et refugium meum et liberator meus. Collecta.

Sancti noĩs tui dñe timorẽ pariter et amorẽ fac nos habere perpetuũ: quia nunq̃ tua gubernatione destituis quos ĩ soliditate tue dilectionis instituis. Per dñm.

Lcõ ep̃le beati iohis apl̃i. i. iii.

Charissimi: Nolite mirari si odit vos mũdus. Nos scimus quia translati sumus de morte ad vitã: quoniã diligimꝰ fratres. Qui nõ diligit manet in morte. Oĩs qui odit fratrem suũ: homicida est. Et scitis quoniã oĩs homicida: non habet vitã eternam in se manentẽ. In hoc cognouimus charitatẽ dei qm̃ ille aĩam suam pro nobis posuit: et nos debemus pro fratribus aĩas ponere. Qui habuerit substãtiã huius mundi et viderit fratrem suũ necessitatẽ habere et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo. Filioli mei nõ diligamus verbo neqꝫ lingua: sed opere et veritate. R. Ad dominũ dum tribularer clamaui et exaudiuit me. V. Dñe libera animã meã a labiis iniquis: et a lingua dolosa. Alleluia. V. Deus iudex iustus fortis et patiẽs nunqͩ irascitˀ per singulos dies.

Secundum Lucam. xiiii

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis: parabolã hãc. Homo quidã fecit cenã magnã: et vocauit multos. Et misit seruũ suũ hora cene dicere inuitatis vt venirent: qꝛ iã parata sũt oĩa. Et ceperũt simul oẽs excusare. Primus dixit ei. Villã emi et necesse habeo exire et videre illã. Rogo te habe me excusatũ. Et alter dixit. Juga boum emi quinqꝫ: et eo probare illa. Rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Vxorẽ duxi: ꝛ ideo non possum venire. Et reuersus seruus: nunciauit hec domino suo. Tunc iratus paterfamilias: di

rit seruo suo. Exi cito i plateas et vicos ciuitatis: et paupes ac debiles et cecos et claudos introduc huc. Et ait seruus Dñe factū est vt imperasti: et adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias et sepes et cōpelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autē vobis: qȝ nemo virorū illorū qui vocati sunt: gustabit cenā meā. Offr. Dñe cōuertere et eripe aīam meā saluā me fac ppter miam tuā. Secreta.

Oblatio nos dñe tuo noī dicāda purificet: ꝛ de die ī diē ad celestis vite trāsferat actionē. p. Coio Cātabo domino qui bona tribuit michi/ et psallā noī dñi altissimi. Postcoio

Sumptis dñe muneribꝰ: qs vt cū frequētatiōe mysterii crescat nostre salutis effectus. p dñm.

Feria quarta. Ad Colocēses. iii.

Fratres: Mortificate mēbra vestra: que sunt super terrā. Fornicationē/ imundiciā/ libidinē/ cōcupiscentiā malā/ et auariciā que est simulacrorū seruitus. Propter que venit ira dei super filios incredulitatis: in quibus et vos āmbulastis aliqñ: cū viueretis ī illis. Nūc aūt deponite et vos omia irā/ indignationē/ maliciā/ blasphemiā: et turpem sermonem de ore vestro ne emiseritis. Nolite mētiri inuicē: expoliātes vos veterē hoīem cū actibus suis: et induētes nouū/ eū qui renouaretur in agnitionē dei secūdū imaginē eiꝰ q̄ creauit eū. Vbi nō est gentilis et iudeus/ circuncisio et pꝛepuciū: barbarus et scyta: seruus et liber. Sed oia in omnibus christus.

Secundum Lucam. xii.

In illo tēpore: Ait quidā de turba ad iesū. Magister dic fratri meo: vt diuidat mecū hereditatē. At ille dixit ei. Homo quis me cōstituit iudicem aut diuisorē supra vos: Dixitqȝ ad illos. Videte et cauete ab oī auaricia: quia non in abundantia cuiusq̄ eiꝰ vita est: ex his q̄ possidet. Dixit autē similitudinē ad illos dicens. Hominis cuiusdā diuitis vberes fructꝰ ager attulit: et cogitabat intra se dicens. Quid faciam: q̄ nō habeo quo congregē fructus meos: Et dixit. Hoc faciā. Destruā horrea mea ꝛ maiora faciā: ꝛ illuc cōgregabo omia que nata sunt michi/ et bona mea: et dicā aīe mee. Anima habes multa bona reposita in annos plurimos/ requiesce/ comede/ bibe/ epulare. Dixit autē illi deus. Stulte/ hac nocte animā tuā repetunt a te. Que autē parasti cuius erunt. Sic est qui sibi thesaurizat/ et non est in deum diues: Feria vi.

Lectio epl̄e bti iohānis apl̄i. i.i

Charissimi. Hec est annūciatio quā audiuimus a deo/ et annunciamus vobis/ quoniā deus lux est et tenebre in eo non sunt vlle. Si dixerimus quoniā societatē habemus cū eo/ et in tenebris āmbulamus mentimur et non facimus veritatē Si autē in luce ambulamus sicut et ipse est ī luce/ societatē habemus adinuicē/ et sanguis iesu christi filii eius emundat nos ab omī peccato. Si dixerimus quoniā peccatū non habemus nosipsos seducimꝰ et veritas in nobis nō est. Si cōfiteamur peccata nostra fidelis est et iustus vt

remittat nobis pctã nostra: et emũdet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniã non peccauimus: mendacẽ facimus eũ: et verbũ eius: non est in nobis. Secũdũ Math. xi.

In illo tempore: Cepit iesus exprobrare ciuitatibus in quibus facte sunt plurime virtutes eius: quia non egissent penitẽtiã. Ve tibi corozaim/ve tibi bethsaida: quia si in tyro et sydone facte fuissẽt virtutes que facte sunt in vobis / olim in cilicio et cinere: penitentiã egissent. Veruntamẽ dico vobis: tyro et sydoni remissius in die iudicii erit quam vobis. Et tu capharnaũ nunquid vsque in celũ exaltaberis/vsque in infernũ descendes. Quia si in sodomis facte fuissent virtutes que facte sũt in te: forte mansissent vsque in hanc diẽ. Verũ tamẽ dico vobis: quia terre sodomorũ remissius erit in die iudicii: quam tibi. Sabbato. Scdm Matheũ. xii.

In illo tẽpore. Abiit iesus sabbato per sata. Discipuli autẽ eius esurientes: ceperunt vellere spicas/et mãducare. Pharisei autẽ videntes: dixerũt ei. Ecce discipuli tui faciunt/que non licet facere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis quid fecerit dauid quando esuriit: et qui cum eo erant quomodo intrauit in domum dei/et panes propositionis comedit quos non licebat ei edere: neque his qui cũ eo erant/nisi solis sacerdotibus. Aut non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant: et sine crimine sunt. Dico autem vobis: quia templo maior est hic. Si autem sciretis quid est misericordiam volo/et non sacrificium: nunquam condemnassetis innocentes. Dominus est enim filius hominis: etiã sabbati.

Dominica tercia. Introitus.

Respice in me et miserere mei domine quoniam vnicus et pauper sum ego vide humilitatem meam et laborẽ meũ et dimitte omnia peccata mea deus meus. Ps. Ad te domine leuaui animã meam: deus meus in te confido non erubescã.

Deprecationem Collecta nostram quesumus domine benignus exaudi: et quibus supplicandi prestas affectum: tribue defensionis auxilium. Per.

Lectio epistole btĩ petri apl̃i. i. v.

Charissimi. Humiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempore visitationis. Omnem sollicitudinem vestram proiicientes in eum: quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote et vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quẽ deuoret. Cui resistite fortes in fide scientes eandem passionem ei que in mũdo est vestre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratie qui vocauit nos in eternam suam gloriam in christo iesu modicum passos/ipse perficiet/confirmabit/solidabitque. Ipsi gloria et imperium/in secula seculorum Amen. R. Jacta cogitatũ tuum in domino et ipse te enutriet. V. Dũ clamarem ad dominum exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant michi. Alleluia. V. Diligam te domine virtus mea dominus firmamentũ meum et re-

fugiū meū. Secundū Lucā. xv.
In illo tpe. Erāt appropiquantes ad iesū publicani et peccatores: vt audirēt illū. Et murmurabāt scribe et pharisei dicentes: quia hic peccatores recipit: et manducat cum illis. Et ait ad illos: parabolā istā dicēs. Quis ex vobis homo qui habet cētū oues: et si perdiderit vnā ex illis: nōne dimittit nonagitanouē in deserto/ et vadit ad illā que perierat: donec iueniat eā? Et cū inuenerit eā iponit i humeros suos gaudens. Et veniēs domū/ cōuocat amicos et vicinos dicēs illis. Congratulamini michi: quia iueni ouē meā que perierat. Dico vobis ꝙ ita gaudiū erit in celo sup vno peccatore penitentiā agēte: ꝙ̄ super nonaginta nouē iustis qui nō indigēt penitentia. Aut que mulier habēs dragmas decē: si perdiderit dragmā vnā: nōne accēdit lucernā et euertit domū et q̄rit diligēter donec iueniat? Et cū inuenerit: cōuocat amicas et vicinas dicēs. Cōgratulamini michi: quia inueni dragmā quā perdiderā. Ita dico vobis: gaudiū erit corā āgelis dei super vno peccatore penitētiā agēte.
Offē. Sperent in te qui nouerunt nomen tuū domine quoniā nō derelinquis querentes te: psallite dño qui habitat in syō quoniā nō est oblitus orōem pauperū.
Munera dñe oblata Secreta sāctifica: vt tui nobis vnigeniti corpus et sanguis fiant Qui tecū
Coio. Ego clamaui qm̄ exaudisti me deus inclina aurē tuā et exaudi verba mea.
Hec nos cōmunio dñe Postcō purget a crimie: et celestis remedii faciat esse consortes. P dñm.
Feria. iiii. Lcō epſe b. iohis apli ii. i.
Hoc mādatū ē vt queadmodū audistis ab iicio in eo ambulentis: quoniam multi seductores erierunt in mundū: qui non confitētur iesum christum venisse in carnem. Hic est seductor et antichristus. Vide te vosmetipsos ne perdatis que operati estis: sed vt mercedem plenā accipiatis. Omnis qui precedit et nō permanet in doctrina christi: deum non habet. Qui permanet in doctrina: hic patrem et filiū habet. Si q̄s venit ad vos et hāc doctrinā non affert: nolite eum recipere in domum nec ei aue dixeritis. Qui eni dicit illi aue: coicat operibꝰ eius malignis Plura habens vobis scribere: nolui per chartam et attramentum. Spero enim me futurum ad vos: et os ad os loqui vt gaudium vestrū plenum sit. Secūdū matheū. v.
In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Esto consentiēs aduersario tuo cito dum es in via cum eo/ ne forte tradat te aduersarius iudici/ et iudex tradat te ministro et in carcerem mittaris. Amen dico tibi/ non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Audistis quia dictum est ātiquis. Non mechaberis? Ego autem dico vobis/ quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam/ iam mechatus est eā in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te/ erue eum et proice abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum/ ꝙ̄ totum corpus tuū

mittatur in gehennam ignis. Et si
dextera manus tua scandalizat te:
abscide eam et proiice abs te. Expe-
dit enim tibi vt pereat vnum mem
brorum tuorum: q̄ totum corpus
tuum eat in gehennam Feria sexta
Lcō ep̄le beati Jude ap̄li .i.ca.
Charissimi. Memores estote
verborum que predicta sunt
ab apostolis domini nostri iesu chri
sti qui dicebant vobis quoniam in
nouissimis temporibus venient il-
lusores secūdum desideria sua am-
bulantes in impietatibus. Hi sunt
qui segregant semetipsos anima-
les spiritum non habentes. Vos
autem charissimi superedificantes
vosmetipsos sanctissime nostre fi
dei in spiritu sancto orātes vosmet-
ipsos in dilectione dei seruate: expe
ctantes misericordiam domini no-
stri iesu christi in vitam eternam.
Et hos quidem arguite iudicatos:
illos vero saluate de igne rapien-
tes. Aliis autem misereminí in ti-
more: odientes et eam que carnalis
est maculatam tunicam. Ei autem
qui potens est vos conseruare sine
peccato et constituere ante conspe-
ctum glorie sue immaculatos in ex
ultatione in aduentu domini no-
stri iesu christi soli deo saluatori no
stro per iesum christum dominum
nostrum: gloria et magnificētia im
perium et potestas ante omnia se-
cula: et nunc et in omnia secula se-
culorum amē. Secūdū math. xiiii
In illo tempore. Vespere autē
facto accesserunt ad iesum di-
scipuli eius dicentes. Desertus est
locus: et hora iam preteriit. Dimit-
te turbas: vt eūtes in castella emāt
sibi escas. Jesus autem dixit eis Nō
habent necesse ire: date illis vos mā
ducare. Responderunt ei: Non ha-
bemus hic nisi quinq; panes: et du-
os pisces. Qui ait eis. Afferte mi-
chi illos huc. Et cum iussisset tur-
bam discumbere super fenum: ac-
ceptis quinq; panibus et duobus pi-
scibus: aspiciens in celum benedi-
xit et fregit: et dedit discipulis pa-
nes: discipuli autem turbis. Et mā
ducauerunt omnes: et saturati sūt
Et tulerūt reliquias: duodeci cophi
nos fragmētorū plenos. Mādūcātiū
aūt fuit numer⁹ quinq; milia virorū
Sabbato. Lcō ep̄le be. pe. ap̄li .i.iiii.
Charissimi. Tempus est vt in-
cipiat iudicium a domo dei.
Si autem primum a nobis: quis fi
nis eorum qui non credunt dei euā
gelio? Et si iustus quidem vix salua
bitur: impius et peccator vbi pare-
bunt? Itaq; et hi qui patiuntur se-
cundum voluntatem dei: fideli cre-
atori cōmendent aīas suas in bene-
factis. Seniores ergo qui in vobis
sunt obsecro cōsenior et testis christi
passionū qui et ei⁹ que in futuro re-
uelanda est: glorie coicator. Pascite
qui in vobis est gregē dei: puidētes
nō coacte sed spōtanee secūdū deū/
neq; turpis lucri gratia sed volūta-
rie neq; vt dn̄antes in cleris sed for-
ma facti gregis ex aīo. Et cū appa-
ruerit pn̄ceps pastorum: percipietis
imarcessibilem glorie coronam.
Secundum Matheum. vii
In illo tempore. Dixit iesus di

scipulis suis. Multi dicent michi in illa die dñe dñe nōne in nomīe tuo prophetauimus et in nomine tuo demonia eiecimus: et in nomine tuo virtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis: quia nunq̄ no ui vos. Discedite a me omnes: qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba mea hec et facit ea: assimilabitur viro sapienti qui edificauit domū suā supra petram. Et descendit pluuia et venerunt flumina et flauerūt venti et irruerunt in domum illam: et non cecidit. Fūdata eni erat super petram Et omis qui audit verba mea hec et non facit ea: similis erit viro stulto/ qui edificauit domū suā super arenam. Et descēdit pluuia et venerūt flumina et flauerūt venti et irruerūt in domū illā et cecidit: et fuit ruina eius magna Et factū est cū consummasset iesus verba hec: āmirabātur turbe super doctrina ei⁹ Erat eni docēs eos: sicut potestatē habēs.

Dñica quarta Introitus

Dominus illuīatio mea et salus mea quē timebo dñs defēsor vite mee a quo trepidabo q̄ tribulāt me iimici mei ifirmati sūt ꝛ ceciderūt. ps. Si cōsistāt aduersū me castra nō timebit cor meū. Colla.

Protector in te sperātiū de⁹ sine quo nichil est validū nichil sāctū multiplica sup nos miam tuam: vt te rectore te duce sic transeam⁹ per bona tēporalia vt nō amittam⁹ eterna. p do. Ad Romanos. viii

Fratres. Existimo eni q̄ nō sūt cōdigne passiōes hui⁹ tēporis: ad futurā gloriā q̄ reuelabit̄ i nobis Nā expectatio creature: reuelationē filiorū dei expectat. Vanitati eni creatura subiecta est nō volēs sed ꝓpter eū q̄ subiecit eā in spe/ qr et ipsa creatura liberabit̄ a seruitute corruptionis/ in libertatē glorie filiorum dei. Scim⁹ eni q̄ ois creatura igemiscit: et parturit vsq; adhuc. Nō solū aūt illa sed et nosipsi primicias spirit⁹ habētes/ et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorū dei/ expectātes redēptionē corporis nr̄i. In xp̄o iesu dño nostro. R̄. Propici⁹ esto dñe pctis nostris neqn̄ dicāt gētes vbi est deus eorū V̄. Adiuua nos deus salutaris noster et ꝓpter honorē nois tui dñe libera nos. Alleluia. V̄. Dñe ī virtute tua letabit̄ rex et sup salutare tuū exultabit vehementer.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipl'is suis Se. lucā. vi. Estote misericordes/ sicut et pater vester misericors est Nolite iudicare/ et nō iudicabimini. Nolite cōdēnare/ et nō cōdēnabimini. Dimittite/ et dimittemini. Date et dabit̄ vobis. Mēsurā bonā et cōfertā et coagitatā et sup effluentē dabūt in sinū vr̄m. Eadē q̄ppe mēsura qua mēsi fueritis/ remetiet̄ vobis. Dicebat aūt et illis similitudinē. Nunqd potest cecus cecū ducere: Nōne ābo in foueā cadūt Nō est discipul⁹ sup magistrū. Perfect⁹ aūt ois erit/ si sit sicut magister ei⁹. Quid aūt vides festucā in oculo fratris tui/ trabē aūt q̄ in oculo tuo est nō cōsideras: Aut quō potes dicere fratri tuo/ frat̄ sine eiiciā festucā de oculo tuo ip̄e trabē i oc'lo tuo nō vides Hypocrita eiice primū trabē de

oc̄lo tuo: ⁊ tūc pſpicies vt educas fe
ſtucā:de oculo frīs tui. Offer. Illumi
na oculos meos ne vnq̄ obdormiam in
morte nequando dicat iīmicus meus pre
ualui aduerſus eum. Secreta.

Reſpice dñe munera ſupplicā
tis eccleſie:et ſaluti credentiū
perpetua ſanctificatione ſumenda
cōcede. P do. Coio. Dñs firmamentū
meum et refugiū meū et liberator meus
deus meus adiutor meus. Poſtcoio

Sancta tua nos dñe ſūpta vi
uificēt:et mie ſēpitne ꝑparēt
expiatos. P dñm. Feria.iiii.

Lectio epſe beati petri apli. ii.i.

Chariſſimi. Magis ſatagite vt
per bona opera certam veſtrā
vocationē et electionē faciatis. Hec
eni faciētes:nō peccabitis aliquādo
Sic ei abūdāter miſtrabitur vobis
introitus in eternū regnū dñi/⁊ ſal
uatoris noſtri ieſu xp̄i. Propter qđ
vos incipiā ſemper commonere de
his: et quidē ſcientes et cōfirmatos
vos in preſēti veritate. Juſtum antē
arbitror q̄diu ſum in hoc taberna
culo ſuſcitare vos in cōmonitione:
certus ꝙ velox eſt depoſitio taberna
culi mei:ſecundū ꝙ et dñs noſter ie
ſus chriſtus ſignificauit michi. Da
bo aūt operā et frequēter habere voſ
poſt obitū meū:vt horū omniū me
moriam faciatis. Nō eni idoctas fa
bulas ſecuti notā fecimꝰ vobis dñi
noſtri ieſu xp̄i virtutē et preſciētiam
ſed ſpeculatores facti illiꝰ magnitu
dis. Accipiēs a deo p̄re honorē ⁊ gl̄az

In illo tp̄e. Offe Se.mar.x.
rebant ieſu paruulos:vt tāge
ret illos. Diſcipuli aūt: cōmiabant
offerētibꝰ. Quos cū videret ieſus in
digne tulit. Et ait illis. Sinite par
uulos venire ad me:et ne prohibue
ritis eos. Taliū eni eſt regnū celorū
Amen dico vobis: quiſquis non re
ceperit regnū dei velut paruulus:
nō itrabit in illud. Et cōplexās eos/
et iponēs manꝰ ſup illos: benedice
bat eos. Fe.vi. Lcō epſe b.io.apli. i.ii.

Chariſſimi. Nō madatū nouū
ſcribo vobis:ſed mādatū vetꝰ
qđ habuiſtis ab inicio Mādatū vetꝰ
eſt:verbū qđ audiſtis. Iterū māda
tum nouū ſcribo vobis qđ eſt verū i
ipſo et i vobis:qm̄ tenebre trāſierūt:
et verū lumē iā lucet. Qui dicit ſe in
luce eſſe et fratrē ſuū odit:i tenebris
eſt vſqȝ adhuc. Qui diligit fratrē ſu
um i luie manet:et ſcādalū i eo nō ē
Qui aūt odit fratrē ſuū i tenebris ē
et i tenebris ābulat: ⁊ neſcit quo eat
qr tenebre obcecauerūt oculos eius.
Scribo vobis filioli qm̄ remittūtur
vobis pctā ꝓpter nomē eiꝰ. Scribo
vobis p̄res/qm̄ cognouiſtis eū q̇ ab
iicio ē Scribo vobis adoleſcētes/qm̄
viciſtis malignū. Scribo vobis ifā
tes/qm̄ cognouiſtis patrē. Scribo
vobis iuuenes qm̄ fortes eſtis/⁊ ver
bū dei manet in vobis. S.math.xxi

In illo tp̄e. Cū veniſſet ieſus in
tēplū/acceſſerūt ad eū docentē
pricipes ſacerdotū et ſeniores popu
li dicētes. In qua ptāte hec facis. Et
q̇s dedit tibi hāc poteſtatē: Reſpon
dēs ieſus/ait illis. Interrogabo vos
et ego vnū ſermonē quē ſi dixeritis
michi et ego dicā vobis i qua ptāte
hec facio. Baptiſmum iohānis vn
de erat:e celo an ex hominibus: At

illi cogitabant inter se: dicētes. Si dixerimus e celo: dicet nobis: quare ergo non credidistis illi? Si autē dixerimus ex hominibus: timemus turbam. Omnes enim habent iohānē: sicut prophetā. Et respōdētes iesu: dixerūt. Nescim⁹ Ait illis et ipse Nec ego dico vobis: in qua potestate hec facio. Sabbato

Lcō epl'e beati iohānis apl'i. i.ii.

Filioli nouissima hora est. Et sicut audistis quia antichrist⁹ venit: nunc antichristi multi facti sunt. Unde scimus: quia nouissima hora est. Ex nobis prodierunt: sed non erant ex nobis. Nam si fuissēt ex nobis: permansissent vtiqȝ nobiscum. Sed vt manifesti sint: quoniam non sunt omēs ex nobis. Sed vos vnctionem habetis a sancto: et nostis omnia. Nō scripsi vobis quasi ignorātibus veritatē: sed quasi scientibus eam et quoniā omē mēdacium ex veritate nō est. Quis est mēdax: nisi is qui negat quoniā iesus non est christus? Hic est antichristus qui negat patrem et filiū. Omnis qui negat filium/nec patrem habet qui confitetur filium: et patrem habet. Secundū matheū. viii.

In illo tempore. Videns iesus turbas multas circū se: iussit discipulos ire trās fretū. Et accedēs vn⁹ scriba: ait illi. Magister sequar te quocunqȝ ieris? Et dicit ei iesus. Uulpes foueas habēt et volucres celi nidos filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Alius autē discipulus eius: ait illi. Domie: permitte me primum ire: et sepelire patrē meū Jesus autē ait illi. Sequere me: et dimitte mortuos: sepelire mortuos suos. Dñica. v. Introitus

Exaudi domine vocem meā qua clamaui ad te adiutor meus esto ne derelinquas me neqȝ despicias me de⁹ salutaris meus. Ps. Dñs illumiatio mea et salus mea quē timebo. Collecta.

Da nobis q̄s domine vt et mūdi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur: et ecclesia tua trāquilla deuotione letetur. Per dñm.

Lectio epl'e bti petri apl'i. i.iii.

Charissimi. Omēs vnanimes in oratione estote: compatiētes fraternitatis amatores/misericordes/modesti/humiles/nō reddētes malū pro malo / vel maledictū pro maledicto/sed econtrario benedicentes: quia in hoc vocati estis vt benedictionē hereditate possideatis Qui enī vult vitā diligere et videre dies bonos: coherceat linguam suā a malo: et labia eius ne loquant̄ dolū. Declinet aūt a malo/ et faciat bonū: inqrat pacē et sequat̄ eā. Quia oculi dñi sup iustos: et aures ei⁹ in preces eorū. Uultus autē dñi: super faciētes mala. Et q̄s est q̄ vobis noceat si boni emulatores fueritis Sed et si qd patimini ppter iusticiā: bti Timorē aūt eorū ne timueritis: vt nō cōturbemini. Dñm aūt xp̄m sā ctificate: i cordib⁹ vr̄is. R. protector noster aspice deus et respice sup seruos tuos. V. Dñe deus virtutū exaudi p̄ces seruorū tuorū. Allā V. Oēs gētes plaudite manibus iubilate deo in voce exultatiōis

Secundum Lucam. v.

In illo tpe. Cū turbe irruerent in iesū vt audirēt verbū dei: et ipse stabat secus stagnū genezareth Et vidit duas naues stantes secus stagnū: piscatores aūt descenderant et lauabant rethia. Ascendēs aūt in vnā nauim que erat simonis: rogauit eū vt a terra reduceret pusillum Et sedens docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autē loqui: dixit ad simonē. Duc in altum: et laxate retia vestra in capturā. Et respondēs simon: ait illi. Preceptor per totā noctē laborantes nichil cepimus: in verbo autē tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissēt: cōcluserūt pisciū multitudinē copiosā. Rūpebat autē rete eorū. Et annuerūt sociis qui erāt in alia naui vt venirēt: et adiuuarent eos. Et venerūt et īpleuerūt ambas nauiculas: ita vt pene mergerētur. Quod cū videret simō petrus: pcidit ad genua iesu dicens. Exi a me: qr homo peccator sū dñe. Stupor eī circūdederat eum et oēs qui cum illo erant: in captura pisciū quā ceperāt. Similiter aūt iacobū et iohannē filios zebedei: qui erāt socii simonis. Et ait ad simonē iesus. Noli timere: ex hoc iā hoīes eris capiēs. Et subductis ad terram nauibus: relictis oībus secuti sunt eum. Offr.

Benedicā dñm qui tribuit michi intellectum prouidebā dñm in cōspectu meo sēper qm̄ a dextris est michi ne cōmouear.

Oblationibus q̄s dñe Secre. placare susceptis et a te etiam nostras rebelles compelle propici⁹ voluntates Per dñm Coio. Vnā petii a domino hanc requiram vt inhabitē i domo domini omnibus diebus vite mee.

Postcōmunio.

Quos celesti dñe alimento saciasti pīa q̄s: vt a nostris mūdemur occultis: et ab hostiū liberemur insidiis. P dñm. Feria.iii.

Lectio epl'e beati petri apl'i. ii.iii.

Hanc ecce vobis charissimi secundā scribo epistolam: in q̄bus excito vestram in cōmonitione sinceram mentem: vt memores sitis eorū que predixi verborum a sanctis prophetis et apl'orū vestrorū preceptorum dñi et saluatoris. Hoc primū scientes ꝙ veniēt in nouissimis dieb⁹ in deceptiōe illusores iuxta ppias concupiscētias ābulātes dicētes. Vbi est pmissio aut aduēt⁹ eius. Ex quo eni patres dormierūt oīa sic perseuerāt ab īicio creature. Latet eni eos hoc volētes ꝙ celi erāt prius et terra de aqua et per aquā consistēs dei verbo: per que ille tūc mūdus aqua inūdatus periit. Celi aūt qui nūc sunt et terra eodē verbo repositi sunt igni seruati in diē iudicii: et perditionis impiorū hominū. Vnū vero hoc non lateat vos charissimi: quia vnus dies apud dñm sicut mille āni: et mille anni sicut dies vnus. Non tardat dñs promissionē suā sicut quidā existimāt: sed patiēter agit ppter vos nolēs aliquos perire: sed oēs ad penitētiā reuerti.

Secundū matheum. xxi.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Homo quidā habebat duos filios et accedēs ad primū dixit. Fili: vade hodie operari in vineam meā. Ille autē respōdens: ait

Nolo. Postea penitētia motus abi-
it. Accedēs aūt ad alterū: dixit simi-
liter. At ille respōdens ait. Eo domi
ne. Et nō iuit. Quis ex duobus fe-
cit voluntatē patris? Dicunt ei. Pri
mus. Dicit illis iesus. Amē dico vo
bis: quia publicani et meretrices p̄-
cedent vos in regno dei Venit enim
ad vos iohannes in via iusticie: ⁊ nō
credidistis ei. Publicani aūt et me-
retrices crediderūt ei. Vos autē vidē
tes: nec penitentiā habuistis postea
vt crederetis ei Qui habet aures au
diēdi: audiat. Feria sexta.

Lectio ep̄le bt̄i petri ap̄li. ii. iii.

Unum hoc nō lateat vos cha-
rissimi quia vnus dies apud
dn̄m sicut mille anni: et mille anni
sicut dies vnus. Nō tardat dn̄s pro-
missionē suā sicut quidā existimāt/
sed patienter agit propter vos nolēs
aliquos perire: sed omēs ad peniten
tiā reuerti. Adueniet aūt dies dn̄i vt
fur: in quo celi magno impetu trā-
sient: elementa vero calore soluent̄:
terra autē et que in ipsa sunt opera
exurentur. Cum igitur hec oīa dis-
soluēda sint quales oportet vos esse
in sāctis cōuersationibus/ et pietati
bus expectātes et pperātes in aduē-
tū diei dn̄i: per quē celi ardētes sol-
uent̄/ et elemēta ignis ardore tabe-
scēt Nouos vero celos et nouā terrā
et promissa ipsius expectam⁹: ī qb⁹
iusticia habitat Propt̄ qd̄ charissimi
hec expectātes: satagite īmaculati et
inuiolati ei īueniri ī pace. Et dn̄i nr̄i
iesu xp̄i longanimitatē salutē arbi-
tramini: sicut et charissimus frater
noster paul⁹ secūdū sibi datā sapiēti
am scripsit vobis sicut et in oīb⁹ epi
stolis loquēs ī eis de his in qb⁹ sūt q̄
dā difficilia intellectu que īdocti et
instabiles deprauāt: sicut et ceteras
scripturas ad suā ipsorum perditio
nē. Vos igitur fratres presciētes cu-
stodite ne insipientiū errore tradu-
cti excidatis a ppria firmitate. Cre
scite vero in gratia ⁊ ī cognitiōe dn̄i
nostri et saluatoris iesu christi. Ipsi
gloria et nunc et in diē eternitatis.
Amē. Secundū Matheum. xvii.

In illo tp̄e: Interrogauerūt ie-
sū discipuli eius dicētes Quid
ergo scribe dicūt ꝙ helyā oportet pri
mū venire? At ille respōdes ait eis.
Helyas quidē ventur⁹ est: et restituet
oīa. Dico aūt vobis: qr helyas iā ve-
nit: et nō cognouerūt eū: sed fecerūt
in eo quecūqꝫ voluerūt. Sic ⁊ filius
hoīs passur⁹ ē ab eis. Tūc intellexe-
rūt discipl̄i: qr de iohāne baptista di
xisset eis. Et cū venisset ad turbā: ac
cessit ad eū homo genibus puolut⁹
ante eum dicēs. Dn̄e miserere filio
meo qr lunatic⁹ est: et male patitur.
Nā sepe cadit ī ignē: ⁊ crebro ī aquā.
Et obtuli eū discipl̄is tuis: et nō po
tuerūt curare eū Respōdēs aūt iesus
ait. O gn̄atio īcredula et peruersa:
quousqꝫ ero vobiscū? Usqꝫquo pati-
ar vos? Afferte huc illū ad me Et in
crepauit illū iesus: et exiit ab eo de-
moniū. Et curat⁹ ē puer: ex illa hora
Sabbō Lcō ep̄le b. iohis ap̄li i. ii

Charissimi: Vos qd̄ audistis
ab initio in vobis permane-
at: quia si in vobis permāserit qd̄
audistis ab inicio: ⁊ vos ī filio et pa
tre manebitis. Et hec est repromis-

sio quam ipe pollicitus est nobis vi
tam eternā. Hec scripsi vobis de his
qui seducunt vos. Et vos vnctionē
quam accepistis ab eo: maneat ī vo
bis. Et non necesse habetis vt aliq̄s
doceat vos: sed sicut vnctio eius do-
cet vos de omnibus. Et verum est et
non est mendacium. Et sicut docu-
it vos: manete in eo. Et nunc filioli
manete in eo: vt cū apparuerit ha-
beamus fiduciam et non confun-
damur ab eo in aduētu eius. Si sci
tis quoniā iustus est: scitote quoni-
am et oīs q̄ facit iusticiam ex ipso
natus est. Videte qualem charitatē
dedit nobis pater: vt filii dei nomi-
nemur et simus. Propter hoc mun-
dus non nouit nos: quia non nouit
eum. Charissimi nūc filii dei sum⁹
et nondū apparuit q̄d erimus. Sci
mus quoniam cum apparuerit si-
miles ei erimus: quoniā videbimus
eum sicuti est. Et omnis qui habet
hāc spem in eo: sāctificat se sicut et
ille sāctus est. Scdm matheū. ix.

IN illo tempore: Videns iesus
turbas misertus est eis: q2 erāt
vexati et iacentes sicut oues nō ha-
bentes pastorem. Tunc dixit disci-
pulis suis. Messis quidē multa: ope
rarii autē pauci. Rogate ergo dūm
messis: vt mittat operarios in mes
sem suam. Et conuocatis duodeci
discipulis suis / dedit eis potestatē
spirituum imundorū vt eiicerēt eos
et curarent oēm languorē ⁊ oēm in-
firmitatē. Dñica. vi. Introitus

DOminus fortitudo plebis
sue et protector salutarium
christi sui est saluum fac po
pulum tuum dñe et benedic heredi-
tati tue et rege eos vsq3 in seculū. Ps
Ad te domine clamabo deus meus ne si-
leas a me nequando taceas a me: et assi-
milabor descendentibus in lacū. Colla.

DEus qui diligētibus te bona
inuisibilia preparasti infun-
de cordibus nostris tui amoris affe
ctum: vt in omnibus te et super oīa
diligentes: promissiones tuas que
omne desiderium superāt cōsequa-
mur. Per do. Ad Romanos. vi. ca

FRatres: Quicūq3 baptizati su
mus in christo iesu: ī morte ip-
sius baptizati sumus. Consepulti
enim sum⁹ cum illo per baptismū
in mortē: vt quomodo christus sur-
rexit a mortuis per gloriam patris/
ita et nos in nouitate vite ambule-
mus Si ei cōplātati facti sumus si
militudini mortis eius: simul et re-
surrectionis erimus. Hoc sciētes q2
vetus homo noster simul crucifix⁹
est vt destruatur corpus peccati: vt
vltra non seruiamus peccato. Qui
enī mortuus est: iustificatus ē a pec
cato. Si aūt mortui sumus cū xpo:
credimus quia simul etiā viuemus
cum illo. Sciētes q xp̄s resurgēs a
mortuis iam nō morit mors illi vl-
tra nō dñabit. Quod enī mortuus
est pctō: mortuus est semel q aūt vi-
uit: viuit deo. Ita et vos existimate
vos mortuos q̄dē esse peccato: viuē-
tes aūt deo. In xp̄o iesu: dño nro. R.
Cōuertere dñe aliquātulū et deprecare su
per seruos tuos. V. Dñe refugium factus
es nobis a generatiōe et pgenie. Alla.
V. Te decet hymnus deus in syō et tibi
reddet votū in hierusalē. S. matheū. v.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Amē dico vobis: nisi abūdauerit iusticia vestra plusq̄ scribarū et phariseorū: non intrabitis in regnū celorū. Audistis quia dictum est antiquis: Nō occides. Qui autē occiderit: reus erit iudicio. Ego autē dico vobis: quia omnis qui irascit' fratri suo: reus erit iudicio. Qui autē dixerit fratri suo racha: re' erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuū ad altare: et ibi recordatus fueris quia frater tu' habet aliquid aduersū te: relinque ibi munus tuū ante altare: et vade prius reconciliari fratri tuo. Et tūc veniens: offeres munus tuum. Offert.

Perfice gressus meos in semitis tuis: vt nō moueantur vestigia mea: inclina aurē tuā et exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperātes in te domine. Secreta.

Propiciare dn̄e supplicationibus nostris: vt has oblatiōes famulorū famularūq; tuarū benignus assume: vt quod singuli obtulerunt ad honorē nōis tui: cūctis pficiat ad salutē. P. Coion. Circuibo et immolabo in tabernaculo eius hostiā iubilatiōis: cātabo et psalmū dicā dn̄o. Postcō.

Mysteria nos dn̄e sūpta viuificent: et suo munere tueantur. P. Feria iiii. Lco epl'e b. iohis apl'i. i. iii.

Filioli nemo vos seducat. Qui facit iusticiā iustus est: sicut et ille iustus est. Qui facit pctm̄ ex diabolo est: qm̄ ab inicio diabolus peccat. In hoc apparuit fili' dei: vt dissoluat opera diaboli. Ōis qui nat' est ex deo peccatū nō facit: qm̄ semē ipsius in eo manet: et nō potest peccare: qm̄ ex deo natus est. In hoc manifesti sūt filii dei et filii diaboli. Ōis qui nō est iustus: nō est ex deo: et qui nō diligit fratrem suū. Quoniam hec est annūciatio quam audistis ab inicio: vt diligatis alterutrū. Nō sicut caym qui ex maligno erat: et occidit fratrem suum. Et ppter quid occidit eū? Qm̄ opera ei' maligna erāt fratris autē eius iusta. Nolite mirari fratres: si odit vos mūdus. Nos scimus quoniā trāslati sumus de morte ad vitā: quoniā diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Ōis qui odit fratrē suū: homicida est. Et scitis quoniā omnis homicida: non habet vitā eternā in se manentē. In hoc cognouimus charitatē dei: qm̄ ille aīam suā p nobis posuit: et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiā huius mūdi et viderit fratrē suum necesse habere et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei non diligamus verbo neq; lingua: sed opere et veritate. Secundū marcū. x.

In illo tp̄e. Cū egressus esset iesus in via: precurrēs quidā genuflexo ante eū: rogabat eū dicens. Magister bone: quid faciam vt vitā eternam percipiam? Jesus autem dixit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi vnus deus. Precepta nosti? Ne adulteres / ne occidas / ne fureris / ne falsum testimoniū dixeris: ne fraudē feceris. Honora patrē tuū et matrem. At ille respondens:

ait illi. Magister: hec omnia obser-
uaui a iuuentute mea. Jesus aūt in
tuit⁹ eū dilexit eū: ⁊ dixit ei. Unū tibi
deest. Uade quecūq; habes vende et da
paupib⁹: et habebis thesaurū i celo.
Et veni: sequere me. Feria .vi.
Lcͦ ep̄le bti iohis ap̄li. .i. iiii.

Charissimi: Si cor nostrū nō
reprehenderit nos fiduciā ha-
beamus ad deum et quicquid petie
rimus accipiemus ab eo: quoniam
mandata eius custodim⁹ et ea que
sunt placita coram eo facimus. Et
hoc est mandatū eius vt credamus
in nomine filii eius iesu christi et di
ligam⁹ alterutrum: sicut dedit mā-
datum nobis. Et qui seruat māda-
ta eius / in illo manet: et ipse in eo.
Et in hoc scimus: quoniā manet in
nobis de spiritu quem dedit nobis.
Charissimi nolite omi spiritui cre-
dere: sed pbate spiritus si ex deo sint
Quoniā multi pseudo prophete ex-
ierunt in mundum. In hoc cogno-
scitur spiritus dei. Omnis spiritus
qui confitetur iesum christū in car-
ne venisse: ex deo est. Et omnis spiri
tus qui soluit iesum: ex deo non est
Et hic est antichristus de quo audi-
stis qm̄ venit: et nūc iā in mūdo est.
Uos ex deo estis filioli et vicistis eū
qm̄ maior est q̄ i vobis est: q̄ qui in
mundo. Ipsi de mundo sūt ideo de
mundo loquūtur: et mūdus eos au
dit. Nos ex deo sumus: Qui nouit
deū audit nos: qui non est ex deo nō
audit nos. In hoc cognoscimus: spi
ritū veritatis: et spiritū erroris. Cha
rissimi diligamus nos inuicē: quo-
niā charitas ex deo est. Et oīs qui di

ligit fratrem suū ex deo natus est: ⁊
cognoscit deū. Secundū Marcū. v.

In illo tp̄e: Uenit iesus in regi-
onem gerasenorum. Et exeun
ti ei de naui statim occurrit de mo
numētis homo in spiritu immun
do: qui domicilium habebat in mo
numentis. Et neq; cathenis iā quis
q̄ poterat eū ligare: quoniam sepe
compedibus et cathenis vinctus di
rupisset cathenas et compedes cō
minuisset: et nemo poterat eum do
mare. Et semper die ac nocte in mo
numētis ⁊ in mōtibus erat clamās
et concidens se lapidibus. Uidēs au
tem iesum a longe: cucurrit et ado-
rauit eū. Et clamans voce magna:
dixit. Quid michi et tibi iesu fili dei
altissimi. Adiuro te per deū: ne me
torqueas. Dicebat eni illi. Exi spiri
tus immunde ab homine isto. Et in-
terrogabat eum. Quod tibi nomen
est. Et dixit ei. Legio michi nomen
est: quia multi sumus. Et depreca-
batur eum multū ne se expelleret ex
tra regionem. Erat autem ibi circa
montem grex porcorū magnus pa-
scens in agris. Et deprecabātur eū
spiritus dicentes. Mitte nos in por-
cos: vt in eos introeamus. Et cōces-
sit eis statim iesus. Et exeuntes spi
ritus immundi: introierūt i porcos
Et magno impetu grex precipitat⁹
est in mari ad duo milia: et suffoca
ti sūt i mari. Qui autē pascebāt eos
fugerūt et nunciauerunt in ciuita-
tem et in agros. Et egressi sunt vide
re quid esset factum. Et venerūt ad
iesum et vident illum qui a demo-
nio vexabatur sedētem vestitū et sa-

ne mentis et timuerunt. Et narra-
uerunt illis qui viderāt qualiter fa
ctum esset ei qui demonium habu-
erat: et de porcis. Et rogare ceperūt
eum: vt discederet de finibus eorū.
Cumqȝ ascenderet nauim: cepit illū
deprecari qui a demōio vexatus fu
erat: vt esset cum illo: et nō admisit
eum: sed ait illi. Vade in domū tuā
ad tuos: et annuncia illis quāta ti-
bi dominus fecerit: et misertus sit
tui. Et abiit et cepit predicare in de
capoli quanta sibi fecisset iesus: et
omēs mirabātur. Sabbato. Le-
ctio epl'e bti iohānis apostoli. i.v.c

C haríssimi. Omīs qui credit
qm̄ iesus est xp̄s: ex deo nat⁹
est. Et omis qui diligit eum qui ge
nuit: diligit et eum qui natus est ex
eo. In hoc cognoscimus / qm̄ diligi-
mus natos dei cum deū diligam⁹ /
et mandatum eius faciamus. Hec
eni est dei charitas vt mādata eius
custodiamus / et mandata eius gra
uia non sunt. Qm̄ oē quod natum
est ex deo vincit mundū: et hec est vi
ctoria que vincit mundū: fides no-
stra. Quis est autē qui vincit mun
dū: nisi q̇ credit qm̄ iesus est xp̄s fi-
lius dei. Scdm Marcū. vi.c.

I N illo tempore. Cōuocatis ie-
sus duodecim discipulis cepit
eos mittere binos et dabat eis pote
statē spirituū imūdorꝫ. Et precepit
eis ne quid tollerēt in via: nisi vir-
gā tantū. Nō peram / nō panem / ne
qȝ in zona es: sed calciatos sādaliis
et ne induerentur duabus tunicis.
Et dicebat eis. Quocūqȝ introieri-
tis in domū: illic manete donec exe
atis inde. Et quicūqȝ nō receperint
vos / nec audierint: exeuntes inde ex
cutite puluerē de pedibus vestris in
testimoniū illis. Et exeūtes predica
bant vt penitentiā agerēt: et demo
nia multa eiiciebant. Et vngebāt
oleo multos egros: et sanabantur.

Dñica septima Ad missā. Introit⁹

O Mnes gentes plaudite ma
nibus iubilate deo in voce
exultationis alleluia alľa.
ps. Subiecit populos nobis: et gētes sub
pedibus nostris. Collecta

D Eus virtutū cuius est totum
quod est optimū isere pecto-
ribus nostris amorē tui nominis et
presta in nobis religionis augmen
tū: vt que sūt bona nutrias / ac pie-
tatis studio que sūt nutrita custodi
as. Per. Ad Romanos. vi.c.

F Ratres: Humanum dico: pro-
pter infirmitatē carnis vestre
Sicut eni exhibuistis mēbra vestra
seruire imūdicie et iniquitati ad in
iquitatē. ita nūc exhibete mēbra ve-
stra seruire iustitie in sanctificatio
nē. Cū eni serui essetis peccati: libe-
ri fuistis iustitie. Quē ergo fructū
habuistis tūc in illis: in quibus nūc
erubescitis: Nā finis illorū mors ē.
Nūc vero liberati a pctō: serui autē
facti deo habetis fructū vestrū in sā
ctificationē. finē vero vitam eternā
Stipēdia enim pcti mors. Gratia
autē dei: vita eterna. In christo iesu
dño nostro. R. Venite filii audite me
timorē dñi docebo vos. V. Accedite ad eū
et illuminamini et facies vestre non con
fundentur. A lleluia. V. In te dñe spe-
raui nō cōfūdar in eternū in iustitia tua

libera me et eripe me inclina ad me aurẽ tuam accelera vt eripias me.

Secundum Marcum. viii

IN illo tẽpore. Cũ turba multa esset cũ iesu nec haberẽt qđ manducarent: cõuocatis discipulis ait illis. Misereor super turbam: q₂ ecce iã triduo sustinent me: nec habent quod mãducent. Et si dimisero eos ieiunos in domũ suã. deficient in via. Quidã autẽ ex eis de lõge venerũt. Et responderunt ei discipuli sui. Unde istos poterit quis saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septẽ. Et precepit turbe discũbere super terram Et accipiẽs septem panes gratias agẽs fregit: et dabat discipulis suis vt apponerent / et apposuerũt turbe Et habebant pisciculos paucos: et ipsos benedixit / et iussit apponi. Et manducauerũt et saturati sũt. Et sustulerũt quod superauerat de fragmẽtis. septẽ sportas. Erãt autem qui mãducauerant quasi quatuor milia / et dimisit eos. Offertorium Sicut in olocaustũ arietũ et taurorꝝ et sicut in milibus agnorꝝ pinguiũ sic fiat sacrificiũ nostrum in cõspectu tuo hodie vt placeat tibi quia nõ est cõfusio cõfidentibus in te dñe. Secreta.

PRopiciare dñe supplicationibus nostris et has populi tui oblationes benignus assume: et vt nullius sit irritũ votũ et nullius vacua postulatio: presta q̃s: vt quod fideliter petimus efficaciter cõsequamur. Per dñm. Coio. Inclina autem tuã accelera vt eruas nos. Postcoio.

REpleti sumus dñe muneribꝰ tuis: tribue q̃s: vt eorũ pariter et mũdemur effectu et muniamur auxilio. Per dñm nostrum iesum.

Feria quarta Lectio epistole beati iohannis apostoli. i. v. c.

Charissimi. Hec scribo vobis vt sciatis qm̃ vitã habetis eternã q̃ creditis in noĩe filii dei. Et hec est fiducia quã habemus ad deũ: q₂ quecũqꝫ petierimus scđm voluntatem eius: audit nos. Et scimus q̃a audit nos: quicqđ petierimus. Scimus qm̃ habemus petitiões quas postulamus ab eo. Quis scit fratrẽ suũ peccare peccatũ non ad mortẽ: petat et dabitur ei vita peccãti non ad mortẽ. Est peccatũ nõ ad mortẽ: non ꝑ illo dico vt roget quis. Ois iniq̃tas pctm̃ est / et est pctm̃ ad mortẽ. Scimus q̃a ois qui natus est ex deo nõ peccat: sed generatio dei cõseruat eũ: et malignus nõ tãget eũ. Scimus qm̃ ex deo sumus: et mũdus totus in maligno positus est. Et scimus qm̃ filius dei venit et dedit nobis sensũ vt cognoscamus verũ deũ / et scimus in vero filio eius. Hic est verus deus et vita eterna

Secundum Matheum. xvi.

IN illo tẽpore. Accesserũt ad iesũ pharisei et saducei tẽtãtes: et rogauerũt eũ vt signũ de celo ostẽderet eis. At ille respõdens: ait illis Facto vespere dicitis: serenũ erit rubicũdũ est enĩ celũ. Et mane hodie tẽpestas rutilat enĩ triste celũ: faciẽ ergo celi diiudicare nostis: signa autẽ tẽporũ nõ potestis. Generatio mala et adultera signũ querit / et si

gnum non dabitur ei: nisi signum
ione prophete. Et relictis illis abiit
Et cū venissent discipuli eius trans
fretum: obliti sunt panes accipe-
re. Qui dixit illis. Intuemini et ca-
uete a fermēto phariseorū et saduce
orū. At illi cogitabāt iter se dicētes.
Quia panes nō accepimus. Sciēs
autē iesus: dixit. Quid cogitatis in
ter vos modice fidei: q̄a panes non
habetis? Nōdū itelligitis/neqꝫ recor
damini quinqꝫ panū/ et quinqꝫ mi
lia hoim: ꝛ quot cophinos sūpsistis
Neqꝫ septē panū et quattuor milia
hoim: et quot sportas sumpsistis?
Quare nō intelligitis: q2 nō de pa-
ne dixi vobis: cauete a fermēto pha
riseorū et saduceorꝫ. Tūc intellexe-
rūt q̄a nō dixerit cauendū a fermē-
to panū: sed a doctrina phariseorū
et saduceorū. Feria sexta.
Lectio libri Regum. i.i.c.

IN diebus illis. Ascendit autē
helcana et oīs domus eius: vt
imolaret dño hostiā solennē et vo-
tū suū: et anna nō ascēdit Dixit eni
viro suo. Nō vadā donec ablactet̄ i
fās: et ducā eū vt appareat ante cō
spectum dñi: et maneat ibi iugiter
Et ait ei helcana vir suus. Fac qd̄
bonū tibi videt̄/ et mane donec abla
ctes eū: precor te vt ipleat dñs verbū
suū. Mansit ergo mulier et lactauit
filiū suū: donec amoueret eū a lacte
et adduxit eū secū postq̄ ablactaue
rat in vitulis tribus/ et tribus mo-
diis farine/ et āphora vini: et addu-
xit eū in domū dñi in sylo. Puer au
tē erat adhuc infātulus. Et imola-
uerūt vitulū: et obtulerunt puerū
hely. Et ait anna. Obsecro mi dñe
viuit aīa tua. Ego sū mulier illa q̄
steti corā te hic/ orās dñm pro pue-
ro isto. Oraui: et dedit mihi dñs pe
titionē meā quā postulaui eū. Id-
circo et ego cōmodaui eū dño cun-
ctis diebus q̄bus fuerit accōmoda
tus dño. Et adorauerunt ibi dñm.
Et orauit anna: et ait. Exultauit
cor meū in dño: et exaltatu3 est cor
meū i deo meo. Scdm Marcū. iiii.

IN illo tēpore. Dixit iesus disci
pulis suis. Cui assimulabim⁹
regnū dei: aut cui parabole cōpara-
bim⁹ illud? Sicut granū synapis
qd̄ cū seminatū fuerit in terrā mi-
nus est oībus seminib⁹ q̄ sūt in ter-
ra/ et cū natū fuerit ascendit in ar-
boribus et fit maius oībus olerib⁹
et facit ramos magnos/ ita vt pos-
sint sub vmbra eius aues celi habi
tare. Et talibus multis parabolis
loquebat̄ eis verbū: prout poterant
audire. Sine parabola autē nō lo-
quebat̄ eis. Seorsū autē discipulis
suis: disserebat omnia. Sabba-
to. Ad Romanos. xv.c.

CErtus sū autē fratres mei et
egoipse de vobis: qm̄ et ipsi
pleni estis dilectione repleti omī sci
entia: ita vt possitis alterutrū mo-
nere. Audatius aute3 scripsi vobis
fratres ex parte tāq̄ memoriā vos
reducens propter gratiā q̄ data est
michi a deo vt sim minister xp̄i iesu
i gētibus/ sāctificās euāgeliū dei vt
fiat oblatio gentiū accepta et sācti
ficata in sp̄ū sācto. Habeo igit̄ glori
am in xp̄o iesu: ad deū. Non enī au
deo aliquid loq̄ eorū que p me nō ef

ficit xp̄s in obedientiã gẽtiũ in ver-
bo et factis in virtute signorũ et p-
digiorum:in virtute spũs sancti.

Secundum Matheum. xii.

IN illo tempore abiit iesus per
sata sabbato:discipuli autem
eius esuriẽtes ceperũt vellere spicas
et mãducare. Pharisei autẽ vidẽtes
dixerũt ei. Ecce discipuli tui faciũt
qđ non licet eis facere sabbatis. At
ille dixit eis. Non legistis q̇d fecerit
dauid quãdo esuriit et q̇ cũ eo erant
quomodo ĩtrauit in domũ dei. et pa
nes ꝑpositionis comedit quos non
licebat ei edere:neq; his qui cum eo
erãt:nisi solis sacerdotibus? Aut nõ
legistis in lege: q̇a sabbatis sacerdo
tes in tẽplo sabbatũ violant et sine
crimine sũt? Dico aũt vobis. q̇a tẽ-
plo maior est hic. Si autẽ sciretis
quid est miam volo et nõ sacrificiũ
nũq̄ condẽnassetis innocentes.

Dñica octaua. Introitus.

SVscepimus deus miam tu
am ĩ medio tẽpli tui scđm
nomen tuũ deus ita et laus
tua in fines terre iustitia plena est
dextera tua. Ps. Magnus dñs et lauda-
bilis nimis: in ciuitate dei nostri in mon
te sancto eius. Collecta.

DEus cuius prouidẽtia in sui
dispositione nõ fallit te sup-
plices exoram⁹: vt noxia cũcta sub-
moueas:et oĩa nobis profutura cõ-
cedas. P dñm Ad Romanos. viii.

FRatres. Debitores sumus nõ
carni: vt scđm carnẽ viuam⁹.
Si enĩ scđm carnẽ vixeritis: morie
mini. Si aũt spũ facta carnis mor
tificaueritis:viuetis. Quicũq; enĩ
spũ dei agũtur:hii sũt filii dei. Non
enĩ accepistis spm̄ seruitutis iterũ ĩ
timore:sed accepistis spm̄ adoptio-
nis filiorũ in quo clamamus:abba
pater. Ipse enĩ spũs testĩoniũ reddit
spũi nostro:q̄ sum⁹ filii dei. Si aũt
filii et heredes. Heredes quidẽ dei:co
heredes autẽ xp̄i. R. Esto michi in de
um protectorẽ et in locũ refugii vt saluũ
me facias. V. Deus in te speraui dñe nõ
cõfundar in eternũ. Alla. V. Attendite
popule me⁹ legẽ meã. S. matheũ: vii.

IN illo tẽpore. Dixit iesus disci
pulis suis. Attẽdite a falsis p
phetis q̇ veniũt ad vos in vestimen
tis ouiũ. ĩtrinsecus autẽ sũt lupi ra
paces. A fructibus eoꝝ:cognoscetis
eos. Nũquid colligũt de spinis vuas
aut de tribulis ficus. Sic oĩs arbor
bona:fruct⁹ bonos facit. Mala au-
tẽ arbor. malos fructus facit. Non
potest arbor bona fruct⁹ malos fa-
cere: neq; arbor mala fruct⁹ bonos
facere. Oĩs arbor q̇ nõ facit fructũ
bonũ excidet:et in ignẽ mittet. Igi-
tur ex fructibus eorū cognoscetis
eos. Nõ oĩs qui dicit michi dñe dñe
intrabit in regnũ celoꝝ: sed qui fa-
cit voluntatẽ patris mei / q̇ in celis
est:ipse intrabit in regnũ celorum.

Offꝫ. Populũ humilẽ saluũ facies dñe
et oculos superborũ humiliabis qm̄ quis
deus preter te domine. Secreta.

DEus qui legaliũ differẽtiam
hostiaꝝ huius sacrificii pce-
ptiõe sanxisti:accipe sacrificiũ a de-
uotis tibi famulis ⁊ pari benedicti
one sicut munera abel sctifica:⁊ qđ
singuli obtulerit ad maiestatis tue
honorẽ cũctis ꝓficiat ad salutẽ. P d

Coio. Gustate et videte qm̄ suauis est dn̄s beatus vir qui sperat in eo. Postcō

Tua nos q̄s dn̄e medicinalis operatio et a nostris peruersitatibus clementer expediat: et ad ea que sūt recta perducat. Per dn̄m

Feria iiii. Lectio libri regū. i. ii. c.

In diebus illis. Samuel autē ministrabat ante faciē dn̄i: puer accinctus ephot lineo. Et tunicā paruā faciebat ei mater sua: quā afferebat statutis diebus ascendēs cū viro suo. vt imolaret hostiā solēnē et votū suū. Et benedixit heli helcane/et vxori eius dixitq3 ei. Reddat tibi dn̄s semen de muliere hac pro fenore qd̄ cōmodasti dn̄o. Et abierūt in locū suū. Visitauit ergo dn̄s annam: et cōcepit et peperit tres filios et duas filias. Et magnificatus est puer samuel apud deum.

Secundum Marcum. ix. c

In illo tēpore. Dixit iohannes ad iesum. Magister: vidimus quēdā in noīe tuo eiiciētē demonia qui nō sequit̄ nos: et prohibuimus eū. Jesus autē ait. Nolite prohibere eū. Nemo est eni qui faciat virtutē in noīe meo: et possit cito male loq̄ de me. Qui eni nō est aduersū vos: pro vobis est. Quisq̄s eni potū dederit vobis calicē aque frigide in noīe meo: q2 xp̄i estis: amē dico vobis nō perdet mercedē suā. Et quisq̄s scandalizauerit vnū ex his pusillis credētibus in me: bonū est eni magis si circundaret̄ mola asinaria collo eius: et in mare mitteret̄. Et si scandalizauerit te manus tua: abscide illā. Bonū est tibi debilē itroire in vitā: q̄ duas manus habentē ire i gehēnā in ignē inextinguibilē: vbi vermis eor̄ nō morit̄: et ignis nō extinguit̄. Et si pes tuus scādalizauerit te: amputa illū. Bonū est tibi claudū itroire in vitā eternā. q̄ duos pedes habentē mitti in gehēnā ignis iextinguibilis: vbi vermis eor̄ non morit̄: et ignis nō extinguit̄.

Feria vi. Lectio libri regū. i. vii. c.

In diebus illis. Ait samuel ad vniuersā domū israel: dicens. Si in toto corde vestro reuertimini ad dn̄m: auferte deos alienos de medio vestri baalim et astaroth/et preparate corda vestra dn̄o / et seruite ei soli/ et eruet vos de manu philistiim. Abstulerūt ergo filii israel baalim et astaroth/et seruiūt dn̄o soli Dixit autē samuel. Cōgregate vniuersū israel in masphat. vt orē p vobis dn̄m. Et cōuenerūt in masphat hauserūtq3 aquā et effuderūt in cōspectu dn̄i/ et ieiunauerūt i die illa atq3 dixerūt tibi peccauimus dn̄e.

Secundum Matheū. xxiii.

In illo tp̄e. Dixit iesus ad turbas iudeorū et principibus sacerdotū. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: q̄ clauditis regnū celorū ante hoīes. Vos eni nō itratis: nec introeūtes sinitis introire. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite q̄ comeditis domos viduarū orōnes lōgas orātes: ppter hoc āplius accipietis iudiciū. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite q̄ circuitis mare et aridā: vt faciatis vnū proselitū. Et cū fuerit factus/facitis eū filium gehēne duplo q̄ vos. Ve vobis duces ceci: q̄

dicitis quicũqꝫ iurauerit per tēpluꝫ nichil est: qui autē iurauerit in auro tēpli debitor est. Stulti et ceci: qđ enī maius est aurū/ an tēplū qđ sãctificat aurū. Et quicūqꝫ iurauerit in altari nichil est: quicũqꝫ autē iurauerit i dono quod est sup illud debet. Ceci: qđ enī maius est donū/ an altare qđ sãctificat donū? Qui ergo iurat in altari: iurat in eo et in oĩbus que sup illud sūt. Et quicũqꝫ iurauerit in tēplo iurat in illo/ et in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in celo iurat in throno dei/ et in eo q̃ sedet sup eū. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite qui decimatis mentam/ et anethū/ et cyminū / et reliq̃stis que grauiora sūt legis iudiciū/ et miam/ et fidē. Hec oportuit facere et illa nō omittere. Sabbato. Ad Romanos. xv. c.

Obsecro igitͬ vos fratres p dominū nostrū iesū xpm/ et per charitatē scti spūs: vt adiuuetis me in oratiōibus vestris pro me ad deū vt liberer ab infidelibus q̃ sūt in iudea ꝛ obsequii mei oblatio accepta fiat in hierusalē sãctis vt veniã ad vos in gaudio p volūtatē dei: vt refrigerer vobiscū. Deus autē pacis: sit oĩbus vobis Amē. Scđm Lucã. x

In illo tēpore. Designauit iesus et alios septuaginta duos et misit illos binos ãte faciē suam in oēm ciuitatē et locū quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis q̃dē multa: operarii autē pauci. Rogate ergo dñm messis. vt mittat operarios in messē suã. Ite ecce ego mitto vos: sicut agnos inter lupos Nolite portare sacculū/ neqꝫ peram/ neqꝫ calciamēta: et neminē salutaueritis per viã. In quãcũqꝫ domū intraueritis: primū dicite pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet sup illū pax vestra. Si autē ad vos reuertetͬ. In eadē autē domo manete edētes et bibētes q̃ apud illos sūt. Dignus est enī operarius mercede sua. Dñica nona. Introit⁹

Ecce deus adiuuat me et dominꝰ susceptor est aĩe mee: auerte mala iĩmicis meis et in veritate tua disperde illos ꝓtector meus dñe. Ps. Deus i noĩe tuo saluū me fac et in virtute tua iudica me.

Largire nobis dñe Collctã. q̄s sēper spm̄ cogitãdi q̃ recta sūt ꝓpitius et agēdi: vt q̃ sine te esse nō possumus: scđm te viuere valeamus. Per do. Ad Corinthios. i. x.

Fratres. Nō simus cōcupiscētes maloꝝ sicut et illi cōcupierunt. Neqꝫ idolatre efficiamini sicut qđã ex ipis: queãdmodum scriptum est. Sedit populus mãducare et bibere: ꝛ surrexerūt ludere Neqꝫ fornicemur sicut quidã ex ipsis fornicati sūt. et ceciderūt vna die viginti tria milia. Neqꝫ tētemus xpꝫ sicut quidã eoꝝ tētauerunt/ et a serpētibus perierūt. Neqꝫ murmuraueritis sicut quidã eoꝝ murmurauerūt/ et perierūt ab exterminatore Hec autē oĩa: in figura cōtingebãt illis. Scripta sūt autē ad correptionē nostrã: in quos fines seculoꝝ deuenerūt. Itaqꝫ qui se existimat stare. videat ne cadat. Tētatio vos nō apprehendat: nisi humana. Fidelis

autē deus est: qui nō patietᷣ vos tē-
tari sup id quod potestis: sed faciet
etiā cū tētatione prouentū: vt possi-
tis sustinere. ℟. Dñe dñs noster q̄ ad-
mirabile est nomen tuū in vniuersa ter-
ra. ℣. Qm̄ eleuata est magnificētia tua
super celos. A lleluia. ℣. Exultate deo
adiutori nostro iubilate deo iacob sumi-
te psalmum iocundū cum cythara.

Secundum Lucam. xvi.

In illo tēpore. Dixit iesus di-
scipulis suis parabolam hāc.
Homo quidā erat diues qui habe-
bat villicum: et hic diffamatus est
apud illū: quasi dissipasset bona ip-
sius. Et vocauit illum: et ait illi.
Quid hoc audio de te? Redde rati-
onē villicationis tue. Iā enī nō po-
teris villicare. Ait autē villicus in-
tra se. Quid faciā: quia dñs meus
aufert a me villicationem. Fodere
nō valeo: mēdicare erubesco. Scio
q̄d faciā: vt cū amotus fuero a villi-
catione: recipiant me in domos su-
as. Cōuocatis itaq̄ singulis debi-
torib⁹ dñi sui: dicebat primo. Quā-
tū debes dño meo? At ille dixit. Cē-
tum cados olei. Dixitq̄ illi. Accipe
cautionē tuā: et sede cito / scribe qui-
quagita. Deinde alio dixit. Tu ve-
ro quātū debes? Qui ait illi. Centū
choros tritici. Ait illi. Accipe litte-
ras tuas / et scribe octogita. Et lau-
dauit dñs villicū iīquitatis q2 pru-
dēter fecisset: q2 filii hui⁹ seculi pru-
dētiores filiis lucis in generatione
sua sunt. Et ego dico vobis. Facite
vobis amicos de māmona iniqui-
tatis: vt cū defeceritis recipiāt vos
in eterna tabernacula. Offr. Iusti-
tie dñi recte letificātes corda et dulciora
sup mel et fauū nā ⁊ seru⁹ tu⁹ custodiet ea

Secre. Suscipe munera q̄s
dñe q̄ tibi de tua largitate de-
ferimus: vt hec sacro sctā mysteria
gratie tue operāte virtute et presē-
tis vite nos cōuersatione sāctificēt
et ad gaudia pducant eterna. Per.

Coio. Primū querite regnū dei et oīa
adiiciētur vobis dicit dñs. Postcoio.

Sit nobis dñe reparatio men-
tis et corporis celeste mysteri-
um: vt cuius exequimur cultū / sen-
tiamus effectū. Per dñm.

Feria quarta. Lectio libri regū. i. xii. c.

In diebus illis. Dixit samuel
filiis israel. Si timueritis do-
minū et seruieritis ei / et audieritis
vocē eius / et nō exasperaueritis os
dñi eritis et vos et rex qui iperat vo-
bis sequentes dñm deū vestrū. Si
autē nō audieritis vocē dñi: sed exa-
speraueritis sermōes eius: erit ma-
nus dñi sup vos / et super patres ve-
stros. Sed et nunc state et videte rē
istā grandē quā facturus est dñs i
cōspectu vestro. Nūquid nō messis
tritici est hodie. Inuocabo dñm / et
dabit voces et pluuias et scietis / et
videbitis: q̄a grāde malū feceritis
vobis in ꝯspectu dñi petētes super
vos regē. Et clamauit samuel ad
dñm / et dedit dñs voces et pluuias
in die illa. Et timuit oīs populus
nimis dñm ⁊ samuelē. Et dixit vni-
uersus populus ad samuelē. Ora
p seruis tuis ad dñz deū tuū / vt nō
moriamur. Addidimus enī vniuer-
sis pctis nostris malū: vt peterem⁹
nobis regē. Dixit autē samuel ad

populũ. Nolite timere. Vos fecistis
vniuersũ malũ hoc. Verũtamẽ no-
lite recedẽ a tergo dñi: sed seruite do
mino in omni corde vestro. et noli-
te declinare post vana que nõ prode
rũt vobis: neq͡ʒ eruent vos quia va-
na sũt/ et nõ derelinquet dñs popu-
lũ suũ propter nomen suũ magnũ
quia iurauit dñs facere vos sibi po
pulũ. Absit autẽ a me hoc pctm̃ in
dño: vt cessem orare pro vobis. ⁊ do
cebo vos viã bonã/ et rectã. Igitur
timete dñm: et seruite ei in veritate
et ex toto corde vro. **Sdm Lucã.** xvi

IN illo tpe. Dixit iesus discipu
lis suis. Qui fidelis est ĩ mini
mo/ et in maiori fidelis est: et qui ĩ
modico iniquus est/ et in maiori in
iquus est. Si ergo in iiquo mãmo-
na non fuistis seruus fidelis quod
verũ est: quis credet vobis? Et si in
alieno fideles nõ fuistis qđ verũ est
quis dabit vobis? Nemo potest du-
obus dñis seruire. Aut enĩ vnũ odi-
et/ et alterũ diliget: aut vni adhere-
bit/ et alterũ ɔtẽnet. Nõ potestis deo
seruire et mãmone. Audiebãt autẽ
oĩa hec pharisei q̃ erãt auari: et deri
debant illũ. Et ait illis. Vos estis q̃
iustificatis vos corã hoibus: de⁹ aũt
nouit corda vestra. Quia qđ hoib⁹
altũ est: abominatio est ante deum

Feria vi. Lectio libri regũ. ii. v. c.

IN diebus illis. Venerunt vni-
uerse tribus israel ad dauid in
hebron dicẽtes. Ecce nos os tuũ et
caro tua sumus. Sed ⁊ heri et nudi
ustertius cũ esset saul rex super nos
tu eras educẽs et reducẽs israel. Di
xit aũt dñs ad te. Tu pasces pplm
meũ israel: et tu eris dux sup israel.
Venerũt quoq͡ʒ et seniores isrl ad re
gẽ in hebron/ et pcussit cũ eis rex da
uid fedus in hebron corã dño: vnxe
rũtq͡ʒ dauid in regẽ sup israel. Fili⁹
trigita annoꝝ erat dauid/ cũ regna
re cepisset/ et quadraginta annis re
gnauit. In hebron regnauit sup iu
dã septẽ annis ⁊ sex mẽsibus: in hie
rusalẽ autẽ regnauit trigita tribus
annis sup oẽm isrl et iudã. Et abi-
it rex et oẽs viri q̃ cũ eo erãt in hirlʒ
ad iebuseũ habitatorẽ terre. Dictũ
q͡ʒ ẽ dauid ab eis. Nõ igredieris huc
nisi abstuleris cecos/ et claudos di-
cẽtes. Nõ igredietᷣ dauid huc. Cepit
aũt dauid arcẽ syon: hec est ciuitas
dauid. Proposuerat enĩ dauid ĩ die
illa premiũ q̃ pcussisset iebuseũ/ ⁊ te
tigisset domatũ fistulas: et abstulis
set cecos et claudos odiẽtes aĩam da
uid. Idcirco dicitᷣ ĩ pũerbio. Cecus
et claudus nõ ĩtrabũt in tẽplũ. Ha-
bitauit aũt dauid in arce syõ/ et vo-
cauit eã ciuitatem dauid: et edifica
uit p gyrũ amello et ĩtrinsec⁹. Et in
grediebatᷣ pficiẽs atq͡ʒ succrescẽs: et
dñs deus exercituum erat cum eo.

Secundum Lucam. xi. c.

IN illo tpe Rogauit iesũ quidã
phariseus: vt prãderet apud se
Et igressus recubuit. Pharise⁹ aũt
cepit ĩtra se reputans dicere: quare
nõ baptizat⁹ esset ãte prãdiũ. Et ait
dñs ad illũ. Nũc vos pharisei qđ de
foris est calicis ⁊ catini mũdatis qđ
aũt ĩtus est vestrũ: plenũ est rapina
et iiq̃tate. Stulte nõne q̃ fecit qđ de
foris est: etiã id qđ deintus est fecit.
Verũtamẽ qđ sup est date elemosy

nā:et ecce oīa mūda sūt vobis. Sed ve vobis phariseis q̄ decimatis mētā et rutā/et oīne olus:et pteritis iudiciū et charitatē dei. Hec autē oportuit facere:ꝛ illa nō omittere. Ve vobis phariseis q̄ diligitis primas cathedras i synagogis/et salutatiōes in foro. Ve vobis qꝛ estis vt monumēta q̄ nō paterent/et hoīes ābulātes supra:nesciūt. Respōdēs autē q̄dā ex legisperitis:ait illi. Magister hec dicens etiā cōtumeliā nobis facis. At ille ait. Et vobis legisperitis ve:qa oneratis hoīes oneribus que portare nō possūt:et ipi vno digito vestro:non tangitis sarcinas.

Sabbato. Ad Romanos. xvi.

Rogo aūt vos fratres vt obseruetis eos:q̄ dissēsiones et offēdicula pter doctrinā quā vos didicistis:faciūt/et declinate ab illis. Huiuscemodi enim xp̄o dn̄o nostro nō seruiūt. sed suo ventri Et p dulces sermones et bn̄dictiones. seducunt corda innocentiū. Vestra eni obedientia:in oī loco diuulgata est Gaudeo igit in vobis sed volo vos sapiētes esse in bono: et simplices in malo. Deus aūt pacis cōterat sathanā sub pedib⁹ vestris velocit. Gra dn̄i nr̄i iesu xp̄i: vobiscū. S. Marci. vi.

In illo tp̄e. Cōueniētes apl̄i ad iesū. renūciauerūt ei oīa q̄ egerāt et docuerāt. Et ait illis. Venite seorsū in desertū locū: et requiescite pusillū. Erāt eni q̄ veniebāt et redibāt multi: et nec spaciū māducādi habebāt. Et ascēdētes in naui: abierūt in desertū locū seorsū. Et viderūt eos abeūtes: et cognouerūt multi ꝛ pedestres de oībus ciuitatib⁹ cucurrerūt illuc:et preuenerunt eos.

Dn̄ica decima. Introitus.

Dum clamarē ad dn̄m exaudiuit vocē meā ab his q̄ appropinquāt michi/et hūiliauit eos q̄ est ante secula et manet in eternū iacta cogitatū tuū in dn̄o et ipē te enutriet. Ps. Exaudi deus orōnē meā et ne despexeris deprecationē meam: intēde michi et exaudi me. Collectā.

Pateant aures mīe tue dn̄e pcibus supplicātiū/et vt petentibus desiderata concedas:fac eos q̄ tibi placita sūt postulare. Per dn̄m.

Ad Corinthios. i. xii.

Fratres. Scitis qm̄ cū gentes essetis:ad simulacra muta put ducebamini:eūtes. Ideo notū vobis facio:ꝙ nemo in sp̄u dei loquēs dicit anathēa iesu. Et nemo potest dicere dn̄s iesus:nisi in sp̄u scō. Diuisiones vero gratiarū sūt:idē autē sp̄us. Et diuisiones ministrationū sunt:idē autem dn̄s. Et diuisiones operationū sūt:idē vero deus q̄ operatur oīa in oībus. Vnicuiqꝫ aūt datur manifestatio sp̄us:ad vtilitatē. Alii quidē per sp̄m dat sermo sapientie/alii autē sermo scientie:scdm eundē sp̄m. Alteri fides in eodē sp̄u. Alii gratia sanitatum in vno sp̄u. Alii operatio virtutū. Alii pphetia alii discretio spirituū/alii genera linguaꝝ:alii interptatio sermonū. Hec aūt oīa operat vn⁹ atqꝫ idē sp̄us:diuidēs singulis put vult. R. Custodi me dn̄e vt pupillā oculi subvmbra alarū tuaꝝ ptege me. V. De vultu tuo iudiciū meū pdeat ocl̄i tui videāt eq̄tatē. Alla

℣. Dñe deus salutis mee in die clamaui et nocte corā te. Scdm Lucā. xix.c.

In illo tēpore. Cū appropinquaret iesus hierusalē vidēs ciuitatē fleuit sup illā dicēs. Quia si cognouisses et tu. Et quidē in hac die tua/q̄ ad pacē tibi: nūc autē abscondita sūt ab oculis tuis. Qz venient dies in te/⁊ circūdabūt te inimici tui vallo/et circūdabūt te et coangustabūt te vndiqz: et ad terrā psternent te/et filios tuos qui in te sūt. Et nō relinquēt in te lapidē sup lapidē: eo ꝙ nō cognoueris tēpus visitatiōis tue. Et ingressus in tēplū: cepit eiicere vendētes et emētes dicens illis Scriptū est: q̄a domus mea domꝰ orationis est. Vos autē fecistis illā speluncā latronū. Et erat docēs quotidie in tēplo. Offꝛ. Ad te dñe leuaui aīam meā deus meus in te cōfido nō erubescā neqz irrideant me inimici mei etenim vniuersi q̄ te expectant nō confūdantur.

Concede nobis Secreta. hec dñe frequētare mysteria: q̄a quotiēs huius hostie cōmemoratio celebrat: opus nostre redēptiōis exercet. Per do. Coio. Acceptabis sacrificiū iustitie oblationes et olocausta super altare tuum dñe. Postcoio.

Tui nobis dñe cōmunio sacramēti: et purificationē cōferat et tribuat vnitatē. Per do. Feria iiii. Lectio libri regum. ii. vii. c.

Factū est aūt cū sedisset rex dauid in domo sua/et dñs dedisset ei requiē vndiqz ab vniuersis inimicis suis: dixit ad natham pphetā. Vides ne ꝙ ego habitē in domo cedrina: et arca dei posita sit in medio pelliū. Dixitqz natham ad regē Omne qd̄ est in corde tuo vade fac: q̄a dñs tecū est. Factū est autē in illa nocte: et ecce sermo dñi ad nathā dicēs. Vade: et loquere ad seruū meum dauid. Hec dicit dñs. Nunqd tu edificabis michi domū ad habitandū? Neqz eni habitaui in domo ex die illa qua eduxi filios israel de terra egypti: vsqz in diē hāc. Sed ambulabā in tabernaculo et in tētorio per cūcta loca q̄ trāsiui cū oibus filiis israel. Nūquid loquēs locutus sū ad vnā de tribubus israel cui precepi vt pasceret populū meū israel dicens: quare nō edificasti michi domū cedrinā? Et nūc hec dices seruo meo dauid. Hec dicit dñs exercituū. Ego tuli te de pascuis sequentē greges: vt esses dux super populū meū israel/et fui tecū in oibus vbicunqz ambulasti: et interfeci vniuersos inimicos tuos a facie tua: fecique tibi nomen grāde: iuxta nomē magnorū qui sūt in terra. Et ponā locum populo meo israel: et plātabo eū: et habitabo cū eo/et nō turbabit amplius: nec addent filii iniquitatis vt affligāt eum sicut prius ex die qua cōstitui iudices super populū meū israel. Et requiem dabo tibi ab oibus inimicis tuis. Predicitqz tibi dominus: ꝙ domū faciat tibi dñs. Cūqz completi fuerint dies tui: et dormieris cū patribꝰ tuis suscitabo semē tuum post te: quod egredietur de vtero tuo: et firmabo regnum eius Ipse edificabit domū nomini meo et stabiliam thronū regni eius vsqz in sēpiternū. Scdm Lucā. xxi.c.

IN illo tēpore. Respondit iesus discipulis suis. Cū autē videritis circundari ab exercitu hierusalē tūc scitote: qꝛ appropinquauit desolatio eius. Tūc qui in iudea sūt fugiant ad mōtes: et qui in medio eiꝰ discedant / et qui in regionibus nō intrent in eā: qꝛa dies vltiōis hii sūt vt ipleātur oīa que scripta sunt. Ve autē pregnātibus et nutriētibus in illis diebus. Erit enī pressura magna super terrā: et ira populo huic. Et cadēt in ore gladii / et captiui ducenť in oēs gētes. Et hierusalē calcabitur a gētibus donec ipleātur tēpora nationū. Et erūt signa in sole et luna et stellis / et in terris pressura gentiū pre ꝯfusione sonitus maris et fluctuū: arescētibus hoibꝰ ꝑ timore et expectatiōe: q̄ supuenient vniuerso orbi. Fe. vi. Lec libri regū ii. vii

INgressus est autē rex dauid: ꝛ sedit corā dño / et dixit. Quis ego sū dñe deus: et que domus mea quia adduxisti me hucusqꝫ. Sed et parū visuꝫ est in conspectu tuo dñe deus: nisi loqueris etiā de domo serui tui in lōginquum. Ista est enī lex ab adā dñe deus. Quid ergo addere poterit adhuc dauid: vt loquatur ad te? Tu enī scis seruū tuū dñe deus. Propter verbū tuū / et secūdum cor tuū fecisti oīa magnalia hec: ita vt notuꝫ faceres seruo tuo. Iddirco magnificatus es dñe deus: quia nō est similis tui: neqꝫ est deus extra te in oibus que audiuimus auribꝰ nostris. Que est autē vt populus tuus israel / gens in terra ꝑpter quā iuit deus / vt redimeret eā sibi in populū: et poneret sibi nomen / faceretqꝫ eis magnalia et horribilia super terram a facie populi tui / quē redemisti tibi ex egypto gentē et deū eius? Firmasti enim tibi populum tuuꝫ israel in populum sempiternū. Et tu domine deus factus es eis in deum. Nūc ergo dñe deus verbū quod locutus es super seruū tuū / et super domū eius: suscita in sēpiternū. Et fac sicut locutꝰ es vt magnificeť nomē tuū vsqꝫ i sēpiternū. S. Lucā. xxi

IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Attendite autē vobis: ne forte grauentur corda vestra in crapula et ebrietate / et curis huiꝰ vite: et superueniat in vos repentina dies illa. Tāq̄ laqueus enī superueniet in oēs qui sedēt sup faciem omis terre. Vigilate itaqꝫ omni tēpore orātes: vt digni habeamini fugere ista oīa que futura sūt: et stare ante filium hominis. Sabbato Ad Corinthios. i. viii. c

FRatres. Scimus qꝛa oēs sciē-ciam habemus. Sciētia iflat charitas vero edificat. Si quis aūt se existimat scire aliquid: nondū cognouit quēadmodū oporteat eum scire. Si quis aūt diligit deū: hic cognitus est ab eo. De escis autē que idolis imolātur: scimus quia nichil est idolū in mundo: et ꝙ nullus deus nisi vnus. Nā et si sūt qui dicantur dii siue in celo siue i terra. si quidē sūt dii multi et dñi multi: nobis tamē vnꝰ deus pater ex quo oia et nos in illo: et vnus dñs iesus xp̄s ꝑ quē oia et nos per ipsū: et vnus dñs iesus xp̄s. Scdm Matheum. xii.

In illo tēpore. Venit iesus i synagogā iudeorum. Et ecce homo manum habens aridam: et interrogabāt eū dicētes. Si licet sabbatis curare: vt accusarent eū. Ipse autē dixit illis. Quis erit ex vobis homo qui habeat ouē vnā: et si ceciderit hec sabbatis in foueā: nōne tenebit et leuabit eā? Quantomagis melior est homo oue. Itaqz licet sabbatis benefacere. Tūc ait homini. Extende manū tuā. Et extendit/ et restituta est sanitati: sicut altera.

Dñica vndecima. Introitus.

Deus in loco sancto suo deus qui habitare facit vnanimes in domo ipse dabit virtutē et fortitudinē plebi sue. Ps. Exurgat deus et dissipētur inimici eius: et fugiāt q̄ oderūt eū a facie ei⁹. Collcā.

Deus qui omipotētiā tuā parcendo maxime et miserando manifestas multiplica super nos gratiā tuā: vt ad tua promissa currētes: celestiū bonorū facias esse cōsortes. Per do. Ad Corinthios. i. xv.

Fratres. Notū vobis facio euāgeliū quod predicaui vobis: quod et accepistis: in quo et statis: per quod et saluamini. Qua ratione predicauerim vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis i primis: quod et accepi. Q̄m xps mortuus est pro pctīs nostris secundū scripturas/ et quia sepultus est/ et quia resurrexit tertia die secūdū scripturas: et q2 visus est cephe: et post hoc vndecim. Deinde visus est plusq̄ quingentis fratribus simul ex quibus multi manēt vsqz adhuc qdā aūt dormierūt. Deide visus est iacob/ deinde aplīs omibus. Nouissime autē oīm tanq̄ abortiuo visus est et mihi. Ego eni sū minim⁹ apostolorū: qui nō sū dignus vocari apostolus: q̄m persecutus sū ecclesiā dei. Gratia autē dei sū: id qd sū Et gratia eius in me vacua nō fuit. R. In deo sperauit cor meū et adiutus sum et refloruit caro mea et ex voluntate mea cōfitebor illi. V. Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas et ne discedas a me. Alla. V. Dñe refugiū factus es nobis a generatione et progenie.

Secundum Lucam. xviii. c

In illo tēpore. Dixit iesus ad quosdā qui in se ɔfidebāt tāq̄ iustū et aspernabātur ceteros parabolā istā. Duo hoīes ascendebāt in tēplū: vt orarēt. Vnus pharise⁹: et alter publicanus. Phariseus stās: hec apud se orabat. De⁹ gratias ago tibi: q̄a nō sū sicut ceteri hoīm/ raptores/ iniusti/ adulteri: velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato decimas do oīum que possideo. Et publicanus a lōge stās: nolebat nec oculos ad celū leuare: sed percutiebat pectus suū dicēs. Deus propitius esto michi peccatori. Amen dico vobis: descēdit hic iustificatus in domū suā ab illo. Quia oīs q̄ se exaltat humiliabit/ et q̄ se hūiliat exaltabit. Offr. Exaltabo te dñe q̄m suscepisti me nec delectasti inimicos meos sup me dñe clamaui ad te et sanasti me.

Tibi dñe dicata sacrificia reddāt: q̄ sic ad honorē nōis tui deferēda tribuisti vt eadē remedia nr̄a fieri prāres. P. Secreta. Cō. Ho

nora dñm de tua substãtia & de primiciis frugũ tuaꝝ vt ipleãt horrea tua saturita te et vino torcularia redũdabũt Postcõ

Quesumus dñe deus noster vt quos diuinis reparare nõ desinis sacramẽtis tuis nõ destituas/ benignus auxiliis. Per. Feria.iiii

Lectio libri salomonis. puerbioꝝ.i

Ad sciendã sapientiã et disciplinã ad intelligenda verba prudentie et suscipiendã eruditionẽ doctrine: iustitiã et iudiciũ et eq̃tatem/ vt detur paruulis astucia/ et adolescenti scientia et ĩtellectus Audiens sapiens sapientior erit: et intelligens gubernacula possidebit. Animaduertet parabolam et interpretationẽ: verba sapientum et enigmata eorũ. Timor dñi pricipium sapientie. Sapientiã atq; doctrinã stulti despiciunt. Audi fili mi: disciplinã patris tui: et ne dimittas legem matris tue: vt addatur gratia capiti tuo. Scdm. Matheũ. xii.

In illo tẽpore. Dixit iesus phariseis. Qui non est mecũ: contra me est. Et qui nõ congregat mecum spargit. Ideo dico vobis: om̃e peccatũ et blasphemia remittet̃ hominibus. Spũs autẽ blasphemie: nõ remittetur. Et quicunq; dixerit verbũ ꝯtra filiũ hom̃is: remittetur ei. Qui autẽ dixerit cõtra spm̃ sanctũ: nõ remittet̃ ei: neq; in hoc seculo/ neq; in futuro. Aut facite arborẽ bonã/ et fructũ eius bonũ: aut facite arborẽ malã/ et fructũ eius malũ Siquidẽ ex fructu arbor agnoscit̃. Progenies viperarũ quomodo potestis bona loqui cũ sitis mali? Ex abundantia enĩ cordis: os loquitur Bonus homo de bono thesauro ꝓfert bona. Et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autẽ vobis quoniã om̃e verbũ ociosũ quod locuti fuerint hom̃es reddẽt rationẽ de eo in die iudicii. Ex verbis enim tuis iustificaberis. et verbis tuis condemnaberis. Feria vi.

Lectio libri salomõis. puerbioꝝ.ii.

Fili mi: si susceperis sermones meos: et mãdata mea absconderis penes te vt audiat sapiẽtiam auris tua: inclina cor tuũ ad cognoscẽdã prudẽtiã. Si enĩ sapiẽtiã ĩuocaueris et ĩclinaueris cor tuũ prudẽtie: si q̃sieris eã quasi pecuniã/ et sicut thesaurũ effoderis illã: tũc ĩtelliges timorẽ dñi/ et sciẽtiã dei ĩuenies Qr dñs dat sapientiã: et ex ore eius prudẽtia et sciẽtia. Custodiet rectorũ salutẽ: et ꝓteget gradiẽtes simpliciter seruãs semitas iustitie: et vias sctõꝝ custodiẽs. Scdm marcũ. v.

In illo tẽpore. Loquẽte iesu veniũt nũcii ad archisynagogũ dicentes. quia filia tua mortua est. Quid vltra vexas magistrũ. Iesus aũt audito verbo qđ dicebat̃: ait archisynagogo. Noli timere: tãtũmodo crede. Et nõ admisit quẽq̃ se seq̃ nisi petrũ et iacobũ & iohãnẽ fratrẽ iacobi. Et veniũt in domũ archisynagogi. Et vidit tumultũ et flentes & eiulãtes multũ: et ĩgressus ait illis. Quid turbamini et ploratis? puella nõ est mortua: sed dormit. Et irridebãt eũ. Ipse vero eiectis oĩbus assumit patrẽ & matrẽ puelle: & q̃ secũ erãt: et ĩgrediũt̃ vbi puella erat

iacēs: et tenēs manū puelle: ait illi. Thabitacumi: qđ est interpretatū puella tibi dico surge. Et cōfestim surrexit puella ⁊ ambulabat. Erat aūt annoꝝ duodecim. Et obstupuerūt stupore magno. Et precepit illis vehement: vt nemo id sciret. Et iussit dare illi māducare. Et egressus inde: abiit in patriā suā. Et sequebant eū: discipuli eius. Sabbato

Ad Galathas. iiii. ca.

FRatres. Obsecro vos: nichil me lesistis. Scitis aūt qa per infirmitatē carnis euāgelizaui vobis iāpridē: et tētationē vestrā i carne mea non spreuistis/neqꝫ respuistis: sed sicut angelū dei excepistis me sicut xp̄m iesū. Ubi est ergo beatitudo vestra. Testimoniū eni perhibeo vobis/qr si fieri posset oculos vestros eruissetis: et dedissetis mihi Ergo iīmicus vobis factus sū verꝫ dicens vobis. Emulātur vos nō bene: sed excludere vos volūt: vt illos emulemini. Bonū autē emulemini in bono sēper: p iesū xp̄m dñꝫ nostrū. Scđm Johannem. vi. c

IN illo tēpore. Cū cognouisset iesus qa vēturi essent vt raperent eū et facerent eū regē. fugit iterū in montē ipse solus. Ut aūt sero factū est: descenderūt discipuli eius ad mare. Et cū ascendissēt nauim: venerūt trans mare in capharnaū Et tenebre iā facte erant: et nō venerat ad eos iesus. Mare aūt vēto magno flante exurgebat. Cū remigassent ergo quasi stadia viginti quinqꝫ aut triginta: vidēt iesū ambulātē supra mare: et pximū naui fieri: ⁊ timuerūt. Ille aūt dixit eis. Ego sū nolite timere. Voluerunt ergo accipere eū in nauī: et statiꝫ fuit nauis ad terrā/quam ibant. Dominica duodecima. Introitus.

DEus in adiutoriū meū intende dñe ad adiuuādū me festina cōfundātur et reuereanť iīmici mei qui querūt aiam meā. Ps. Auertātur retrorsum et erubescāt qui volunť michi mala. Collecta.

OMnipotēs sēpiterne deus qui abundātia pietatis tue et merita supplicū excedis et vota effūde super nos miam tuā. vt dimittas que conscientia metuit/ et adiicias qđ oratio nō presumit. Per dñm.

Ad Corinthios. ii. iii. c.

FRatres. Fiduciā talē habem⁹ per xp̄m ad deū: nō ꝙ sufficiētes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Qui et idoneos nos ministros fecit noui testamēti: nō littera sed spū. Littera enim occidit spūs autē viuificat. Quod si ministratio mortis litteris deformata i lapidibus fuit in gloria/ita vt non possent filii israel itendere in faciē moysi ppter gloriā vultus eius que euacuať: quomodo nō magis ministratio sp̄s erit i gloria. Nā si ministratio dānationis in gloria est: multomagis abundat ministeriū iustitie in gloria. R. Benedicā dñm i omi tēpore sēper laus eius in ore meo. V. In dño laudabiť aia mea audiāt māsueti et letētur. Alla. V. Dñs regnauit decorē iduit iduit dñs fortitudinem et precinxit se virtute. Secūdū Marcū. vii.

IN illo tēpore. Exiens iesus de finibus tyri: venit per sidonē ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducūt ei surdum et mutum: et deprecabātur eum vt iponat illi manū. Et apprehendēs eū de turba seorsum: misit digitos suos in auriculas eius: et expuens tetigit linguā eius. Et suspiciēs in celū ingemuit: et ait illi. Effeta: qd̄ est adaperire. Et statim aperte sūt aures eius: et solutū est vinculū lingue eius: et loq̄batur recte. Et precepit illis: ne cui dicerent. Quāto aūt eis p̄cipiebat: tantomagis plus predicabant/et eo amplius admirabātur dicētes. Bene om̄ia fecit: et surdos fecit audire/ et mutos loqui.

Offer. Precatus est moyses in cōspectu dñi dei sui et dixit precatus est moyses in cōspectu dñi dei sui et dixit quare dñe irasceris in populo tuo parce dñe ire aīe tue memento abrahā isaac et iacob quibus iurasti dare terram fluentē lac et mel et placat⁹ fact⁹ est dñs de malignitate quā dixit facere populo suo.

Secreta.

REspice dñe q̄sumus nostram propicius seruitutē: vt quod offerimus sit tibi munus acceptū: sit etiā nostre fragilitatis subsidiū Per dñm. Coīo. De fructu operū tuorū dñe satiabitur terra vt educas panem de terra et vinū letificet cor hoīs vt exhylaret faciem in oleo et panis cor hominis confirmet.

Postcoīo.

SEntiamus domine quesumus tui perceptiōe sacramēti subsidiū mentis et corporis: vt in vtroq₃ saluati de celestis remedii plenitudine gloriemur. Per dñm.

Feria quarta. Lectio libri salomonis. prouerbiorū.iii.c

FIli mi ne obliuiscaris preceptorum legis mee: & precepta mea cor tuum custodiat. Lōgitudinem enim dierū et annos vite et pacem apponent tibi. Misericordia et veritas te non deserāt. Circūda eas gutturi tuo/et describe in tabulis cordis tui/et iuenies gratiā et disciplinam bonā corā deo et hominibus. Habe fiduciā in domino ex toto corde tuo: et ne innitaris prudētie tue. In omnibus viis tuis cogita illum: et ipse diriget gressus tuos.

Secundum Matheum. ix.c

IN illo tēpore. Trāseunte iesu secuti sunt eū duo ceci clamātes et dicentes. Miserere nostri fili dauid. Cū autē venisset domū: accesserunt ad eū ceci/et dicit eis iesus Creditis q2 hoc possū facere vobis? Dicūt ei. Vtiq₃ dñe Tūc tetigit oculos eorū dicēs. Scdm fidē vestrā fiat vobis. Et aperti sūt oculi eoꝝ/et cōminatus est illis iesus dicens. Videte ne q̇s sciat. Illi aūt exeūtes diffamauerunt eum in tota terra illa Egressis autē illis/ecce obtulerunt ei hoīem mutū demoniū habētem. Et eiecto demonio locutus est mutus/et mirate sūt turbe dicētes. Nūq̄ apparuit sic ī israel. Pharisei aūt dicebāt. In p̄cipe demonioꝝ eiicit demones. Et circuibat iesus ciuitates oēs et castella/docēs in synagogis eorū/et predicās euāgeliū regni Et curās oēm lāguorē et oēm infirmitatem.

Feria sexta. Lectio libri salomonis. p̄uerbioꝝ.iii.

Fili mi. Ne sis sapiens apud te metipsū. Time deū: et recede a malo. Sanitas quippe erit vmbilico tuo: et irrigatio ossium tuorū. Honora dñm de tua substātia/ et de primiciis oīm frugū tuaꝝ da pauperibus/ et implebūtur horrea tua saturitate et vino torcularia redundabūt. Disciplinā dñi fili mi ne abiicias: nec deficias cū ab eo corriperis. Quē eni diligit dñs corripit: et quasi pater in filio complacet sibi. Beatus homo qui inuenit sapiētiā/ et qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatione auri et argenti: primi et purissimi fructus eius. Preciosior est cunctis opibus sapiētia: et omia que desiderantur huic nō valent cōparari. Longitudo dierū in dextera eius: et in sinistra illius diuitie et gloria. Vie eius vie pulchre. et oēs semite eius pacifice. Lignū vite est his qui apprehēderint eā: et qui tenuerint eā beati. Dñs sapientia fundauit terrā: stabiliuit celos prudentia Sapiētia illius eruperūt abyssi. et nubes rore cōcrescunt. Fili mi ne effluant hec ab oculis tuis. Custodi legē meam atqꝫ consiliū meum/ et erit vita anime tue/ et gratia faucibus tuis.

Secūdum Matheum. xi. c.

In illo tempore. Cepit iesus exprobrare ciuitatibus in quib' facte sūt plurime virtutes eius: qꝛ nō egissent penitentiā. Ve tibi corozaim. Ve tibi bethsaida: quia si in tyro et sidone facte essēt virtutes q̄ facte sunt in vobis: olim in cilicio/ et cinere penitentiā egissent. Verūtamen dico vobis: tyro et sidoni remissius erit in die iudicii q̄ vobis. Et tu capharnaū: nūquid vsqꝫ in celum exaltaberis? Vsqꝫ in infernum descendes. Quia si in sodomis facte fuissēt virtutes que facte sūt in te: forte mansissent vsqꝫ in hanc diē Verūtamen dico vobis: quia terre sodomorū remissius erit in die iudicii: q̄ tibi.

Sabbō. Ad colossēses. ii.

Fratres. Volo enim vos scire qualē sollicitudinē habeā pro vobis/ et pro his qui sunt laodicie. et quicūqꝫ non viderunt faciē meā in carne vt cōsolentur corda ipsorū instructi in charitate: et in omēs diuicias plenitudinis intellectus in agnitiōe mysterii dei patris et xp̄i iesu: in quo sūt omēs thesauri sapientie et scientie abscōditi. Hoc autē dico. vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonū. Nam et si corpore absens sū: sed spiritu vobiscū sum gaudens et videns ordinē vestrum et firmamentū eius que in xp̄o est fidei vestre. Sicut ergo accepistis iesum xp̄m dñm nostrū in ipso ambulate: radicati et superedificati in ipso/ et cōfirmati in fide sicut et didicistis abundātes in illo in gratiarū actione: per iesū xp̄m dñm nr̄m

Secundum Marcum. vii. c.

In illo tempore. Aduocans iesus turbā dicebat. Audite me omnes: et intelligite. Nichil est extra hominem introiens in eū quod possit eum coinquinare: sed que de homine procedunt: illa sunt que coinquinant hominem. Si quis habet aures audiēdi/ audiat. Et cum

introisset in domũ a turba:interrogabãt eũ discipuli eius parabolam Et ait illis. Sic et vos imprudẽtes estis? Nõ intelligitis ꝙ omẽ extrinsecus itroiẽs in hominẽ non potest eũ coinquinare:quia nõ intrat i cor eius:sed in ventrẽ vadit/et in secessũ erit purgans oẽs escas. Dicebat autẽ qm̃ illa que de homine exeunt illa coinquinãt hominẽ. Ab intus eni de corde hoĩm cogitationes male pcedunt:adulteria/ fornicatiões homicidia/furta/auaricie/nequicie dolus/ipudicicia/ocul⁹ malus/ blasphemia/superbia. Omia hec mala ab intus procedũt : et coinquinant hoiem.

Dominica decimatertia. Ad missam. Introitus.

Respice dñe in testamẽtum tuũ et aias pauperũ tuorũ ne derelinquas in finẽ exurge dñe et iudica causã tuã et ne obliuiscaris voces querentium te. **ps.** Vt quid deus repulisti in finẽ : iratus est furor tuus sup oues pascue tue. **Collectã**

Omnipotens sẽpiterne deus de cuius munere venit:vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur:tribue nobis q̃sumus:vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per dñm nostrum.

Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad Galathas. iii.c.

Fratres. Abrahe dicte sunt pmissiones.et semini eius. Nõ dicit et seminibus quasi in multis sed quasi in vno et semine tuo qui est xp̃s. Hoc autẽ dico testamẽtum confirmatũ a deo que post quadringentos et triginta annos facta est lex: nõ irritũ facit ad euacuandam promissionẽ. Nam si ex lege hereditas:iã non ex promissione. Abrahe autẽ per repromissionẽ donauit deus. Quid igitur lex? Propter transgressionẽ posita est:donec veniret semen cui promiserat ordinata p angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est deus : deus aũt vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si eni data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iustitia. Sed cõclusit scriptura oia sub peccato:vt promissio ex fide iesu xp̃i daretur credentibus

R. Respice dñe in testamẽtum tuum et aias pauperũ tuorũ ne obliuiscaris in finem. **V.** Exurge dñe et iudica causã tuã memor esto opprobrii seruorum tuorum. **A**lleluia. **V.** Venite exultemus domino iubilemus deo salutari nostro.

Secundum Lucam. x.c.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico autẽ vobis:ꝙ multi prophete et reges voluerũt videre que vos videtis/et nõ viderunt:et audire que auditis/ et nõ audierũt. Et ecce quidã legisperitus surrexit tentans eum et dicens Magister:quid faciendo vitã eternam possidebo? At ille dixit ad eũ. In lege qd scriptũ est? Quomodo legis? Ipse respondẽs:dixit illi. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo/ et ex tota aia tua/et ex omibus viribus tuis/et ex omi mẽte tua/et proximũ tuũ sicut teipsũ. Dixitqȝ illi. Recte respondisti. Hoc fac et viues. Ille autẽ volẽs iustificare seipsum:

dixit ad iesū. Et quis est meus proximus? Suspiciens autē iesus: dixit. Homo quidā descēdebat ab hierusalē in hierico / et incidit in latrones: qui etiā despoliauerūt eum / et plagis īpositis: abierunt semiuiuo relicto. Accidit autē vt sacerdos quidam descenderet eadē via / et viso illo preteriuit. Similiter et leuita cū esset secus locū ⁊ videret eū ptransiit. Samaritanus autē quidā iter faciens venit secus eū / et videns eū mīa motus est. Et appropians alligauit vulnera eius: infūdens oleū ⁊ vinū. Et īponens illū in iumentū suū duxit in stabulū suū: et curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios / et dedit stabulario: et ait. Curā illius habe / et quodcunqꝫ supererogaueris: ego cum rediero reddam tibi. Quis horū triū videt tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit miam in illū. Et ait illi iesus. Vade et tu fac similiter. **Offertoriū.** In te speraui dñe dixi tu es deus meus in manibus tuis tēpora mea. **Secreta.**

Hostias q̄s dñe ꝓpitius intēde / quas sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiā largiendo tuo nomini dent honorē. Per **Coīo.** Panē de celo dedisti nobis dñe habentē omē delectamentū et omnem saporem suauitatis. **Postcoīo.**

Viuificet nos q̄s domīe huius participatio sācta mysterii: ⁊ pariter nobis expiationem tribuat et munimen. Per dominū nostrū iesum christū. **Feria quarta.** **Lectio libri salomōis** puerbiorꝫ. iiii

Audite filii disciplinā patris: et attendite vt sciatis prudētiā. Donū bonū tribuā vobis: legē meā ne derelinquetis. Nam et ego fui filius patris mei tenellus et vnigenitus coram matre mea: et docebat me atqꝫ dicebat. Suscipiat verba mea cor tuum: custodi precepta mea / et viues. Posside sapientiam: posside prudentiā. Ne obliuiscaris / neqꝫ declines a verbis oris mei. Ne dimittas eam / et custodiet te: dilige eam et conseruabit te.

Secundum Matheum. xii. c

In illo tēpore. Abeuntes pharisei consiliū fecerunt aduersus iesum: quomodo eum perderēt. Jesus autē sciens: recessit inde / et secuti sūt eū multi / et curauit eos omēs Et precepit eis ne manifestū eū facerent: vt adipleretur quod dictum est per isaiā prophetā dicentē. Ecce puer meus quē elegi dilectus meus in quo bene cōplacuit aīe mee. Ponam spiritū meū super eū / et iudicium gentibus nūciabit. Non cōtendet / neqꝫ clamabit: neqꝫ audiet aliquis in plateis vocē eius. Harundinē quassatā nō confringet / et linū fumigans nō extinguet donec eiiciat ad victoriam iudicium: et in nomine eius gentes sperabunt.

Feria sexta. **Lectio libri salomonis.** prouerbiorum. iiii. c.

Principiū sapientie posside sapientiā: et in omni possessione tua acquire prudentiam. Accipe illam: et exaltabit te. Glorificaberis ab ea: cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmēta grā

tiarum/ et corona inclyta ,ptreget te
Audi fili mi/et suscipe verba mea:
vt multiplicẽtur tibi anni vite. Vi=
am sapientie mõstrabo tibi: et du=
cam te per semitas equitatis/quas
cũ ingressus fueris nõ artabuntur
gressus tui:et currens non habebis
offendiculũ. Tene disciplinã:ne di
mittas eã. Custodi illam:quia illa
est vita tua. Ne delecteris in semi=
tis ipiorum:nec tibi placeat malo=
rum via. Fuge ab ea nec transeas p
illam:declina et desere eam. Nõ enĩ
dormiũt nisi cũ malefecerint/et nõ
capitur sõnus ab eis nisi supplãta=
uerint. Comedũt panẽ impietatis
et vinũ iniquitatis bibunt. Justorũ
autẽ semita: quasi lux splendens ,p
cedit/et crescit vsq; ad perfectã diẽ.

Secundum lucam. xiii. c.

In illo tẽpore. Ibat iesus per ci
uitates et castella docẽs:et iter
faciẽs in hierusalẽ. Ait autẽ illi qui
dam. Dñe si pauci sunt qui saluen
tur. Ipse autẽ dixit ad illos. Contẽ
dite intrare per angustam portam
quia multi dico vobis querent itra
re et non poterunt. Cum autẽ itra=
uerit paterfamilias ⁊ clauserit osti
um/incipietis foris stare/et pulsa=
re ostiũ dicentes. Dñe aperi nobis.
Et respondens dicet vobis. Nescio
vos vnde sitis. Tũc incipietis dice
re: manducauimus corã te et bibi=
mus:et in plateis nostris docuisti. Et
dicet vobis. Nescio vos vnde sitis.
Discedite a me omnẽs operarii iniq
tatis:ibi erit fletus et stridor denti=
um. Cũ videritis abrahã et isaac ⁊
iacob/et omẽs ,pphetas in regno dei
vos autẽ expelli foras. Et venient
ab oriẽte/et occidẽte:et aquilone: ⁊
austro:et accũbent in regno dei. Et
ecce sunt nouissimi qui erãt primi
et sunt primi qui erant nouissimi

Sabbato. Ad thessalonicẽses. i. ii. c

Fiduciam habemus in deo no
stro loqui ad vos euãgelium
dei:in multa sollicitudine. Exhor=
tatio enĩ nostra non de errore: neq;
de imundicia:neq; in dolo:sed sicut
probati sumus a deo: vt crederetur
nobis euangeliũ ita loquimur: nõ
quasi hoĩbus placentes:sed deo qui
probat corda nostra. Neq; enim ali
quãdo fuimus in sermone adulati
onis sicut scitis. neq; in occasione
auaricie:deus testis est nec queren=
tes ab hoĩbus gloriã/ neq; a vobis/
neq; ab aliis/cũ possimus oneri es=
se vt xp̃i apostoli. Sed facti sumus
paruuli in medio vestrũ: tanq̃ si nu
trix foueat filios suos. Ita desiderã
tes vos cupide:volebamus tradere
vobis nõ solũ euangeliũ dei:sed eti
am aĩas nostras:qm̃ charissimi no
bis facti estis. In xp̃o iesu:dño no=
stro.

Secundum lucam. vi. c.

In illo tẽpore. Factũ est in sab=
bato scdo primo cũ trãsiret ,p
sata iesus vellebant discipuli eius
spicas/ et mãducabant cõfricantes
manibus. Quidã autẽ phariseorũ
dicebãt illis. Quid facitis qd nõ li=
cet in sabbatis? Et respondẽs iesus
ad eos dixit. Nec hoc legistis qd fe=
cit dauid cũ esuriisset ipẽ et qui cum
eo erãt quomodo itrauit in domũ
dei/et panes ,ppositionis sũpsit/et
mãducauit. et dedit his qui cũ ipso

erant: quos nõ licet manducare: nisi tantũ sacerdotibus. Et dicebat illis: quia dñs est filius hoĩs: etiã sabbati. Dñica xiiii. Introitus.

Protector noster aspice deus et respice in faciem xp̃i tui: quia melior est dies vna in atriis tuis super milia. Ps. Quam dilecta tabernacula tua dñe virtutum: concupiscit et deficit aĩa mea in atria dñi.

Omnipotens sempiterne deus: da nobis fidei spei et charitatis augmentũ: et vt mereamur assequi quod promittis: fac nos amare quod precipis. Per do. Collecta.

Ad Galathas. v. c.

Fratres. Spiritu ambulate et desideria carnis nõ perficietis. Caro eñi concupiscit aduersus spiritũ: spiritus autẽ aduersus carnem. Hec eñi sibiinuicẽ aduersãtur vt nõ quecunq; vultis illa faciatis Quod si spiritu ducemini: nõ estis sub lege. Manifesta autẽ sunt opera carnis: que sunt fornicatio/ immũdicia/ luxuria/ idolorũ seruitus. Veneficia/ inimicicie/ cõtẽtiones/ emulationes/ ire/ rixe/ dissensiones/ secte inuidie/ homicidia/ ebrietates/ commessationes: et his similia que predico vobis sicut predixi: quoniam qui talia agunt/ regnũ dei non consequent. Fructus enim spiritus est charitas/ gaudiũ/ pax/ patientia/ benignitas/ bonitas/ longanimitas: mansuetudo: fides modestia: continẽtia: castitas. Aduersus huiusmodi nõ est lex. Qui autem sũt xp̃i: carnem suam crucifixerũt cũ viciis et cõcupiscẽtiis. R. Bonũ est cõfidere in dño q̃ confidere in homine. V. Bonũ est sperare in dño q̃ sperare in principibus. Alleluia. V. Quoniã deus magnus dominus et rex magnus super oẽm terram.

Secundum Lucam. xvii. c.

In illo tẽpore. Dum iret iesus in hierusalẽ: transibat per mediam samariã et galileã. Et cũ ingrederetur quoddã castellũ: occurrerunt ei decẽ viri leprosi. Qui steterunt a longe: et leuauerũt vocẽ dicẽtes. Jesu preceptor: miserere nostri. Quos vt vidit dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factũ est dum irent: mundati sunt. Unus autẽ ex illis vt vidit quia mundatus est: regressus est cũ magna voce magnificãs deũ. Et recidit in faciem ante pedes eius gratias agẽs. Et hic erat samaritanus. Respondens autẽ iesus dixit. Nonne decẽ mundati sũt et nouem vbi sunt: Non est inuentus qui rediret et daret gloriam deo nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge vade: quia fides tua te saluũ fecit. Offertoriũ. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum et eripiet eos gustate et videte quoniam suauis est dominus. Secreta.

Propiciare dñe populo tuo propiciare muneribus: vt hac oblatione placatus: et indulgentiam nobis tribuas: et postulata cõcedas Per dominum nostrum iesũ xp̃m. Coĩo. Panis quẽ ego dabo caro mea est pro seculi vita. Postcoĩo.

Sumptis domine celestibus sacramentis: ad redemptionis eterne quesumus proficiamus augmentum. Per dominum nr̃m

Feria quarta. Lectio libri salomonis. prouerbiorum.iiii.c

Fili mi ausculta sermones meos:et ad eloquia mea inclina aurem tuã. Ne recedãt ab oculis tuis:custodi ea ĩ medio cordis tui. Vita eni sunt inuenientibus ea:et vniuerse carnis sanitas. Omni custodia serua cor tuũ: quia ex ipso vita procedit. Remoue a te os prauũ:et detrahencia labia sint procul a te. Oculi tui recta videant: et palpebre tue precedant gressus tuos. Dirige semitas pedibus tuis:et omẽs vie tue stabilientur. Ne declines ad dexterã neq3 ad sinistrã. Auerte pedem tuũ a malo. Fili mi attende sapientiã meã:et prudentie mee inclina aurẽ tuam: vt custodias cogitationes/et disciplinã labia tua cõseruent. Secundum Marcum. i.

In illo tẽpore. Venit ad iesum leprosus deprecãs eũ / et genu flexo dixit. Si vis potes me mũdare. Jesus autẽ misertus eius extendit manum suã/et tangens eũ: ait illi. Volo Mundare. Et cũ dixisset: statim discessit ab eo lepra:et mundatus est. Et cõminatus est ei: statimq3 eiecit illũ/et dixit ei. Vide nemini dixeris:sed vade ostende te pñcipi sacerdotũ/et offer pro emundatione tua que precepit moyses in testimonium illis. At ille egressus cepit predicare et diffamare sermonẽ ita vt iam nõ posset manifeste itroire in ciuitatem: sed foris ĩ desertis locis esse/ et conueniebant ad eum vndiq3. Feria sexta. Lectio libri salomonis. prouerbiorũ. viii.

Fili mi. Accipite disciplinam meã:et non pecuniã. Doctrinam magis q̃ aurũ eligite. Melior est eni sapientia cunctis opibus preciosissimis.et omne desiderabile ei nõ potest cõparari. Ego sapientia habito in cõsilio/et eruditis intersũ cogitatiõibus. Timor dñi odit malum/arrogranciam/ et superbiam et viã malã:et os bilingue detestat̃. Meum est consiliũ ⁊ equitas. Mea est prudẽtia/mea est fortitudo. Per me reges regnant et legũ conditores iusta decernunt. Per me principes imperant/et potentes decernũt iustitiam. Ego diligentes me diligo/⁊ qui mane vigilauerint ad me inuenient me. Scdm Lucã. xix.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Homo quidã nobilis abiit in regionẽ longinquam accipere sibi regnum et reuerti. Vocatis autem decẽ seruis suis: dedit illis decẽ mnas:et ait ad illos. Negociamini dum venio. Ciues autẽ eius oderant eum: et miserunt legationẽ post illum dicentes. Nolumus hũc regnare super nos. Et factum est vt rediret accepto regno: ⁊ iussit vocari seruos quib⁹ dedit pecuniam: vt sciret quantum quisq3 negociatus esset. Venit autem primus dicens. Domine. mna tua decẽ mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge bone serue/ quia in modico fuisti fidelis:eris potestatẽ habens supra decem ciuitates. Et alter venit dicens. Domine mna tua fecit quĩq3 mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinq3 ciuitates. Et alter venit

dicens. Domine: ecce mna tua quā
habui repositam i sudario. Timui
eni te/ quia homo austerus es: tol-
lis quod nō posuisti: et metis quod
non seminasti. Dixitqꝫ ei. De ore
tuo te iudico serue nequā. Sciebas
ꝙ ego homo austerus sum: tollens
quod non posui: ⁊ metens quod nō
semiaui. Et quare nō dedisti pecu-
niam meā ad mensā: et ego veniēs
cū vsuris vtiqꝫ exegissem illud? Et
astātibꝰ dixit. Auferte ab illo mnā
et date illi qui decem mnas habet.
Et dixerunt ei. Domine: habet de-
cem mnas. Dico autem vobis: q̄a
homini habenti dabitur et abūda-
bit: ab eo autem qui non habet/ et
quod habet auferetur ab eo. Verū-
tamen inimicos meos illos qui no
luerunt me regnare super se addu-
cite huc/ et iterficite ante me. Et his
dictis: p̄cedebat ascendēs hierosoly
mā. Sabbō. Ad thessalonicēses. i. ii

Memores enim facti estis fra-
tres laboris nostri et fatigati
onis: nocte et die operantes: ne quē
vestrū grauaremus. Predicauimꝰ
eni vobis euangeliū dei. Vos testes
estis et deus: ꝙ̄ sancte et iuste et si-
ne querela vobis qui credidistis af
fuimus: sicut scitis qualiter vnum
quēqꝫ vestrū: sicut pater filios suos
deprecātes vos et cōsolantes testifi
cati sumus: vt ambularetis digne
deo qui vocauit vos in suū regnū/
et gloriā. Per iesū xp̄m: dn̄m nr̄m.

Secundum Matheū. xiii.

In illo tēpore. Accedētes disci-
puli ad iesū dixerūt ei. Quare
in parabolis loqueris eis? Qui re-
spondēs: ait illis. Quia vobis datū
est nosse mysteriū regni celorū: illis
autē non est datū. Qui enim habet
dabitur ei et abundabit. Qui autē
non habet: et quod habet auferetur
ab eo. Ideo in parabolis loquor eis
quia vidētes non vidēt/ et audiētes
non audiūt/ neqꝫ intelligunt: et adi
pletur in eis prophetia isaie dicētis
Auditu audietis: et nō intelligetis.
Et videntes videbitis/ et nō videbi
tis. Incrassatū est eni cor populi hu
ius: et auribus grauiter audierunt
et oculos suos clauserūt nequando
videāt oculis: et auribus audiant/
et corde itelligant/ et cōuertantur/ ⁊
sanē eos. Vestri autē beati oculi q̄a
vident/ et aures vestre q̄a audiunt.

Dn̄ica decima quīta. Introitus.

Inclina dn̄e aurē tuam ad
me et exaudi me saluū me
fac seruum tuum deus me
us sperantē in te miserere michi do
mine qm̄ ad te clamaui tota die. Ps.
Letifica animam serui tui: quoniā ad te
dn̄e aiam meam leuaui. Collecta.

Custodi q̄s dn̄e ecclesiā tuā ꝑ
pitiatione perpetua: et quia
sine te labitur humana mortalitas
tuis sēper auxiliis et abstrahatur a
noxiis: ⁊ ad salutaria dirigatur. P
dn̄m. Ad Galathas. v. c.

Fratres. Si spiritu viuimus
spū et ambulemus. Nō effici-
amur ianis glorie cupidi: inuicē pro
uocātes: inuicē iuidentes. Fratres ⁊
si preoccupatus fuerit homo in ali
quo delicto: vos qui spiritales estis
huiusmodi istruite in spū lenitatis
cōsiderans teipsū: ne et tu tēpteris.

Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legem christi. Nam si quis existimat se aliquid esse cũ nichil sit: ipse se seducit. Opus autē suũ probet vnusquisqꝫ: et sic in semet ipso tantũ gloriam habebit/ et non in altero. Unusquisqꝫ enĩ onus suũ portabit. Cõmunicet autem is qui cathezizatur verbo: ei qui se cathezizat in omnibus bonis. Nolite errare deus non irridetur. Que enĩ seminauerit homo: hec et metet. Quoniam q̃ seminat in carne sua: de carne et metet corruptionē. Qui autē seminat in spiritu: de spiritu metet vitam eternam. Bonũ autē facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus: operemur bonum ad oĩs. Maxime autem: ad domesticos fidei. ℟. Bonũ est cõfiteri domino et psallere nomi tuo altissime. ℣. Ad annunciãdum mane misericordiam tuam et veritatem tuã per noctem. Alleluia. ℣. Dominus regnauit exultet terra letentur insule multe.

Secundum Matheum. vi.c.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enĩ vnũ odio habebit/ et alterũ diliget: aut vnũ sustinebit/ et alterum cõtēnet. Nõ potestis deo seruire et mãmone. Ideo dico vobis/ ne solliciti sitis aĩe vestre q̃d manducetis: neqꝫ corpori vestro quid induamini. Nõne aĩa plus est q̃ esca/ et corpus plus q̃ vestimentũ. Respicite volatilia celi: q̃ nõ serũt neqꝫ metũt/ neqꝫ cõgregãt in horrea: et pater vester celestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis aũt vestrũ cogitãs potest adiicere ad staturã suã cubitũ vnũ. Et de vestimentis quid solliciti estis? Considerate lilia agri/ quomodo crescunt. Nõ laborãt/ neqꝫ nent. Dico autē vobis: q̃m nec salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnũ ex istis. Si enĩ fenũ agri q̃d hodie est/ et cras in clibanũ mittit deus sic vestit: quãto magis vos minime fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes: q̃d manducabimus/ aut quid bibemus/ aut quo operiemur? Hec enĩ oĩa gētes inquirũt. Scit enĩ pater vester/ quia his oĩbus indigetis. Querite ergo primũ regnũ dei et iustitiã eius: et hec omnia adiicietur vobis. Offertoriũ. Expectãs expectaui dñm et respexit me et exaudiuit deprecationē meã et immisit in os meũ cãticũ nouũ hymnũ deo nostro.

Secreta. Concede nobis dñe q̃s vt hec hostia salutaris et nostrorũ fiat purgatio delictorũ: et tue propiciatio potestatis. Per.

Cõio. Qui manducat meã carnē et bibit sanguinē meũ in me manet et ego in eum dicit dominus.

Postcõio. Purificēt nos sēper et muniãt tua sacramēta deus: et ad perpetue ducãt saluationis effectũ. P.

Feria iiii. Lectio libri thobie. xii.

In diebus illis. Dixit raphael angelus ad tobiã. Benedicite deũ celi et corã omnibus viuentibus cõfitemini ei: q̃a fecit vobiscum misericordiã suam. Etenĩ sacramētũ regis abscondere bonum est: opera autē dei reuelare et confiteri hono-

rificium est. Bona est oratio cum ieiunio et elemosyna: magis ꝙ thesauros auri recondere: quoniā elemosina a morte liberat: et ipsa est que purgat peccata: et facit inueni re vitam eternā. Qui autē faciunt peccatū et iniquitatē: hostes sūt aie sue. Manifesto ergo vobis veritatem: et non abscondam a vobis occultū sermonem. Quando orabas cū lachrymis/ et sepeliebas mortuos. et derelinquebas prandiū tuum et mortuos abscondebas per diē in domo tua/ et nocte sepeliebas eos: ego obtuli orationē tuam dño. Et quia acceptus eras deo: necesse fuit vt tentatio probaret te. Et nūc misit me dñs vt curarem te: et sarram vxorem filii tui a demonio liberarem. Ego eni sū raphael angelus: vnus ex septē qui astamus ante dominū. Cumqꝫ hec audissent turbati sunt: et tremētes ceciderūt super terrā in faciē suā. Dixitqꝫ eis āgelus. Pax vobis. Nolite timere. Etenim cum essē vobiscū: per voluntatē dei eram: ipsū benedicite/ et cātate illi. Videbar quidē vobiscū manducare et bibere: sed ego quidē cibo inuisibili et potu qui ab hoibus videri non potest: vtor. Tēpus est ergo vt reuertar ad eū qui me misit. Vos autē benedicite deū: et enarrate oīa mirabilia eius. Secdm Lucā. xx.

In illo tēpore. Factū est in vna dierū: docente iesu populū in tēplo/ et euāgelizāte: cōuenerūt principes sacerdotū et scribe cū senioribus: et aiunt dicētes ad illū. Dic nobis in qua potestate hec facis. Aut quis est qui dedit tibi hanc potestatē. Respōdens autē iesus dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnum verbū. Respondete michi. Baptismū iohannis de celo erat: an ex hoibus. At illi cogitabant inter se dicētes. Quia si dixerimus de celo dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi. Si autē dixerim⁹ ex hoibus plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt eni iohannē prophetam esse. Et responderunt se nescire vnde esset. Et iesus ait illis. Neqꝫ ego dico vobis: in qua potestate hec facio.

Feria vi. Lectio libri thobie. xiii.

In diebus illis. Aperiens autē thobias senior os suū: benedixit dñm: et dixit. Magnus es dñe in eternū/ et in omīa secula regnū tuū qm̄ tu flagellas et saluas: deducis ad inferos et reducis: et nō est qui effugiat manū tuā. Cōfitemini dño filii israel: et in cōspectu timētium eū laudate eū qm̄ ideo dispersit vos inter gētes que ignorant eū/ vt vos enarretis mirabilia eius/ et faciatis scire eos quia nō est alius deus omipotēs preter eū. Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras: et ipse saluabit nos propter miam suam. Aspicite ergo que fecit nobiscū et cum timore et tremore cōfitemini illi: regēqꝫ seculorum exaltate in operibus vestris. Ego autem in terra captiuitatis mee confitebor illi: quoniam ostendit maiestatem suam/ in gentem peccatricem. Conuertimini itaqꝫ peccatores: et facite iustitiam coram domino: credentes ꝙ faciant vobiscum misericor-

diam suã . Ego autem et aĩa mea
in eo letabimur. S. Matheũ. xvii.

IN illo tempore. Cum venisset
iesus et discipuli eius caphar-
naum: accesserũt qui didragma ac
cipiebãt ad petrum : et dixerunt ei.
Magister vester non soluit didra-
gma. Ait. Etiam. Et cum itrasset
in domũ: preuenit eum iesus dicẽs
Quid tibi videtur simõ? Reges ter
re a quibus accipiũt tributũ vel cen
sum a filiis suis: an ab alienis? Et
ille dixit. Ab alienis. Dixit illi ie-
sus. Ergo liberi sũt filii. Vt autem
nõ scandalizemus eos: vade ad ma
re/et mitte hamum: et eum piscem
qui primus ascenderit tolle. Et ap-
to ore eius inuenies staterem: illuz
sumens da eis pro me/et te. Sab-
bato. Ad tessalonicẽses. ii.iii.c

DEnũciamus autẽ vobis fra
tres in nomine dñi nostri ie-
su xp̃i: vt subtrahatis vos ab omni
fratre ambulante iordinate: et non
secũdum traditionẽ quã acceperũt
a nobis. Ipsi enim scitis quẽadmo
dum oporteat imitari nos: quoniã
non inquieti fuimus inter vos ne
q̃ gratis panem manducauimus
ab aliquo: sed in labore in fatigati-
one nocte et die operãtes: ne quem
vestrum grauaremus. Non quasi
nõ habuerimus potestatem: sed vt
nosmetipsos formã daremus vo-
bis ad imitandum nos. Nam et cũ
essemus apud vos/hoc denũciaba-
mus vobis: qm̃ si q̃s non vult ope-
rari nec mãducet. Audiuimus enĩ
inter vos quosdã ambulantes in q̃
ete: nichil operãtes: sed curiose agẽ-
tes. His autẽ qui eiusmodi sunt: de-
nunciamus et obsecramus in dño
iesu xp̃o: vt cũ silentio operãtes su-
um panẽ manducent. Vos autem
fratres nolite deficere benefacien-
tes. Quot si quis non obedierit ver
bo nostro per epistolã hũc notate/et
nõ cõmisceamini cũ illo vt confun
datur. Et nolite quasi inimicũ exi-
stimare: sed corripite vt fratrẽ. Ipse
autẽ deus pacis det vobis pacem sẽ
piternam: in omni loco. Domin⁹
sit: cũ oĩbus vobis. S. Lucam. iiii.

IN illo tẽpore. Surgens iesus
de synagoga ĩtroiuit in domũ
simonis. Socrus autẽ simonis te-
nebatur magnis febribus: et roga-
uerũt illũ pro ea. Et stãs sup illam
ĩperauit febri/et dimisit illã: et con-
tinuo surgẽs ministrabat illis. Cũ
autẽ sol occidisset oẽs qui habebãt
infirmos variis lãguoribus: duce-
bant illos ad eũ: at ille singulis ma
nus ĩponens curabat eos. Exibant
autẽ demonia a multis clamãcia/
et dicencia: quia tu es filius dei. Et
increpãs nõ sinebat ea loqui: q̃a sci
ebant ipsũ esse xp̃m. Facta autẽ die
egressus ibat in desertũ locũ et tur-
be requirebãt eũ/et venerũt vsq̃ ad
ipsũ et detinebãt illũ ne discederet
ab eis. Quib⁹ ille ait. Q2 et aliis ci-
uitatibus : oportet me euãgelizare
regnũ dei. Dñica xvi. Introitus.

MIserere michi dñe qm̃ ad te
clamaui tota die qm̃ tu dñe
suauis et mitis es et copio-
sus in mia oĩbus ĩuocãtibus te. ps
Inclina dñe aurẽ tuã et exaudi me: quo-
niã inops et pauper sũ ego. Collecta.

Ecclesiam tuā dñe miseratio continuata mundet et muniat: et quia sine te non potest salua consistere: tuo sēper munere gubernetur. Per dominum nostrum.

Ad ephesios. iii. c.

Fratres. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: que est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri iesu christi: ex quo omis paternitas in celo et in terra nominatur/ vt det vobis secundū diuitias glorie sue virtutem corroborari per spiritū eius in interiori homine xp̄m habitare per fidē in cordibus vestris. In charitate radicati et fundati: vt possitis cōprehēdere cū oibus sctis q̄ sit latitudo/ et lōgitudo / et sublimitas/ et profūdum. Scire etiam supereminentē scientie charitatem xp̄i/ vt impleamini in oēm plenitudinem dei. Ei autē qui potens est omnia facere superabundāter quā petimus aut intelligimus secundum virtutem que operatur in nobis. Ipsi gloria in ecclesia et in christo iesu: in omīs generationes seculi seculorū Amē.

℟. Timebunt gentes nomē tuū dñe et omēs reges terre gloriam tuam. ℣. Quoniā edificauit dñs syon et videbit in maiestate sua. Alleluia. ℣. Jubilate deo omis terra seruite domino in leticia.

Secundum Lucam. vii. c.

In illo tempore. Ibat iesus in ciuitatem que vocatur naym et ibant cū eo discipuli eius: et turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defūct[9] efferebatur filius vnic[9] matris sue. Et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cū illa. Quam cum vidisset dñs: mia motus super eam dixit illi. Noli flere. Et accessit et tetigit loculū. Hi autem qui portabant steterunt. Et ait. Adolescens tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus/ et cepit loqui: et dedit illum matri sue. Accepit autē omēs timor: et magnificabāt deū dicentes. Quia ppheta magnus surrexit in nobis et quia deus visitauit plebem suā.

Offr. Dñe in auxilium meū respice cōfundantur et reuereantur qui querunt aiam meā vt auferant eā. **Secreta.**

Tua nos dñe sacramenta custodiant: et cōtra dyabolicos tueantur incursus. Per dominum

Coio. Dñe memorabor iustitie tue solius deus docuisti me a iuuentute mea et vsq; in senectam et seniū deus ne derelinquas me. **Postcoio.**

Mentes nostras et corpora possideat q̄s dñe doni celestis operatio: vt nō noster sensus in nobis: sed iugiter ei[9] pueniat effectus. P.

Feria iiii. Lectio libri thobie. xiii.

Benedicite dño oēs electi eius agite dies letitie: et cōfitemini illi. Hierusalē ciuitas dei: castigauit te dominus in operibus manuum tuarum. Confitere dño in bonis tuis / et benedic deum seculorū vt reedificet in te tabernaculum suum: et reuocet ad te omnes captiuos / et gaudeas in omia secula seculorum. Luce splendida fulgebis: et omēs fines terre adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te

uenient: et munera deferentes ado rabunt in te dominum.

Secundum Marcum. vii.

In illo tempore. Conuenerūt ad iesum pharisei. et quidam de scribis: uenientes ab hierosolymis. Qui cum vidissent quosdam et discipulis eius cōmunibus manibus: id est nō lotis mādūcare panes: vituperauerunt. Pharisei aūt et oīs iudei nisi crebro lauerit manus non manducāt: tenentes traditionem seniorum. Et a foro venientes nisi baptizentur: non comedunt. Et alia multa sunt que tradita sunt illis seruare baptismata calicū et urceorum / et eramentorū / et lectorum. Et interrogabant eū pharisei et scribe. Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum: sed cōmunibus manibus manducant panem? At ille respondens: dixit eis. Bene prophetauit isaias de vobis hypocritis: sicut scriptum est. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum lōge est a me. Inuanum autē me colunt: docentes doctrinas / et precepta hominum. Relinquētes enim mandatum dei: tenentis traditiones hominū.

Feria sexta.

Lectio libri thobie. xiii. c.

In diebus illis. Dixit thobias. Anima mea benedic dominū qm̄ liberauit hierusalē ciuitatē suā a cunctis tribulationibus eius dominus deus noster. Beatus ero. si fuerint reliquie seminis mei ad vidēdā claritatē hierusalē. Porte hierusalē ex saphyro et smaragdo edificabūtur: et ex lapide precioso oīs circuitus murorū eius. Et ex lapide cādido et mūdo oēs platee eius sternētur: et per vicos eius alleluia cātabit̄ Bñdictus dñs qui exaltauit eā: vt sit regnū eius in scl'a seculorum.

Secundum Lucam. viii. c.

In illo tēpore. Factū est aūt in vna dierum / et ascēdit iesus ī nauiculā et discipuli ei⁹: et ait ad illos Transfretemus trans stagnū. Et ascenderunt. Et nauigātibus illis: obdormiuit / et descēdit procella vēti in stagnū / et cōpellebātur / et periclitabātur. Accedētes autē: suscitauerunt eū dicentes. Preceptor: perimus. At ille surgens increpauit vētū / et tempestatē aque / et cessauit: et facta est tranquillitas. Dixit autē illis. Vbi est fides vestra? Qui timētes mirati sūt adinuicem dicentes. Quis putas hic est? Quia et ventis et mari imperat: et obediuut ei.

Sabbato. Ad Corinthios ii. vi.

Os nostrū patet ad vos o corinthi: cor nrm̄ dilatatū est Non angustiamini in nobis. angustiamini autē in visceribus vestris. Eādē autē habentes remunerationē: tanq̄ filiis dico dilatamini et vos Nolite iugū ducere cū infidelibus. Que enī participatio iustitie cum iniquitate: aut que societas luci ad tenebras? Que autē conuentio christi ad belial? Aut que pars fidelis cū infideli? Que autē consensus templo dei cum idolis. Vos enim estis templum dei viui sicut dicit deus: quoniam inhabitabo in illis: et inambulabo inter eos: et ero illorum

deus: et ipſi erunt michi populus. Propter quod erite de medio eorũ: et ſeparamini dicit dñs. Et immũdum ne tetigeritis/et ego recipiã vos/et ero vobis in patrem: et vos eritis michi in filios et filias. Dicit dominus: omnipotens.

Secundum Lucam. ix.c

IN illo tẽpore. Audiuit autẽ herodes tetrarcha oĩa que fiebãt ab eo: et heſitabat eo ꝙ diceretur a quibuſdam/quia iohannes ſurrexit a mortuis: quibuſdam vero q̃a helyas apparuit: ab aliis autẽ quia propheta vnus de antiquis ſurrexit. Et ait herodes. Johannem ego decollaui. Quis autẽ eſt iſte de quo ego talia audio? Et querebat videre eum. Et reuerſi apoſtoli: narrauerunt illi quecunqꝫ fecerunt. Et aſſumptis illis: ſeceſſit ſeorſum in deſertum locum qui eſt bethſaide. Quod cum cognouiſſent turbe ſecute ſunt illum: et excepit eos/et loquebatur illis de regno dei.

Dñica decima ſeptima. Introitus

IVſtus es dñe et rectum iudiciũ tuum fac cum ſeruo tuo ſecũdũ miſericordiam tuã. **Ps.** Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. **Collecta.**

TVa nos dñe q̃s gratia ſẽper preueniat et ſequatur: ac bonis operibus iugiter preſtet eſſe intentos. Per do. **Ad epheſios.** iiii.c.

FRatres. Obſecro vos ego vinctus in domino: vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis cum omni humilitate/et manſuetudine: cum patientia ſupportantes inuicem in charitate. Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus: in vinculo pacis. Vnum corpus et vnus ſpirit⁹: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtre. Vnus dñs/vna fides/vnum baptiſma. Vnus deus et pater omniũ qui ſuper omnes/et per omnia/et in omnibus nobis qui eſt benedictus: in ſecula ſeculorum amen. **℟.** Beata gẽs cuius eſt dominus deus eorum populus quem elegit dominus in hereditatem ſibi. **℣.** Verbo domini celi firmati ſũt et ſpiritu oris ei⁹ omnis virtus eorum. **A**lleluia. **℣.** Confitemini domino et inuocate nomẽ eius annunciate inter gentes opera eius.

Secundum Lucam. xiiii.c.

IN illo tempore. Cum intraret ieſus in domum cuiuſdã principis phariſeorum ſabbato mãducare panem: et ipſi obſeruabant eũ. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et reſpondens ieſus: dixit ad legiſperitos et phariſeos. Si licet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehenſum ſanauit eũ: ac dimiſit. Et reſpõdẽs ad illos: dixit. Cuius veſtrũ aſinus aut bos in puteũ cadet: et nõ continuo extrahet illum die ſabbati? Et non poterãt ad hec reſpondere illi. Dicebat autẽ et ad inuitatos parabolã: intẽdẽs quomodo primos accubitus eligerẽt: dicẽs ad illos. Cũ inuitatus fueris ad nuptias: non diſcũbas in primo loco: ne forte honoratior te ſit inuitatus ab eo. Et veniens is qui te et illũ vocauit dicat tibi: da huic locum. Et tunc incipias cum rubore: nouiſſimũ locũ tenere

Sed cũ vocatus fueris: vade et recumbe in nouissimo loco: vt cũ venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice: ascende superius. Tunc erit tibi gloria corã simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur. Offertoriũ. Oraui deum meũ ego daniel dicens exaudi dñe preces serui tui et illumina faciem tuam super sanctuariũ tuum et propitius intende populum istũ super quem inuocatũ est nomen tuũ deus.

Munda nos dñe Secreta. sacrificii presentis effectu: et perfice miseratus in nobis: vt eius mereamur esse participes. Per do. Coio. Uouete et reddite domino deo vestro oẽs qui in circuitu eius affertis munera terribili et ei qui aufert spiritũ principum terribili apud omnes reges terre.

Purifica dñe quesu Postcõio. mus mẽtes nostras benignus et renoua celestibus sacramentis: vt consequenter et corporũ presens pariter et futurum capiamus auxilium. Per dominum nostrum iesũ.

Feria quarta in ieiuniis quatuor temporũ. Introitus.

Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob sumite psalmũ iocũdũ cum cithara canite initiũ mensis tuba q̃a preceptũ in israel est et iudiciũ deo iacob. Ps. Diuertit ab oneribus dorsũ eius manus eius in cophino seruierũt. Hic dicitur Dñs vobiscum. Collecta.

Misericordie tue remediis q̃sumus domine fragilitas nostra subsistat: vt que sua cõditione atteritur: tua clementia reparetur. Per. Lectio Amos pphete. ix. c.

Hec dicit dominus. Ecce dies venient, et cõprehẽdet arator messorem, et calcator vue mittentẽ semen. Et stillabunt montes dulcedinẽ: et omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei israel, et edificabunt ciuitates desertas: et habitabunt in eis. Et plantabunt vineas, et bibent vinum earum. Et facient ortos, et comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam: et non euellam eos vltra de terra sua quã dedi eis: dicit dominus omipotens. R. Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat et humilia respicit in celo et in terra. V. Suscitans a terra inopem et de stercore erigens pauperem. Hic dicitur tantũmodo Oremus. Oro.

Presta quesumus domine familie tue supplicanti: vt dũ a cibis corporalibus se abstinet: a viciis mente ieiunet. Per dñm nostrũ. iesum christum filium tuum. Qui

Lectio Neemie prophete. viii. c.

In diebus illis. Congregatus est oĩs populus quasi vir vnus ad plateam que est ad portã aquarum: et dixerunt esdre scribe vt afferret librum legis moysi quã precepit dominus israeli. Attulit ergo esdras sacerdos legem corã multitudine virorum et mulierũ: cunctisq̃ qui poterant itelligere: in die prima mensis septimi. Et legit in eo aperte in platea que erat ante portã aquarũ: de mane vsq̃ ad mediã diem: in conspectu virorũ et mulierum et sapiẽtium. Et aures omis

populi erant erecte ad librū. Stetit
autē esdras scriba super gradum li
gneū quē fecerat ad loquendum: et
steterūt iuxta eū. Et aperuit esdras
librū corā omni populo. Et benedi
xit esdras dño deo magno. Et re-
spondit omīs populus. amen amē
eleuans manus suas. Et incuruati
sunt: et adorauerunt proni in terrā
Porro leuite silentiū faciebāt in po
pulo: ad audiēdam legē. Populus
autē stabat in gradu suo. Et lege-
rūt in libro legis dei distincte et ap-
te ad intelligendū: et intellexerunt
cū legeretur. Dixit aūt neemias sa
cerdos et esdras scribis et leuitis.
Dies sanctificatus est dño deo no-
stro: nolite lugere/et nolite flere. Et
dixit eis. Jte et comedite pinguia
bibite mulsū/ et mittite partes eis:
qui nō preparauerunt sibi: quia sā
ctus dies dñi est. Et nolite cōtrista-
ri: gaudiū etenim dñi est: fortitudo
nostra. R. Propitius esto dñe peccatis
nostris nequando dicant gētes vbi est de
us eorum. V. Adiuua nos deus salutaris
noster et ppter honorē nomis tui dñe li-
bera nos. Scdm Marcum. ix.c

IN illo tempore. Respondens
vnus de turba: dixit ad iesum
Magister attuli filium meū ad te:
habentem spiritum mutum. Qui
vbicunq eum apprehenderit alli-
dit illum et spumat/et stridet den-
tibus/et arescit. Et dixi discipulis
tuis vt eiicerent illum/et non potu
erunt. Qui respondens eis. dixit.
O generatio incredula: quamdiu
apud vos ero: quamdiu vos patiar
Afferte illum ad me. Et attulerunt
eum. Et cum vidisset eum statim
spiritus conturbauit illum/ et eli-
sus in terram volutabaī spumās.
Et interrogauit patrē eius. Quan
tum temporis est ex quo hoc ei acci
dit: At ille ait. Ab infantia. Et fre
quenter eum in ignem et in aquas
misit: vt eum perderet. Sed si quid
potes adiuua nos: misertus nostri.
Jesus autem ait illi. Si potes cre-
dere: omnia possibilia sunt creden-
ti. Et continuo exclamās pater pue
ri: cum lachrymis aiebat. Credo do
mine: adiuua incredulitatem meā
Et cum videret iesus concurrētem
turbam: cōminatus est spiritui im
mundo dicens illi. Surde et mute
spiritus: ego precipio tibi exi ab eo.
et amplius ne introeas in eū. Et ex-
clamans/et multum discerpens eū
exiit ab eo. Et factus est sicut mor-
tuus: ita vt multi dicerent qa mor-
tuus est. Jesus autem tenens ma-
num eius eleuauit eum/et surrexit
Et cum introisset in domum: disci
puli eius secreto interrogabant eū:
Quare nos non potuimus eiicere
eum: Et dixit illis. Hoc genus i nul
lo potest exire: nisi in oratione et ie
iunio. Offertorium. Meditabor in
mandatis tuis que dilexi valde: et leua
bo manus meas ad mandata tua que di
lexi. Secreta.

HEc hostia quesumus domi
ne emundet nostra delicta: et
ad sacrificium celebrandum subdi
torum tibi corpora mentesq sancti
ficet. Per dominum nostrum iesū
christum filium tuum. Qui tecū.
Coio. Comedite pīguia et bibite mulsū

et mittite partes eis qui non preparauerunt sibi sanctus etenim dies dñi est nolite contristari gaudiuz eteni domini est fortitudo vestra. Postcõio.

Sumentes dñe dona celestia suppliciter te deprecamur: vt que sedula seruitute te donãte gerimus: dignis sensib⁹ tuo munere capiamus. Per dominum nostrum.

Feria sexta. Introitus.

Letetur cor querentiũ dñm querite dñm et confirmamini querite faciẽ eius semper. Ps. Cõfitemini dño et inuocate nomẽ eius: annũciate inter gẽtes opera eius

Presta qs omps Collecta. deus: vt obseruatiões sacras annua deuotione recolentes: et corpore tibi placeamus et mente. Per.

Lectio osee prophete. xiiii. c.

Hec dicit dñs. Cõuertere israel ad dñm deũ tuum: qm̃ corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscũ verba: et cõuertimini ad dñm et dicite ei. Om̃em aufer iniquitatẽ/ et accipe bonum: et reddemus vitulos labiorũ nostrorũ. Assur non saluabit nos. Super equũ nõ ascendemus nec dicemus vltra dii nr̃i opera manuũ nostrarũ: quia eius qui in te est misereberis pupilli. Sanabo cõtritiones eorũ: diligã eos spõtanee: quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros. Et israel germinabit sicut liliũ: et erũpet radix eius vt libani. Ibunt rami eius: et erit quasi oliua gloria eius: et odor eius vt libani. Cõuertentur sedentes in vmbra eius: viuẽt tritico. Et germinabũt quasi vinea: memoria le ei⁹ sicut vinũ libani. Ego exaudiã et dirigã eũ: ego vt abietem virentẽ: ex me fructus tuus inuentus est Quis sapiens et intelliget ista? Intelligẽs et sciet hec. Quia recte vie dñi/ et iusti ambulabunt in eis. preuaricatores vero corruent in eis. ℟ Cõuertere dñe aliquantulũ et deprecare super seruos tuos. ℣. Dñe refugium factus es nobis a generatione et progenie.

Secundum Lucam. vii. c.

In illo tẽpore. Rogabat iesum quidã phariseus: vt mãducaret cũ illo. Et igressus domũ pharisei: discubuit. Et ecce mulier q̃ erat in ciuitate peccatrix/ vt cognouit ꝙ iesus accubuit in domo pharisei: attulit alabastrũ vnguenti/ et stãs retro secus pedes eius /lachrymis cepit rigare pedes eius/ et capillis capitis sui tergebat: et osculabat pedes eius: et vnguento vngebat. Videns autẽ phariseus qui vocauerat eum: ait intra se dicens. Hic si esset propheta sciret vtiq͡ꝫ que et qualis est mulier que tãgit eum: quia peccatrix est. Et respondens iesus: dixit ad illum. Simõ/ habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic Et respondens iesus dixit ad eum. Duo debitores erant cuidã feneratori: vnus debebat denarios quingentos/ et alius quinquaginta. Nõ habentibus illis vnde redderent: donauit vtrisq͡ꝫ. Quis ergo eum plus diligit? Respondens simon: dixit. Estimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem: dixit simoni. Vides hanc mulierem. In

trauí in domum tuã: aquã pedibus meis nõ dedisti hec autẽ lachrymis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum michi non dedisti hec autẽ ex quo intraui nõ cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meũ non vnxisti: hec autẽ vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittunt ei pctã multa quoniã dilexit multũ. Cui autẽ minus dimittitur, minus diligit. Dixit autẽ ad illam. Remittũtur tibi peccata tua. Et ceperunt quidã qui simul accumbebant dicere intra se Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autẽ ad mulierẽ. Fides tua te saluã fecit: vade in pace. Offr. Benedic anima mea dño et noli obliuisci omẽs retributiones eius et renouabitur sicut aquile iuuentus tua.

Secreta

Accepta tibi sint dñe q̃s nostra dona ieiunii: q̃ nos expiando gratia tua dignos efficiãt: et ad sempiterna promissa perducant. Per dominum. Coio. Aufer a me opprobriũ et contẽptum q̃a mandata tua exquisiui domine nã et testimonia tua meditatio mea est Postcõ

Quesumus omps deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: beneficia potiora sumamus. Per dominum nostrum.

Sabbato. Ad missã Introitus.

Venite adoremus deũ et procidamus ante dñm ploremus ãte eum qui fecit nos quia ipse est dominus deus noster. ps. Venite exultemus domino: iubilem9 deo salutari nostro. Menti tenendum q̃ ad quãlibet sequentiũ collectarũ dicitur tãtũmodo Oremus. Excepta vltima. Collecta.

Omnipotens sempiterne deus qui per cõtinentiam salutarẽ et corporibus nostris mederis et mẽtibus maiestatẽ tuã supplices exoramus: vt pia ieiunantiũ deprecatione placatus: et presentia nobis subsidia prebeas et futura. Per dñ.

Lectio libri leuitici. xxiii. c.

In diebus illis. Locutus est dominus ad moysẽ dicens. Decimo die mensis huius septimi dies expiationũ erit celeberrimus: et vocabitur sãctus. Affligetisq̃ aĩas vestras in eo: et offeretis olocaustũ dño. Omne opus seruile nõ facietis in tẽpore diei huius: quia dies ppitiationis est: vt propicietur vobis dñs deus vester. Omis aĩa que afflicta non fuerit die hac: peribit de populis suis. Et que operis quippiam fecerit: delebo eã de populo suo Nichil ergo operis facietis in eo. Legittimũ sẽpiternum erit vobis: in cũctis generationibus et habitaculis vestris. Sabbatum requietiõis est: affligetisq̃ aĩas vestras. Die nono mensis septimi a vespere vsq̃ ad vesperũ: celebrabitis sabbata vestra. Ait dñs omnipotens. R. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. V. Dñe deus virtutũ exaudi preces seruorũ tuorũ. Oremus. Collecta.

Da nobis q̃s omnipotens deus: vt ieiunãdo tua gratia satiemur: et abstinẽdo cunctis efficiamur hostibus fortiores. Per dominum nostrum.

Lectio libri leuitici. xxiiii. c.

In diebus illis. Locutus est do
minus ad moysē dicens. Qui
to decimo die mēsis huius septimi
quādo cōgregaueritis omnes fru=
ctus terre vestre: celebrabitis ferias
dñi septem diebus. Die primo ꝛ die
octauo erit sabbatum: id est reqes.
Sumetisqꝫ vobis die primo fruct⁹
arboris pulcherrime spatulasqꝫ pal
marū/et ramos ligni densarū fron
diū/et salices de torrēte: et letabimi
ni corā dño deo vestro: celebrabitis
qꝫ solēnitatem eius septem diebus
per annū. Legittimū sēpiternū erit
in generationibus vestris. Mense
septimo festa celebrabitis/ et habi=
tabitis in vmbraculis septem die=
bus. Omis qui de genere israel est
manebit in tabernaculis: vt discāt
posteri vestri ꝙ in tabernaculis ha
bitare fecerim filios israel: cū educe
rē eos de terra egypti. Ego dñs de=
us vester. ℟. Propitius esto dñe pecca=
tis nostris nequando dicant gentes vbi
est deus eorū. ℣. Adiuua nos deus saluta
ris noster et propter honorem nomis tui
dñe libera nos. Oremus. Collecta.

Uere q̄s domine familiā tu
am: vt salutis eterne reme=
dia que te aspirante requirimus te
largiente consequamur. Per dñm.

Lectio michee prophete. vii. c.

In diebus illis. Orauit miche
as ad dñm dicēs. Domine de
us noster. Pasce populuꝫ tuum in
virga tua/gregem hereditatis tue
habitantem terram in saltu in me
dio carmeli pascentur basan et ga=
laad iuxta dies antiquos. Secun=
dū dies egressionis tue de terra egy
pti: ostendā ei mirabilia. Uidebunt
gentes/et cōfundentur super omni
fortitudine sua. Quoniā quis de=
us similis tui: qui aufers iniquita=
tem et transfers peccatū reliquiaꝝ
hereditatis tue? Non imittet vltra
furorem suū: quoniā volens mise=
ricordiā est. Reuertetur et miserebi
tur nostri. Deponet iniquitates no
stras: et proiiciet in ꝓfundū maris
omia peccata nostra. Dabis verita
tē iacob: misericordiā abraham: q̄
iurasti patribus nostris a dieb⁹ an
tiquis: dñe deus noster. ℟. Iacta co=
gitatū tuum i dño et ipe te enutriet. ℣.
Dum clamarem ad dñm exaudiuit vocē
meā ab hiis qui appropinquant michi.
Oremus. Collecta.

Presta q̄s dñe sic nos ab epu=
lis carnalibus abstinere: vt a
viciis irruētibus pariter ieiunem⁹.
Per dñm nostrum.

Lectio zacharie prophete viii.

In diebus illis. Factū est ver=
bū dñi ad me dicens. Hec dicit
dñs exercituū. Sicut cogitaui vt af
fligerem vos cū ad iracundiā pro=
uocassēt me patres vestri: et non sū
misertus: sic cōuersus cogitaui in
diebus istis vt benefaciā et hirlm/ ꝛ
domui iuda. Nolite timere. Hec sūt
ergo verba q̄ facietis. Loq̇mini ve=
ritatē vnusq̇sqꝫ cū ꝓximo suo. Veri
tatē et iudiciū pacis iudicate in por
tis vestris: et vnusq̇sqꝫ malū cōtra
amicū suū/ ne cogitetis in cordib⁹
vrīs: et iuramētū mēdax ne diliga
tis. Oia eni hec sūt q̄ odi: dicit dñs.
Et factū est verbū dñi exercituū ad
me dicēs. Hec dicit dñs exercituū. Je

iunium quarti/et ieiuniū quinti/et ieiuniū septimi: et ieiuniū decimi: erit domui iude in gaudiū et letitiam/et in solēnitates preclaras. Veritatē tantū/et pacem diligite. Dicit dn̄s exercituū. ℟. Conuertere dn̄e aliquantulū et deprecare super seruos tuos. ℣. Dn̄e refugiū factus es nobis a generatione et progenie. Collecta.

Ut nos dn̄e tribuis solenne tibi deferre ieiuniuꝫ: sic nobis q̄s idulgentie presta subsidium. P.

Lectio Danielis prophete.

In diebus illis. Angelus dn̄i descendit cū azaria et sociis eius in fornacē: ⁊ excussit flammā ignis de fornace/et fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantē. Flamma autē diffusa est super fornacē cubitis quadraginta nouem: et incēdit quos repperit iuxta fornacē de caldeis ministros regis qui eam incēdebant. Illos autē nō tetigit ignis/neqꝫ contristauit/nec quicꝙ molestie itulit. Tūc hi tres quasi ex vno ore laudabāt et benedicebāt/et glorificabant deū in fornace dicentes.

Tractus.

Benedictus es dn̄e deus patrū nostrorū. Et laudabilis et gloriosus i secula. ℣. Et benedictū nomen glorie tue quod est sāctū. Et laudabile et gloriosū in secula. ℣. Benedictus es in tēplo sācto glorie tue. Et laudabilis. ℣. Benedictus es in templo sancto tuo regni tui. Et laudabilis. ℣. Benedictus es qui sedes super cherubin intuens abyssos. Et laudabilis. ℣. Benedictus es super sceptrum diuinitatis glorie tue. Et laudabilis. ℣. Benedictus es qui ambulas super pennas ventorū. Et laudabilis. ℣. Benedicant te omēs angeli et sancti tui. Et laudabilē et gloriosū in secula. Benedicant te celū terra mare et omnia que in eis sunt. Et laudabilē et gloriosū in secula. ℣. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Et laudabili et glorioso in secula. ℣ Sicut erat in principio et nunc et sēper et in secula seculorū amē. Et laudabili et glorioso i secula. ℣ Benedictus es dn̄e deus patrū nostrorum. Et laudabilis et gloriosus in secula. Hic dicitur Dn̄s vobiscū. Et Oremꝰ. Collectā.

Deus qui tribus pueris mitigasti flām̄as igniū concede propitius: vt nos famulos tuos nō exurat flām̄a viciorū. Per dn̄m

Ad hebreos. ix.c.

Fratres. Tabernaculū factū est primū in quo erant candelabra/et mensa/et propositio panū q̄ dicit̄ sācta. Post velamentū autē scd̄m tabernaculū quod dicit̄ sācta sāctorū: aureū habens thuribulū/⁊ archam testamēti circūtectā auro/ex oī parte/in qua vrna aurea/habens māna/et virga aaron q̄ fronduerat/et tabule testamēti: super q̄ erant cherubī glorie obūbrancia ꝓpiciatoriū: de quibꝰ nō est modo dicēdū per singula. His vero ita cōpositis: in priori quidē tabernaculo sēper itroibāt sacerdotes sacrificiorū officia cōsūmātes. In scd̄o vero semel in anno solus pōtifex nō sine sāguine quē offerret ꝓ sua et populi ignorātia: hoc significāte spū scō nondū ꝑpalatā esse sāctoꝝ viā adhuc priore tabernaculo habente statū. Que parabola est tēporis istantis: iuxta quā munera et hostie offe

runtur:que nō possūt iuxta cōscien
tiā perfectū facere seruitutem/solū
modo in cibis et in potibus/ꝛ in va
riis baptismatibus/et iustitiis car=
nis:vsqꝫ ad tēpus correctionis ipo=
sitis. Christus autē assistēs pōtifex
futurorū bonorū peramplius et p=
fectius tabernaculū non manufa=
ctū:id est nō huius creationis: neqꝫ
per sanguinē hircorū aut vitulorū:
sed per propriū sanguinē introiuit
semel in sancta:eterna redēptiōe in
uenta. Tractus.

Laudate dn̄m omēs gentes et col=
laudate eū omēs populi. ℣. Qm̄
cōfirmata est super nos mia eius et veri
tas dn̄i manet in eternū. S. Lucā xiii.

In illo tempore Dicebat iesus
turbis:similitudinē hanc. Ar=
borem fici habebat quidā plantatā
in vinea sua:et venit querens fru=
ctū in illa/et nō inuenit. Dixit au=
tē ad cultorē vinee. Ecce anni tres
sūt ex quo venio querens fructū in
ficulnea hac/et nō inuenio. Succi=
de ergo illā. Vt quid etiā terrā occu
pat? At ille respōdens:dixit illi. Do
mine:dimitte illā et hoc anno vsqꝫ
dū fodiā circa illā:et mittā stercora
Et siquidē fecerit fructū: sinaūt in
futuro succides eā Erat autē docēs
in synagoga eorū sabbatis. Et ecce
mulier que habebat spm̄ infirmita
tis annis decem et octo/ꝛ erat incli
nata.nec omnino poterat sursū re=
spicere. Quā cū videret iesus: voca
uit eā ad se/et ait illi. Mulier dimis
sa es ab infirmitate tua. Et iposu=
it illi manus:et cōfestī erecta est/et
glorificabat deū. Respōdēs autē ar
chisynagogus idignans qa sabba=
to curasset iesus:dicebat turbe. Sex
dies sūt in qbus oportet operari. In
his ergo venite et curamini:et non
in die sabbati. Respondens autē ad
illū dn̄s:dixit. Hypocrite vnusquis=
qꝫ vestrū sabbato nō soluit bouē su
um aut asinū a presepio: ꝛ ducit ad
aquare? Hāc autē filiā abrahe quā
alligauit sathanas ecce decē et octo
annis: nō oportuit solui a vinculo
isto die sabbati? Et cum hec diceret
erubescebāt oēs aduersarii eius. Et
oīs populus gaudebat in vniuersis
que gloriose fiebant ab eo. Offr.

Dn̄e deus salutis mee in die clamaui et
nocte corā te itret oratio mea in cōspectu
tuo domine. Secreta.

Concede qs omps deus:vt o=
culis tue maiestatis munus
oblatū: et gratiā nobis deuotionis
optineat:et effectū beate perennita
tis acquirat. Per dn̄m. Coio. Mēse
septimo festa celebrabitis cū in taberna=
culis habitare fecerim filios israel cū edu
cerē eos de terra egipti ego dn̄s de⁹ vester

Proficiāt i nobis Postcoio.
dn̄e qs tua sacramēta qd cōti
nent:vt q̄ nūc spem gerimus: rerū
veritate capiamus. Per dn̄m no.

Dn̄ica decima octaua. Introitus.

Da pacē dn̄e sustinētibus te
vt prophete tui fideles iue=
niātur exaudi preces serui
tui et plebis tue israel. ps. Dilexi qm̄
exaudiet dn̄s: vocē orōnis mee. Collectā.

Da qs dn̄e populo tuo diabo=
lica vitare contagia: et te so=
lum deum puro corde sectari. Per

Ad Corinthios. i. i.c.
r.ii.

FRatres. Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei que data est vobis in christo iesu: quia in omnibus diuites facti estis in illo: in omni verbo et in omni scientia/ sicut testimoniũ christi cõfirmatum est in vobis: ita vt nichil vobis desit in vlla gratia: expectãtibus reuelationẽ dñi nostri iesu christi: qui et cõfirmabit vos vsque in finẽ sine crimine: in die aduentus dñi nostri iesu christi. ℟. Letatus sum in his que dicta sunt michi in domum dñi ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. Alleluia. ℣. Paratũ cor meum deus paratum cor meum cãtabo et psallam tibi in gloria mea.

Secundum Matheum. xxii.

IN illo tẽpore. Accesserũt ad iesum saducei: et ĩterrogauit eũ vnus ex eis legisdoctor tentans eũ. Magister: quod est mãdatum magnũ in lege? Ait illis iesus. Diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo: et in tota anima tua: et in omni mente tua. Hoc est maximum et primũ mandatum. Secundũ autẽ simile est huic. Diliges proximum tuum: sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet et prophete. Cõgregatis autem phariseis: interrogauit eos iesus dicens. Quid vobis videtur de christo: cuius filius est? Dicũt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in spiritu vocat eum dominum dicens? Dixit dñs domino meo sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum. Si ergo dauid vocat eum dominũ: quomodo filius eius est. Et nemo poterat respondere ei verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die: eum amplius interrogare. Offertoriũ. Sanctificauit moyses altare domino offerens super illud olocausta et immolans victimam fecit sacrificium matutinum in odorem suauitatis domino deo in conspectu filiorũ isrl.

MAiestatem tuam Secreta. dñe suppliciter deprecamur: vt per hec sancta que gerimus et a preteritis nos eruant et futuris. P. Coio. Tollite hostias et introite i atria eius adorate dominũ in aula sancta eius.

SAnctificationibus Postcõ nostris omnipotens deus: et vicia nostra curẽtur/ et remedia nobis eterna proueniãt. Per dñm nostrum iesum christum. Feria. iiii.

Lectio libri Neemie prophete. viii.

IN diebus illis. Cõgregati sũt principes familiarum vniuersi populi sacerdotes et leuite ad esdram scribam: vt interpretaret eis verba legis. Et inuenerunt scriptũ in lege precepisse dñm in manu moysi vt habitent filii israel in tabernaculis in die solenni mense septimo et vt predicent et diuulgent vocem in vniuersis vrbibus suis: et in hierusalem dicentes. Egredimini in montem/ et offerte frondes oliue/ et frondes ligni pulcherrimi/ frondes myrti/ et ramos palmarum/ et frondes ligni nemorosi/ vt fiant tabernacula sicut scriptum est. Egressus est omnis populus et accubuerunt. Feceruntque sibi tabernacula vnusquisque in domate suo et in atriis suis/ et in atriis domus dei: et in platea

te aquarũ/et in platea porte ephraim. Fecit ergo vniuersa ecclesia eorũ qui redierant de captiuitate tabernacula. et habitauerũt in tabernaculis. Non enĩ fecerant a diebus iosue filii nun talia filii israel: vsqz ad diem illũ. Et fuit letitia magna nimis. Scdm Lucam. xi.c.

In illo tẽpore. Dicebat iesus turbis iudeorũ. Ve vobis qui edificatis monumẽta pphetarum patres autẽ vestri occiderunt illos. Profecto testificamini qꝫ consentitis operibus patrũ vestrorũ. quoniam quidem ipsi eos occiderũt vos autem edificatis eorum sepulchra. Propterea et sapiẽtia dei dixit. Mittam ad illos prophetas ⁊ apostolos et ex illis occident et persequentur: vt inquiratur sanguis oĩm prophetarum qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista/a sanguine abel iusti vsqz ad sãguinem zacharie qui periit inter altare et edem. Ita dico vobis: requiretur ab hac generatione. Ve vobis legisperitis qui tulistis clauem scientie: ipsi non introistis/ et eos qui introibant prohibuistis. Cũ autẽ hec ad illos diceret: ceperunt pharisei et legisperiti grauiter insistere/et os ei⁹ opprimere de multis insidiantes ei et querẽtes aliquid capere de ore ei⁹ vt accusarent eũ. Feria sexta. Lectio Neemie prophete. viii.

In dieb⁹ illis. Legit autẽ esdras in libro legis dei per dies singulos a die primo vsqz ad diẽ nouissimũ: et fecerunt solennitatẽ septez diebus/et in die octauo collectã iuxta ritũ. In die autẽ vicesimo quarto mẽsis huius conuenerũt filii israel in ieiunio et in saccis et hum⁹ super eos. Et separatum est semen filiorum israel ab omni filio alienigena/et steterunt et cõfitebantur peccata sua et iniquitates patrum suorũ. Et consurrexerũt ad standũ et legerunt in volumine legis dñi dei sui. quater in die/et quater ĩ nocte confitebantur: ⁊ adorabãt dñm deũ suũ. Secundũ Marcũ. viii.

In illo tempore Venit iesus in bethsaida: et adducunt ei cecũ et rogabant eum vt illum tãgeret. Et apprehẽsa manu ceci eduxit eũ extra vicum/et expuens in oculos eius impositis manibus suis: interrogauit eũ si quid videret. Et aspiciens ait. Video homĩes velut arbores ambulantes. Deinde iterũ imposuit manus super oculos eius: et cepit videre. Et restitutus est ita: vt videret clare omĩa. Et misit illum in domũ suam dicens. Vade in domũ tuam. Et si in vicũ introieris: nemini dixeris. Sabbato. Lectio Neemie prophete. ix.

In diebus illis. Dixerunt leuite filiis israel. Surgite: benedicite dño deo nostro: ab eterno vsqz in eternum. Et benedicãt nomĩ glorie tue excelso in omni benedictione et laude. Et dixit esdras. Tu ipse domine solus tu fecisti celum: et celũ celoꝝ et oẽm exercitum eorum terram/et vniuersa que in ea sunt. Maria et omĩa que in eis sunt. Et tu viuificas omnia hec: et exercitus celi te adorat. Scdm Marcũ. xii.

IN illo tēpore. Cepit iesus ī parabolis loqui. Vineam pastinauit homo: et circundedit sepem: et fodit lacum: et edificauit turrim et locauit eā agricolis: et peregre ꝓfectus est. Et misit ad agricolas in tēpore seruum: vt ab agricolis acciperet de fructu vinee. Qui apprehē sum eū ceciderunt: et dimiserūt vacuum. Et iterū misit ad illos aliū seruum: et illum in capite vulnerauerunt: et ꝯtumeliis affecerunt. Et rursum alium misit: et illū occiderunt. Et plures alios quosdā ceciderunt: quosdam occiderunt. Adhuc ergo vnum habens filium charissimū: et ille misit ad eos nouissimū dicens. Quia reuerebuntur filium meū. Coloni autē dixerunt ad inuicem. Hic est heres. Venite occidam⁹ eum: et nostra erit hereditas. Et apprehendentes eum occiderūt / et eiecerunt extra vineam. Quid ergo faciet dominus vinee? Veniet et perdet colonos: et dabit vineam aliis. Nec scripturā hanc legistis? Lapidē quē reprobauerunt edificantes hic factus est ī caput anguli: a domīo factū est istud: et est mirabile in oculis nostris. Et querebant eū tenere et timuerunt turbā. Cognouerunt enim qui ad eos parabolam dixerit / et relicto eo: abierunt. Dñica decima nona. Introitus.

SAlus populi ego sum dicit dominus de quacunq3 tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos et ero illorum dominus imperpetuum. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Collectā

DIrigat corda nostra q̄s domine tue miseratiōis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per. Ad Ephesios. iiii. c

FRatres. Renouamini in spiritu mentis vestre: ꝛ induite nouū hominem qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Propter hoc deponentes mendacium: loquimini veritatem vnusquisq3 cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Irascimini / et nolite peccare. Sol non occidat: super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur / iā nō furetur. Magis autem laboret opando manib⁹ suis quod bonum est: vt habeat vnde tribuat: necessitatem patienti. R. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. V. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Alleluia. V. Redemptionem misit dominus populo suo. Scd̄m Matheū. ix.

IN illo tempore. Ascendens iesus in nauiculam: transfretauit: et venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant illi paraliticum: iacentem in lecto. Videns autem iesus fidem illorum: dixit paralitico. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis: dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset iesus cogitationes eorum: dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris. Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua / an dicere surge et ambula? Vt autem sciatis / quoniam filius

hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralitico: Surge: tolle lectũ tuum: et vade in domum tuam. Et surrexit: et abiit in domum suam. Videntes autem turbe timuerunt et glorificauerunt deum: qui dedit potestatem talem hominibus. Offertoriũ. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine et super iram inimicorum meorum extendes manum tuam et saluũ me fecit dextera tua. Secreta.

Deus qui nos per huius sacrificii veneranda commercia vnius sũmeqꝫ diuinitatis participes effecis: presta q̃sumus: vt sicut tuam cognoscimus veritatem / sic eam dignis mentibus et moribus assequamur. Per dominũ. Comunio.

Tu mandasti mãdata tua custodiri nimis vtinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcõio.

Gratias tibi dñe referimus sacro munere vegetati: tuã misericordiam deprecantes: vt dignos nos eius participatione perficias. Per dñm nostrũ. Feria iiii.

Lectio libri Judith. iiii.

In diebus illis. Fecerũt filii israel sicut constituerũt illis ioachim sacerdos magnus / et seniores totius populi israel qui sedebat in hierusalẽ / et proclamauerũt filii israel ad dñm instantia magna: et humiliauerunt aias suas in ieiunio magno ipsi et mulieres et paruuli eorũ: et omis aduena qui erat mercenarius et empticius eorũ / et i posuerunt cilicia super lũbos suos et oms viri israel et mulieres et pueri qui habitabãt hierlm: et prociderunt in faciẽ suã corã templo: et cinerẽ posuerũt super capita sua. Et extenderunt cilicia sua contra faciem tẽpli dñi / ꝛ cooperuerunt altare cilicio / et clamauerũt ad deũ israel vnanimes / vt non daret in direptione paruulos eorũ. et mulieres in predã / et ciuitates hereditatis illoꝝ i exterminiũ et sancta sanctorũ in pollutionẽ et iproperiũ / et in opprobrium gentibus. Et exaudiuit dñs vocem eorũ et vidit tribulationem eorũ / et erat plebs ieiunans diebus multis in totam terrã iudee et hierusalẽ / et prociderũt contra faciẽ sãctorum dei omipotẽtis / et ioachim sacerdos magnus et oms qui astabant coram dño sacerdotes deseruientes et precincti ciliciis circa lumbos suos offerebant immolationi instantiam / et vota consueta dona plebis. Et erat cinis sup capita eorum / et clamabant ad dñm in omi virtute sua: vt in bonum visitaret omnem domum israel.

Secundum Matheũ. v. c.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Audistis: quia dictũ est antiquis. Non mechaberis. Ego autẽ dico vobis. quia omnis qui viderit mulierẽ ad concupiscẽdũ eã: iam mechatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te: erue eũ ꝛ proiice abs te. Expedit enim tibi: vt pereat vnũ membrorũ tuorũ: q̃ totum corpus tuũ mittatur in gehennam ignis. Dictũ est autem. Quicũqꝫ dimiserit vxorẽ suã det ei libelluꝫ repudii.

Ego autem dico vobis: quia omis qui dimiserit vxorem suã: excepta fornicationis causa: facit eam mechari. Et qui dimissam duxerit: adulterat. Iterum audistis quia dictũ est antiquis. Non periurabis. Reddes autem domino iuraměta tua. Ego autem dico vobis. Non iurare oĩno: neqꝫ per celum / quia thronꝰ dei est: neqꝫ per terram / quia scabellum est pedum eius: neqꝫ per hierosolymam: q̃a ciuitas est magni regis. Neqꝫ per caput tuum iurabis: quia nõ potes vnum capillum album facere / aut nigrum. Sit autẽ sermo vester est est: non non. Quod autem his abundancius est: a malo est. Audistis quia dictum est: oculum pro oculo: dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillã tuam / prebe illi et alteram. Et ei qui vult tecum in iudicio cõtendere / et tollere tunicam tuã: dimitte ei et pallium. Et quicunqꝫ te angariauerit mille passus / vade cum illo et alia duo. Qui antẽ petit a te da ei / et volenti mutuare a te: ne auertaris. Feria vi.

Lectio libri Judich.

In diebus illis. Orauit iudich Dominator dñe celorum terre / ⁊ creator aquarum: rex totius creature: tu exaudi obsecrationem meam / et da versuciam et suasionem in vulnere et liuore eorũ qui aduersus testamentũ tuum et domũ tuam sanctã / et verticẽ syon et domũ recensionis filiorum tuorũ cogitauerunt. Duram fac super omnem gentẽ / et omnem tribũ sciẽtiam / vt sciant quoniam tu es deus vniuerse potestatis et virtutis. Et non est alius defensor generis israel: preter te dñe deꝰ noster. S. Matheũ vii.c.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Omnia ergo q̃cũqꝫ vultis vt faciãt vobis homĩes et vos facite eis. Hec est enĩ lex et ꝓphete. Intrate per angustã portam quia lata porta et spaciosa via est / que ducit ad perditionem: et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta et arta via est q̃ ducit ad vitam / et pauci sunt qui inueniunt eam. Sabbato.

Lectio libri Judich. xv.c.

In diebus illis. Venit ioachim sacerdos magnus / et maiores filiorum israel qui in hierusalẽ erãt et viderunt bona que fecit deus israel cum iudich. Et cum exisset ad eos: dixerunt ad eam omnes simul Tu exaltasti hierusalẽ / tu glorificasti israel / tu gaudiũ generis nostri fecisti: hec omĩa in manu tua / et fecisti bona cum israel / et placuit in eis deo. Benedicta es tu apud dominum deum omnipotentẽ: in sempiterno tempore. Et dixit omĩs populus fiat fiat. Secũdũ Marcũ. ix.

In illo tempore. Interrogabãt iesum discipuli eius: dicentes Quid ergo dicunt pharisei et scribe quia helyam oporteat venire primum. Qui respõdens ait illis. Helyas cũ venerit primo restituet omnia. Et quomodo scriptum est in filium hominis vt multa patiatur et cõtennatur. Sed dico vobis quia

et helyas venit: et fecerunt illi que-cũqꝫ voluerũt sicut scriptum est de eo. Et veniens ad discipulos suos vidit turbam magnam circa eos ꝛ scribas conquirentes cum illis. Et cõfesti omnis populus videns iesũ stupefactus est/ et expauerunt. Et accurrentes: salutabant eum.

Dñica vicesima. Introitus.

Omnia que fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti quia peccauimꝰ tibi et mã-datis tuis non obediuimus sed da gloriam nomi tuo et fac nobiscũ secundum multitudinẽ misericordie tue. ps. Magnus dominus et laudabi-lis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Collecta.

Omnipotens et misericors de-us vniuersa nobis aduersan-tia ppiciatus exclude: vt mẽte et cor-pore tibi pariter expediti q̃ tua sũt liberis mentibus exequamur. Per dñm. Ad Ephesios. v.c.

Fratres. Uidete quomodo caute ambuletis non quasi insi-pientes: sed vt sapientes. Redimen-tes tempus: quoniã dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudẽtes: sed intelligentes que sit voluntas dei. Et nolite iebriari vino in quo est lu-xuria. sed ipleamini spũ sctõ: loquẽ-tes vobismetipsis i psalmis et hym-nis et canticis spiritalibus. cantan-tes et psallentes in cordibus vestris dño/ gratias agentes semper pro oĩ-bus in nomĩe dñi nostri iesu christi deo et patri. Subiecti iuicem: in ti-more christi: R. Oculi oim in te spe-rant domine et tu das illis escam in tem-pore oportuno. V. Aperis tu manũ tuã et imples omne aĩal benedictione. Alle-luia. V. Laudate pueri dñm laudate no-men dñi. Scdm Matheũ. xxii.

In illo tẽpore. Loquebatur ie-sus cum discipulis suis prin-cipibus sacerdotũ ꝛ phariseis in pa-rabolis dicens. Simile factũ est re-gnum celorũ homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare iuitatos ad nuptias: ꝛ nolebant venire. Iterũ misit alios seruos suos dicens. Dicite inuita-tis. Ecce prandiũ meũ paraui/ tau-ri mei et altilia occisa sũt: et oĩa pa-rata: venite ad nuptias. Illi aũt ne-glexerunt/ et abierũt alius in villã suã: alius vero ad negotiationẽ su-am. Reliqui vero tenuerunt seruos eius: et cõtumeliis affectos occide-runt. Rex autẽ cũ audisset iratus est et missis exercitibꝰ suis perdidit ho-micidas illos: et ciuitatẽ illorũ suc-cendit. Tũc ait seruis suis. Nuptie quidẽ parate sunt: sed qui inuitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarũ: et quoscunqꝫ inue-neritis vocate ad nuptias. Et egres-si serui eius in vias/ cõgregauerũt oẽs quos iuenerũt bonos et malos et iplete sũt nuptie discũbentiũ. In-trauit autẽ rex vt videret discũben-tes/ et vidit ibi hoiem nõ vestitũ ve-ste nuptiali: et ait illi. Amice: quo-modo huc intrasti nõ habens vestẽ nuptialẽ: At ille obmutuit. Tũc di-xit rex ministris. Ligatis manibus eius ꝛ pedibꝰ: mittite eũ in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentiũ. Multi enĩ sũt vocati: pauci

vero electi. Offertoriū. Super flumina babilōis illic sedimus et fleuimus dū recordaremur tui syon. Secreta.

Hec munera quesumus domine que oculis tue maiestatis offerimus: salutaria nobis esse concede. Per do. Coio. Memento verbi tui seruo tuo domine in quo michi spem dedisti hec me consolata est in humilitate mea. Postcōmunio.

Tua nos qs dñe medicinalis operatio et a nostris peruersitatibus clementer expediat: et tuis faciat inherere mandatis. Per dominum nostrum iesum christum.

Feria iiii. Lectio libri Judith. xvi.

Cantabo deo meo canticū nouum. Adonay dñe magnus es tu/et preclarus in virtute: et quē superare nemo potest. Tibi seruiat omnis creatura tua: quia dixisti et facta sunt: misisti spm̄ tuum et creata sunt/et non est qui resistat voci tue. Montes a fundamentis mouebuntur cū aquis: petre autē ante faciē tuam sicut cera liquescēt. Timentibus autē te propiciaberis illis: pusillum est omne sacrificium in odorē suauitatis/et minime omnes adipes in olocaustum. Qui autem timet dñm: magnus erit apud deum per omnia.

Secundum Matheū. vi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cum oratis: nō eritis sicut hypocrite qui amant in synagogis et in angulis platearuꝫ stantes orare: vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum/et clauso ostio: ora patrē tuum in abscondito/ꝛ pater tuus qui videt in abscōdito reddet tibi. Orātes autem: nolite multum loqui sicut ethnici faciunt. Putant enim: ꝙ in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester/quid opus sit vobis: anteꝙ̄ petatis eū. Feria vi.

Lectio libri Hester. xiiii.c.

In diebus illis. Orauit hester dicens. Domīe mi qui rex noster es solus adiuua me solitariam et cuius preter te nullus est auxiliator alius. Periculum meum in manib⁹ meis est. Audiui a patre meo ꝙ tu domine tulisses israel de cunctis gentibus: et patres nostros ex omnibus retro maioribus suis: vt possideres hereditatem sempiternam: fecistiq; eis sicut locutus es. Peccauimus in conspectu tuo/et idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum. Coluimus enim deos eorū. Justus es domine. Et tūc non eis sufficit ꝙ durissima nos opprimūt seruitute: sed robur manuū suarū idolorū potētie deputantes volunt tua mutare promissa: et delere hereditatem tuā: et claudere ora laudantiū te atq; extinguere gloriam templi et altaris tui: vt aperiant ora gentiū: et laudent idolorū fortitudinē: et predicent carnalē regē in sempiternū. Ne tradas domine sceptrū tuū his qui non sunt ne rideant ad ruinam nostrā: sed cōuerte cōsilium eorum super eos: et eū qui in nos cepit seruire disperde.

Memento domine et ostende te no
bis in tempore tribulatiōis nostre:
et da michi fiduciam dñe rex deorū
ꝛ vniuerse ptātis. Tribue sermonē
cōpositū in ore meo in cōspectu leo=
nis: et transfer cor illius in odiū ho
stis nostri: vt et ipse pereat: et ceteri
qui ei consentiunt. Nos autē libera
in manu tua: dñe deus noster.

Secundum Matheum. xiii. c

In illo tempore. Dixit iesus di
scipulis suis. Simile ē regnū
celorum grano synapis: quod acci=
piens homo seminauit in agro suo
quod minimū quidem est omnibus
seminibus. Cum autē creuerit ma
ius est omnibus oleribus/ et fit ar=
bor: ita vt volucres celi veniant/ et
habitent in ramis eius. Aliam pa=
rabolaꝫ locutus est eis. Simile est
regnum celorū fermento: quod ac=
ceptum mulier abscondit in farine
satis tribus: donec fermētatum est
totum. Hec omnia locutus est iesus
in parabolis ad turbas. Et sine pa=
rabolis non loquebatur eis: vt im=
pleretur quod dictum erat per pro=
phetam dicentē. Aperiam in para=
bolis os meū: eructuabo abscondi=
ta a constitutione mundi.

Sabbato. Ad Corinthios. i. xvi. c.

Fratres. De collectis autem q̄
fiunt in sanctos sicut ordi na=
uit i ecclesiis galathie: ita ꝛ vos faci
te per vnā sabbati. Vnusquisqꝫ ve=
strū apud se reponat recōdēs quod
ei beneplacuerit: et nō cum venero:
tunc collecte fiant. Cū autem pre=
sens fuero: quos probaueritis per
epistolas hos mittam perferre gra
tiā vestram in hierusalem. Quod
si dignum fuerit vt ego eam: mecū
ibunt. Veniam autem ad vos: cum
macedoniam pertransiero. Nam
macedoniam pertransibo. Apud
vos autem forsitan manebo: vel
etiam hiemabo: vt vos me deduca
tis quocunqꝫ iero. In christo iesu: do
mino nostro.

Secundum Marcum. iii. c.

In illo tempore. Venit iesus et
discipuli eius ad domum: et
dixit illis. Quomodo potest satha=
nas sathanam eiicere. Et si regnū
in se diuidatur: non potest regnum
illud stare. Et si domus super se=
metipsam dispartiatur non potest
domus illa stare. Et si sathanas cō
surrexerit in semetipsum: disperti=
tus est/ et non poterit stare sed finē
habet. Nemo potest vasa fortis in=
gressus in domum diripere: nisi pri
us fortem alliget: et tunc domum
eius diripiet. Amen dico vobis quo
niam omnia dimittentur filiis ho
minum peccata/ et blasphemie: qui
bus blasphemauerūt. Qui autem
blasphemauerit in spiritum san=
ctum/ non habebit remissionem in
eternum: sed reus erit eterni delicti

Dominica vicesima prima. Ad missam. Introitus.

In voluntate tua domine
vniuersa sunt posita et nō
est qui possit resistere volū=
tati tue tu enim fecisti omnia celū
et terram et vniuersa que celi am=
bitu continentur dominus vniuer
sorum tu es. Ps. Beati immaculati in
via qui ambulāt i lege domini. Collcā.

Largire quesumus dñe fideli
bus tuis indulgentiã placa-
tus et pacem: vt pariter ab omibus
mũdẽtur offensis: et secura tibi mẽ
te deseruiant. Per dominũ nostrũ.

Ad Ephesios. vi.c

Fratres. Cõfortamini in dño:
et in potẽtia virtutis eius. In
duite vos armaturã dei vt possitis
stare aduersus insidias diaboli: qm̃
non est nobis colluctatio aduersus
carnem et sãguinem: sed aduersus
principes et potestates / et aduersus
mũdi rectores tenebrarum harum
contra spiritalia nequicie in celesti
bus. Propterea accipite armaturã
dei: vt possitis resistere in die malo
et in omibus perfecti stare. State
ergo succincti lumbos vestros in
veritate / et induti loricam iustitie / et
calciati pedes in preparationẽ euã-
gelii pacis. In omnibus sumentes
scutum fidei in quo possitis omia
tela nequissimi ignea extinguere.
Et galeam salutis assumite / et gla
dium spiritus: quod est verbum dei
℟. Domine refugium factus es nobis a
generatione et progenie. ℣. Priusquam
mõtes fierent aut formaretur terra et or
bis a seculo et in seculũ tu es deus. Al-
leluia. ℣. Qui timent dominum sperent
in eum quoniam adiutor et protector eo
rũ est. Secundũ Johannẽ. iiii.c.

In illo tempore. Erat quidã re
gulus: cuius filius ĩfirmaba-
tur capharnaum. Hic cum audisset
quia iesus adueniret a iudea in gali
leam: abiit ad eum / et rogabat eũ
vt descenderet et sanaret filium ei⁹.
Incipiebat enim mori. Dixit ergo
iesus ad eum. Nisi signa et prodi-
gia videritis: non creditis. Dicit ad
eum regulus. Domine descẽde pri-
usq̃ moriatur filius meus. Dicit
ei iesus. Vade filius tuus viuit
Credidit homo sermoni quẽ dixit
ei iesus / et ibat. Jam autẽ eo descẽ-
dente serui occurrerunt ei: et nũcia-
uerunt dicentes: quia filius eius vi
ueret. Interrogabat ergo horam ab
eis: in qua melius habuerit. Et di-
xerunt ei: quia heri hora septima re
liquit eũ febris. Cognouit ergo pa
ter: quia illa hora erat in qua dixit
ei iesus: filius tuus viuit. Et credi-
dit ipse: et domus eius tota. Offer
toriũ. Vir erat in terra hus nomine iob
simplex et rectus ac timens deum quẽ sa
than petiit vt tentaret et data est ei pote
stas a domino in facultate et in carne ei⁹
perdiditq3 omnem substãciam ipsius et
filios carnem quoq3 eius graui vlcere vul
nerauit. Secreta.

Deus qui nos per huius sacri
ficii veneranda cõmercia vni
us summeq3 diuinitatis participes
efficis: presta q̃s: vt sicut tuam co-
gnoscimus veritatem: sic eam di-
gnis mẽtibus et moribus assequa-
mur. Per dñm nostrum iesũ xp̃m
Coio. In salutari tuo anima mea et in
verbum tuũ speraui quãdo facies de per
sequentibus me iudiciũ iniqui persecuti
sunt me adiuua me domine deus meus.

Gratias tibi referi Postcoio
mus dñe sacro munere vege-
tati tuam miam deprecantes: vt di
gnos nos eius participatiõe perfici
as. Per dñm nrm. Feria quarta
Lectio ezechielis prophete. ii.c.

Fili hominis sta sup pedes tuos: et loquar tecũ. Et igressus est in me spiritus postq̃ locutus est michi: ⁊ statuit me supra pedes meos. Et audiui loquentẽ ad me et dicentem. Fili hominis mitto ego te ad filios israel: ad gentes apostatrices que recesserunt a me. Patres eorum preuaricati sunt pactum meũ vsq; ad diem hanc: et filii dura facie et indomabili corde sũt: ad quos ego mitto te. Et dices ad eos. Hec dicit dñs deus. Si forte vel ipsi audiant et si forte quiescant qm̃ domus exasperans est: et scient quia pphe ta fuerit in medio eorum. Tu ergo fili hominis ne timeas eos/neq; sermones eorum metuas: quoniã increduli et subuersores sunt tecum: et cum scorpionibus habitas. Verba eorum ne timeas: et vultus eorũ ne formides. Scdm Marcũ. xi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amẽ dico vobis quia si quis dixerit huic mõti tolle re: et mittere in mare: et non hesitauerit in corde suo: sed crediderit q̃a quodcunq; dixerit fiat: fiet illi. Propterea dico vobis: omnia quecũq; orantes petitis: credite quia accipietis: et euenient vobis. Et cum stabitis ad orãdum: dimittite si quid habetis aduersus aliquẽ: vt ⁊ pater vester qui in celis est/dimittat vobis peccata vestra. Feria sexta.

Lectio ezechielis prophete. xii. c.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hoĩs: quid est prouerbium istud in terra israel dicentium: in longum differẽtur dies/et peribit omis visio. Ideo dic ad eos. Hec dicit dñs deus. Quiescere faciã prouerbium istud neq; vulgo dicetur vltra in israel. Et loquere ad eos: q̃ appropinquauerint dies et sermo omnis visionis. Nõ enĩ erit vltra omnis visio cassa: neq; diuinatio ambigua in medio filiorũ israel. Quia ego dominus loquar: et quodcunq; locutus fuero verbũ fiet. Non prolongabitur amplius: sed in diebus vestris domus exasperans loquar verbum: et faciam illud dicit dominus deus. Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis: ecce domus israel dicentium. Visio quam hic videt in dies multos et in tempore longo iste pphetat. Propterea dic ad eos. Hec dicit dñs deus. Non plongabitur vltra omnis sermo meus. Verbum quod locutus fuero cõplebitur. Dicit dominus omnipotens.

Secundum Marcum. iiii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Videte quid audiatis. In qua mẽsura mensi fueritis: remetietur vobis et adiicietur vobis. Qui enim habet: dabitur illi: et qui non habet etiã quod habet auferetur ab eo. Et dicebat. Sic est regnum dei quemadmodum si homo iaciat sementem in terrã/et dormiat/et exurgat nocte ⁊ die: et semen germinet et icrescat: dũ nescit ille. Vltro enĩ terra fructificat. Primum herbam: deinde spicam: deinde plenum frumentum in spica. Et cũ ex se produxerit fructus statim mittit falcem: qm̃ adest messis.

Sabbato. Ad corinthios. ii.vii.c

FRatres. Mundemus nos ab omni inquinamēto carnis & spūs: perficientes sāctificationē in timore dei. Capite nos. Neminē lesimus: neminē corrupimus: neminem circumuenimus. Nō ad condēnationē vestram dico. Prediximus enim ꝙ i cordibus nostris estis ad cōmoriendū et ad conuiuendū. Multa michi fiducia est apud vos: multa michi gloriatio ꝓ vobis. In christo iesu: domino nostro.

Secundum Matheum. xi.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cui autē similē estimabo generationē istā? Similis est pueris sedētibus in foro: qui clamantes coequalibus dicunt. Cecinimus vobis et nō saltastis: lamētauimus et non planxistis. Uenit enim iohannes neqꝫ mādūcans neqꝫ bibens: et dicunt demonium habet Uenit filius hoīs manducans et bibens: et dicunt. Ecce homo vorax et potator vini: peccatorū et publicanorū amicus et iustificata est sapientia a filiis suis. Dñica vicesima secunda. Introitus.

SI iniquitates obseruaueris domine dñe quis sustinebit quia apud te ꝓpitiatio est deus israel. Ps. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocē meā.

FAmiliam tuam Collecta. quesumus domine continua pietate custodi. vt a cunctis aduersitatibus te protegēte sit libera: et in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecū.

Ad philipenses. i.c.

FRatres. Cōfidimus in domino iesu: quia qui cepit in vobis opus bonum / perficiet vsqꝫ in diem christi iesu. Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omibus vobis eo ꝙ habeam vos in corde/ et in vinculis meis: et in defensione et cōfirmatione euangelii: socios gaudii mei omnes vos esse. Testis enim michi est deus: quomodo cupiam vos omēs in visceribus iesu christi. Et hoc oro: vt charitas vestra magis ac magis abūdet i oī sciētia et i oī sensu vt ꝓbetis potiora: vt sitis sinceres & sine offensa in diem christi iesu. Repleti fructu iustitie per iesum xp̄m in laudem et gloriam dei. R. Ecce ꝙ bonum et ꝙ iocundum habitare fratres in vnum. V. Sicut vnguentum in capite qđ descendit in barbam barbam aarō. Alleluia. V. Laudate dominū omnes gētes et collaudate eum omnes populi.

Secundum Matheum. xviii.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis similitudinem hanc. Simile est regnum celorum homini regi: qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cepisset rationem ponere: oblatus est ei vnus qui debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet. iussit eum dominus eius venūdari: et vxorem eius/ et filios/ et omia que habebat. et reddi. Procidens autem seruus ille rogabat eum dicens. Patientiā habe in me et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius: di-

misit eum/ et debitum dimisit illi. Egressus autem seruus ille: īuenit vnũ de conseruis suis qui debebat ei centum denarios/et tenẽs suffo- cabat eum dicẽs. Redde quod debes Et procidens conseruus eius: roga bat eũ dicens. Patientiam habe in me: et oĩa reddam tibi. Ille autẽ noluit: sed abiit et misit eũ in carce rem: donec redderet debitum. Viden tes autem conserui eius que fiebãt cõtristati sunt valde/et venerunt et narrauerunt dño suo oĩa que fa cta fuerant. Tũc vocauit illum do minꝰ suus: et ait illi. Serue neqã oĩe debitum dimisi tibi: qm̃ roga- sti me. Nõne ergo oportuit et te mi sereri conserui tui: sicut et ego tui misertus sum. Et iratus dñs eius: tradidit eum tortoribus: quoadus- qꝫ redderet vniuersum debitũ. Sic et pater meus celestis faciet vobis: si non remiseritis vnusquisqꝫ fra- tri suo: de cordibus vestris. Offr.

Recordare dñe omĩpotẽtatui dominans da sermonem rectum et benesonãtem in os meum vt placeant verba mea in con- spectu principum euerte cor eius in odiũ repugnantiũ nobis et in eos qui consen tiunt eis nos autem libera in manu tua deus noster in eternum. Secreta.

Suscipe dñe ꝓpitius hostias quibus et te placari volui- sti: ⁊ nobis salutẽ potenti pietate re stitui. Per dominũ. Coio. Dico vo- bis gaudiũ est angelis dei super vno pec catore penitentiã agente. Postcoio.

Immortalitatis alimoniã cõ- secuti q̃s dñe: vt quod ore pce- pimus: pura mente sectemur. Per.

Feria iiii. Lectio ezechielis ꝓphe. xx.

In diebus illis. Cum eduxero vos de populis et congregaue ro vos de terris ī quas dispersi estis et sãctificabor in vobis in oculis na tionũ. Et scietis q̃a ego dñs cũ edu xero vos ad terrã israel: in terra pro qua leuaui manũ meã vt darem eã patribus vestris. Et recordabimini ibi viarũ vestrarũ et oĩm scelerũ ve strorum quibus polluti estis in eis Et displicebitis vobis in conspectu vestro in omibus maliciis vestris quas fecistis. Et scietis q̃a ego dñs cũ benefecero vobis ꝓpter nomen meũ/ et non scdm vias vestras ma las/neqꝫ secundũ scelera vestra pes- sima domus israel. Ait dñs omĩpo tens. Secundũ Matheũ. xiii.

In illo tẽpore. Accesserũt ad ie sũ discipuli eius: dicẽtes. Edis sere nobis parabolã zizanioꝝ agri Qui respõdens ait. Qui semĩat bo nũ semẽ: est filius hoĩs Ager aũt est mũdus. Bonũ semen vero: hii sunt filii regni. zizania autẽ: filii sũt ne quã. Inimicus autẽ qui seminauit ea: est diabolus. Messis vero consũ matio seculi est. Messores autẽ: an- geli sũt. Sicut ergo colligũtur ziza nia et igni cõburũtur: sic erit in cõ- sũmatiõe seculi. Mittet filius hoĩs angelos suos/et colligent de regno eius oĩa scãdala/⁊ eos q̃ faciũt iniq̃ tatẽ/et mittẽt eos in caminũ ignis ardẽtis. Ibi erit fletꝰ et stridor dentiũ Tũc iusti fulgebunt sicut sol in re- gno p̃ris eoꝝ. Qui habet aures au- diendi: audiat. Feria sexta. Lectio ezechielis prophete. xxxiiii. c.

Factũ est verbũ dñi ad me dicens. Fili hominis: speculatorẽ dedi te domui israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem annũciabis eis ex me. Si me dicente ad impium impie morte morieris. non fueris locutus vt se custodiat impius a via sua: ipse impius in iniquitate sua morietur. Sanguinem autẽ eius de manu tua requiram Si autem annũciante te ad impium / vt a viis suis cõuertatur: non fuerit conuersus a via sua ipse in iniquitate sua morietur: porro tu aĩam tuam liberasti. Tu ergo fili hoĩs dic ad domũ israel. Sic locuti estis dicentes. Iniquitates nostre et peccata nostra super nos sunt: et in ipsis nos tabescimus. Quomodo ergo viuere poterimus? Dic ad eos. Viuo ego dicit dñs deus. Nolo mortẽ impii: sed vt cõuertatur impius a via sua: et viuat

Secundum Marcum. xiii.

Si celebraturi sacerdotis cedat deuotioni: anteq̃ sacris se vestibus induat suã deuotionẽ maiestati diuine cõmendãs et i agẽdis suum auxilium postulãs: dicat genibus flexis orationem dñicã. Pater noster. Aue maria. Credo in deum. Credo in spiritum An. Veni sãcte spiritus. ℣. Emitte. Oratio. Deus qui corda fideliũ: Postea muniens se ter signo crucis dicat ter. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandũ me festina Gloria. Sicut erat Oro.

Actiones nostras quesumus domine aspirando preueni. et adiuuando prosequere vt cuncta

nostra operatio et oratio a te semp
incipiat et per cepta finiatur. Per
christum dñm nostrũ. Amen

Ad amictum. Oratio

POne domine amictum salu-
tis in capite meo ad expugnã
das et superandas omnes diaboli-
cas fraudes. Per xp̃m. Ad albam.

INdue me dñe vestiméto salu-
tis et indumento leticie circũ-
da me semper. Per christum dñm

Ad cingulum. Oratio

PRecinge me domine cingulo
fidei et virtute castitatis/ et ex
tingue humorem libidinis/ vt iugi
ter maneat in me tenor totius casti
tatis. Per christum dñm

Ad manipulum. Oratio.

MEreat q̃so dñe deportare ma
nipulũ mẽtis et fletum cum
patientia/vt eum cum exultatione
deferendo cum iustis portionem ac
cipiam. Per xp̃m. Ad stolã Orõ.

REdde michi domine obsecro
stolam ĩmortalitatis quã per
didi in preuaricatione primi paren
tis/et quia cum hoc ornamento ac-
cedere q̃uis indignus ad tuum san
ctum presumo mysterium/cum eo
dem letari merear ĩperpetuũ. Per.

Ad casulam. Oratio.

IUgum tuũ domĩe suaue est
et on⁹ tuum leue/presta: vt sic
illud deportare valeã quaten⁹ cõseq̃
possim tuam gratiam. Per christũ

Cõfessione generali facta ĩtrã
do ad altare submissa voce dicat:

COnscientias nostras quesu-
mus domine visitando puri
fica vt veniens dominus noster ie-
sus christus filius tuus paratam si
bi in nobis inueniat mansionem.
Qui tecum in vnitate.

Intuita imagine crucifixi dicat.
An. Adoramus te xp̃e. V. Omis terra
Oremus. Oratio

PErpetua quesumus domine
pace custodi / quos per lignũ
sancte crucis redimere dignatus es
saluator mundi. Qui viuis. Aperi
endo librum. Aperi michi librum
sapientie et intellectus. Ad euãgel.
Jube donne benedicere. Bñdictio.
Dominus sit in corde meo et in la-
biis meis ad proferendũ euangeliũ
pacis populo dei. Jn noĩe p̃ris. Euã
gelio dicto. Deo gratias. Per euan
gelica dicta deleant̃ nostra delicta.
Amen. Sit nomẽ. Ex hoc nũc. Hec
est lex sancta. Credo. confiteor. Be
nedictio incensi quãdo mittitur in
thuribulum. Ab ipso sanctificeris
in cuius honore cremaberis. Jn no.
pa. Offerens super altare. Diri-
gatur oratio mea domine sicut in-
censum in conspectu tuo. Eleuatio
manuum mearũ sacrificium vesp-
tinum. Finito offr. anteq̃ obla-
tam accipiat iunctis manib⁹ dicat.
Quid retribuam domino: pro om-
nibus que retribuit michi.
Nunc calicẽ cum patena hostia sup
posita accipiat remoto corpali di.
Calicem salutaris accipiam et no-
men domini inuocabo.
Tenendo calicem vtraq̃ manu vul
tu sursum erecto. eleuato mediocri-
ter calice.

SUscipe sancta trinitas hanc
oblationem quam tibi offe-

rimus in memoriā Incarnationis.
Natiuitatis. Passionis. Resurrecti-
onis. Ascēsionisq; domini nostri ie-
su christi necnon et aduentus spiri-
tus sancti. Et in honore beate ⁊ glo
riose semper virginis marie et om-
nium sanctorum tuorū qui tibi pla
cuerunt ab initio mūdi vt illis om-
nibus proficiat ad honorem/ nobis
autem ad salutem: et vt omnes illi
pro nobis intercedere dignentur in
celis quorum memoriam facimus
in terris. Per eundem dominū no-
strū iesum christum filium tuū qui
tecū viuit et regnat in vnitate eius-
dem spiritus sancti deus. Per oīa.
Et deposita oblata hostiaq; āte pe-
dem calicis posita et a calice separa
ta calice operto corporali dūtarat di
cat tacita voce iunctis manibus.
Veni veni ineffabilis sāctificator ⁊
sanctifica hoc sacrificium nomini
tuo preparatum. In noīe patris ✠
super oblatā et filii et spiritus sācti
Amē. Dum dat offr. Centuplum
accipies ⁊ vitā eternā possidebis
Ad dextrū latus altaris eūdo dicat.
Lauabo inter īnocētes manus me-
as: et circundabo altare tuū domi-
ne. Et cetera vsq; ad finem psalmi.
Deinde manibus iunctis facie sur
sum erecta āte mediū altaris distā-
ter tamen aliquantulū ab altari di
cat. Veni sancte spiritus reple tuorū cor-
da fidelium et tui amoris in eis ignē ac-
cende. Inclinando se corpore toto
ante altare.

In spiritu humilitatis ⁊ in ani
mo contrito suscipiamur dñe
a te et sic fiat sacrificium nostrum.
vt a te suscipiatur hodie: et placeat
tibi dñe deus Per christum dñm no
strum. Amē Erigens se nunc ⁊ alta
ri approximet iterumq; dicat mani
bus iunctis. Veni veni īeffabilis sā-
ctificator. vts. Vertens se nūc ad po-
pulum iunctis manibus submissa
voce dicat.

Orate pro me fratres et sorores
ad dominum vt meum ac ve-
strum sacrificium pariter in cōspe
ctu domini sit acceptū. Per xp̄m

Missa cōmunis pro presenti po
pulo astanti. Introitus

Deus in adiutorium meū i-
tende domine ad adiuuan-
dum me festina confūdan
tur et reuereantur inimici mei: qui
querunt animam meam. ps Auertā
tur retrorsum et reuereantur qui cogitāt
michi mala. Gloria patri et filio et spiri
tui sancto Collecta

Deus qui contritorum nō de
spicis gemitum: et merenti
um non spernis affectū: adesto pre
cibus nostris quas tibi effundim⁹
pro nobis famulis tuis penitenti-
bus: vt quicquid cōtra nos diaboli
ce atq; humane moliuntur aduersi
tates/ ad nichilum redigas et consi
lio pietatis tue allidas: quatinus
nullis aduersitatib⁹ lesi: sed erepti
de omni tribulatione et angustia:
leti tibi in ecclesia tua sancta grati
as et laudes referamus. Per domi
num nostrum iesum christum fili-
um tuum qui tecū viuit et regnat
in vnitate spiritus sancti deus Per
omīa secula seculorum. Amen.

Lectio libri hester. xiiii.

IN diebus illis. Orauit hester ad dominum dicens. Domine deus rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita: et non est q possit tue resistere voluntati. Si decreueris saluare nos/ continuo liberabimur. Tu enim fecisti domine celum et terrã: et quicquid celi ambitu continetur. Tu es dominus omnium et non est qui resistat maiestati tue. Et nunc domine rex regũ deus abrahã miserere populo tuo quia volunt nos inimici nostri perdere: et hereditatem tuam delere. Ne despicias partem tuam quam redemisti de egypto: sed exaudi deprecationem nostram: et propicius esto sorti et funiculo hereditatis tue Et conuerte luctum nostrũ in gaudium: vt viuẽtes laudemus nomẽ tuũ. Et ne claudas ora canẽtiũ te: domine deus noster. ℟. Adiutor meus et liberator esto domine ne tardaueris. ℣. Confundantur et reuereãtur inimici mei qui querunt animã meã Alleluia. ℣. Quoniã deus magnus dominus et rex magnus super omnem terram alleluia.


Secundum Lucam. xviii.

IN illo tẽpore. Dixit iesus parabolam ad discipulos suos. quoniam oportet semper orare: et non deficere dicens. Judex quidam erat in quadã ciuitate/ qui deũ nõ timebat: et hominem non verebatur. Vidua autem quedam erat in ciuitate: et veniebat ad eum dicẽs Vindica me de aduersario meo Et nolebat per multum tempus. Post hec autem dixit intra se. Et si deũ non timeo et hominem non vereor: tamẽ quia molesta est michi hec vidua/ vĩdicabo illã: ne in nouissimo veniẽs sugillet me. Ait autem dominus Audite quid iudex iniquitatis dixit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: et patientiã habebit in illis Dico aũt vobis: quia cito faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniẽs: putas ĩueniet fidẽ in terra. Offr. Domine in auxilium meum respice confundantur et reuereãtur qui querũt animam meã vt auferant eã. Secre.

DEus qui tribulatos corde sanas: et mestificatos actu letificas: ad hanc ppicius hostiam dignanter attende quam tibi pro nostra offerimus tribulatiõe: et hac benignus accepta/ nostram submoue pressuram vt ab omibus malis que patimur liberati: in tuis semper possimus exultare iudiciis Per dominum nostrum iesum. Coio. Erubescant et conturbentur omnes inimici mei auertantur retrorsum et erubescant valde velociter. Postcõic

DImitte quesumus domine peccata nostra: et tribue nobis misericordiam tuam/ qua oris nostri alloquio deprecatus nostrã humilitatem attẽdas/ vincula solua delicta deleas / tribulationem inspicias/ aduersitatẽ repellas/ effectũq petioni nostre largiens clementer nos exaudias. Per dominũ nostrũ iesum christum filium tuum.

In festis quadruplicibus



Gloria in excelsis deo.

In festis noue lectionum




Gloria in excelsis deo.

Diebus dominicis



Gloria in excelsis deo.

Diebus ferialibus.




loria in excelsis deo.

De beata maria



loria in excelsis deo

De sanctis angelis



loria in excelsis deo.

Canticum angelorum

Gloria in excelsis deo. Et in ter-
ra pax hominibus bone volū-
tatis. Laudamus te. Benedicimus
te. Adoramus te. Glorificamus te.
Gratias agimus tibi ꝑpter magnā
gloriam tuam. Domīe deus rex ce-
lestis deus pater omnipotens. Do-
mine fili unigenite iesu christe. Do-
mine deus agnus dei filius patris.
Qui tollis peccata mundi miserere
nobis. Qui tollis peccata mūdi su-
scipe deprecationem nostram. Qui
sedes ad dexterā patris miserere no
bis. Quoniam tu solus sāctus. Tu
solus dominus Tu solus altissim⁹
iesu christe. Cū sancto spiritu in glo
ria dei patris. Amen.

Item de beata maria virgine

Gloria in excelsis deo. Et in ter-
ra pax hominibus bonevolū-
tatis. Laudamus te. Benedicimus
te. Adoramus te. Glorificamus te.
Gratias agimus tibi propter ma-
gnam gloriam tuam. Domine de-
us rex celestis deus pater omipotēs
Domine fili unigenite iesu christe.
Spiritus et alme orphanorū para-
clite. Domine deus agnus dei fili⁹
patris. Primogenitus marie filius
virginis matris. Qui tollis pecca-
ta mūdi miserere nobis Qui tollis
peccata mūdi suscipe deprecationē
nostram. Ad marie gloriā. Qui se-
des ad dexteram patris miserere no
bis: Quoniā tu solus sāctus. Mari
am sanctificans. Tu solus domin⁹
Mariam gubernans. Tu solus al-
tissimus. Mariā coronans iesu chri
ste. Cum sācto spiritu Ju gloria dei
patris. Amen.

Symbolū nicenū



Credo in unum deum
Patrem omnipotentem. Factorē
celi et terre. Visibilium omnium et
inuisibiliū Et in unum dominum
iesum christum filium dei unige-
nitum Et ex patre natum ante om
nia secula. Deum de deo lumen de
lumine deum verū de deo vero. Ge
nitum non factum consubstantia-
lem patri per quem omīa facta sūt
Qui propter nos hoīes et ꝑpter no
stram salutem descēdit de celis. Et
incarnatus est de spiritu sancto ex
maria virgine. Et homo factus est
Crucifixus etiam pro nobis sub pō
tio pylato passus et sepultus est. Et
resurrexit tercia die secundum scri-
pturas. Et ascendit in celū sedet ad
dexteram patris. Et iterum ventu-
rus est cum gloria iudicare viuos et
mortuos. Cuius regni nō erit finis
Et in spiritū sanctum dominum et
viuificantem. Qui ex patre filioqꝫ
procedit Qui cū patre et filio simul
adoratur et conglorificatur Qui lo-
cutus est per prophetas Et unam sā
ctam catholicam et apostolicam ec
clesiam Confiteor unum baptisma
in remissionem peccatorum. Et ex-
pecto resurrectionem mortuorum.
Et vitam venturi seculi. Amen

In festis quadruplicibus

Ite missa est alleluia alleluia alleluia

In tempore pascali.

Ite missa est alleluia alleluia

In festis duplicibus .ix. lec.

Ite missa est.

In festis .ix. lec. simplicium

Ite missa est.

Diebus ferialibus

Ite missa est.

In festis .ix. lec. tripl. et dupl.

Benedicamus domino

In festis .ix. lec. simpliciu

Benedicamus domino

Diebus ferialibus

Benedicamus domino.

Incipiunt prefationes totius anni. Et primo In natiuitate dni.

Prefatio natiuitatis



In apparitione dñi



lis cũ thronis et dñatiõibꝰ. Cũqꝫ oĩ militia celestis exercitus hymnũ glorie tue canimꝰ sine fine dicentes

In oc. purifi.

Eterne deꝰ. Quia per icarnati verbi mysteriũ noua mentis nostre oculis lux tue claritatis ifulsit. Vt dũ visibilit deũ cognoscimus: p hũc inuisibilium amore rapiamur

Fe. iiii. in capi. ieiuñ et vsqꝫ ad do. de pas. diebus ferialibꝰ.

Et ideo cũ ange

Eterne deus Qui corpali ieiunio vicia comprimis mentem eleuas vtutẽ largiris et pmia Per christum dñz nostrũ. Per quẽ

In vigi. et in die pas. et p octa. pa

Equum et salutare. Te quidem omni tẽpore: sed in hac potissimũ die gloriosius pdicare cum pascha nostrũ immolatꝰ est christus Ipse enĩ verus est agnus qui abstulit peccata mundi. Qui morte nostrã moriendo destruxit et vitã resurgẽ-

do reparauit. Et ideo-

De sctā cruce.

Eterne deus Qui salutem hu
mani generis in ligno crucis consti
stituisti. vt vnde mors oriebatur in-
de vita resurgeret Et qui in ligno vi
cebat per lignum quoqꝫ vinceretur.
Per christum dominū nostrum

In ascensione dñi prefatio

Per quem maiestatem

Eterne deus. Per xp̄m domi-
nū nostrū. Qui post resurrectionē
suā omibus discipulis suis manife
stus apparuit. et ipsis cernentibus
est eleuatus in celū vt nos diuinita
tis sue tribueret esse pticipes. Et id.

Per oc. pfatio

Eterne deus. Per christum do-
minū nostrum Qui post resurrecti
onē suā oibus discipulis suis mani
festus apparuit. et ipsis cernētibus
est eleuat⁹ in celū. vt nos diuinitati
sue tribueret esse pticipes Et ideo

Eterne deus. Per christum do-
minum nostrum. Qui ascendens
super omnes celos sedensq; ad dex-
teram tuam promissum spiritum
sanctum hodierna die in filios ado-
ptionis effudit. Qua propter pro-
fusis gaudiis totus in orbe terrarum
mundus exultat. Sed et superne
virtutes atq; angelice potestates
hymnū glorie tue concinunt sine
fine dicentes.

Equum et salutare. Te do-
mine suppliciter exorare. ut gre-
gem tuum pastor eterne non de-
seras sed per beatos apostolos tu-
os continua protectione custodias
Ut hisdem rectoribus gubernetur:
quos operis tui vicarios eidem
contulisti preesse pastores.

Et ideo. et cetera

EQuū et salutare. Te domi
ne suppliciter exorare vt gregē tuū
pastor eterne non deseras sed per
beatos apostolos tuos cōtinua p̄
tectione custodias. Vt hisdē rectori
bus gubernetur quos operis tui
vicarios eidē contulisti preesse pa
stores. Et ideo.


In assūpti
one ⁊ i aliis
fes. btē ma
rie prefa.

ETerne deus. Et te in assum
ptione beate et gloriose semper vir
ginis marie exultantibus animis
laudare benedicere et predicare.
Que et vnigenitū tuū sancti spiri
tus obumbratione concepit et vir
ginitatis gloria permanente huic
mundo lumen eternū effudit iesū
xp̄m dñm nostrū. Per quē.

In octa.
et p octa.
natiuita. be
ate marie

ETerne deus. Et te in na
tiuitate beate et gloriose sēper vir
ginis marie exultātib⁹ animis lau



dare benedicere et predicare. Que
et vnigenitum tuum sãcti spiritꝰ
obumbratione concepit et virgini:
tatis gloria permanente huic mũ
do lumen eternum effudit iesum
christũ dñm nostrũ. Per quẽ ma.
Eterne deus. Qui cum vni
genito filio tuo et spiritu sancto
vnus es deus vnus es dominus
Non in vnius singularitate perso
ne sed in vnius trinitate substan=
tie. Quod enim de tua gloria reue
lante te credimus hoc de filio tuo
hoc de spiritu sancto/sine differen
tia discretionis sentimus. Vt in cõ
fessione vere sẽpiterneqꝫ deitatis et
in personis proprietas/et in essen
tia vnitas et in maiestate ado
retur equalitas. Quã laudant an
geli atqꝫ archangeli cherubin


quoqz et seraphin qui nō cessāt cla
mare quottidie vna voce dicentes
Per omnia secula seculo=
rum. Amen. Dominus vobiscū
Et cum spiritu tuo. Sursū cor=
da. Habemus ad dominū Grati
as agam⁹ dño deo nostro Dignū
et iustum est.
Vere dignū ⁊ iustū est equū ⁊
salutare. Nos tibi semper et vbiqz
gratias agere. Domine sancte pa
ter omnipotens eterne deus. Per
christū dominū nostrū. Per quem
maiestatē tuā laudāt āgeli ado
rant dominationes tremūt pote=
states. Celi celorūqz virtutes ac be
ata seraphin socia exultatiōe con
celebrāt. Cū quib⁹ et nostras voces
vt admitti iubeas dep̄camur sup=
plici confessione dicentes

Diebus ferialibꝰ prefatio.

Per omnia secula seculo-
rum. Amen. Dominus vobiscū
Et cum spiritu tuo. Sursum cor-
da. Habemus ad dominum. Gra-
tias agamus domino deo nostro.
Dignum et iustum est
Vere dignum ꝛ iustū est equū
et salutare. Nos tibi semper et vbi-
qꝫ gratias agere. Domine sancte
pater omipotēs eterne deus. Per
christum dominum nostrum. Per
quem maiestatem tuam laudant
angeli adorant dominationes tre-
munt potestates. Celi celorumqꝫ
virtutes ac beata seraphin socia
exultatione concelebrant. Cum
quibus et nostras voces vt admitti
iubeas deprecamur supplici con-
fessione dicentes.

Sāctus. Sctūs. Sctūs dn̄s deꝰ sabaoth. Pleni sūt celi ꝛ terra gloria tua osāna in excelsis. Bn̄dictꝰ q̄ venit ī noīe dn̄i osāna in excelsis.


I·N·R·I


S. iehan
S. mathieu
S. marc
S. luc

In nati. do. ad mis. i gallicātu

Communicantes et noctē sacratissimā celebrātes qua beate marie intemerata virginitas et cetera vt infra.

Ad alias missas et per octa

Cōmunicātes et diē sacratissimum celebrātes: quo beate marie intemerata virginitas huic mundo edidit saluatorē. Sed et memoriā venerantes imprimis eiusdē gloriose semperqz virginis marie genitricis eiusdem dei et domini nostri iesu christi. Sed et beatorū apostolorū: et ce. vt in canone

In epiphania do. et per octa.

Cōmunicātes et diem sacratissimū celebrātes: quo vnigenitus tuus in tua tecū gloria coeternus in veritate carnis nostre visibiliter corporalis apparuit. Sed et memoriā vene et cetera vt supra

In vigilia pasce

Cōmunicātes et noctē sacratissimā celebrātes resurrectio. vt infra

In die pas. et per oc

Cōmunicātes et diē sacratissimū celebrātes resurrectiōis domini nostri iesu christi secūdum carnē. Sed et memoriā ve. vts. sed et vtō. et ce. Infra.

Hanc igitur oblationē seruitutis nostre: sed et cūcte familie tue quā tibi offerimus pro his quoqz quos regenerare dignatus es ex aqua et spirituscō: tribuēs eis remissionē omniū pctōrū: quesumus dñe vt placatus accipias: diesqz nostros: et ce.

In ascensiōe dni.

Cōmunicātes et diē sacratissimū celebrātes quo dominus noster iesus christus vnigenitus tuus filius vnitā sibi fragilitatis nostre substātiā i dextera glorie tue collocauit. Sz et meō vts.

In vigi. pentheco. loco de celebrantes dicitur Preuenietes et cetera vt infra

In die pentheco. et per octa

Cōmunicātes et diem sacratissimū pēthecosten celebrātes: quo spūssāctus apostolis in līguis igneis apparuit. Sed et memo. et ce. vts. infra.

Hanc igitur oblationē seruitutis nostre: sed et cūcte familie tue quā tibi offerimus pro his quoqz quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritusācto tribuēs eis remissiōem omniū peccatorū: quesumus domine vt placatus accipias diesqz nostros. et cetera: vt in canone.

Iūctis manibus se īclinet ante altare dicendo.

Te igitur clementissime pater per iesū christū filiū tuū dominū nostrū supplices rogamus ac petimus: uti accepta habeas et benedicas hec + dona. hec + munera. hec + scā sacrificia illibata. In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua scā catholica quā pacificare: custodire: adunare et regere digneris. toto orbe terrarū: una cū famulo tuo papa nostro N. et antistite nostro N. et rege nrō N. et oībus orthodoxis atqʒ catholice et apostolice fidei cultoribus.

Memēto domīe famulorū famularūqʒ tuarū N. Reminiscatur uiuorū: eorū maxime pro quibus tenetur orare. et oīm circūastātiū atqʒ oīum fideliū christianorū: quorū tibi fides cognita est et nota deuotio: pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerūt hoc sacrificiū laudis: pro se: suisqʒ oībus pro redēptiōe aīarū suarū pro spe salutis et icolumitatis sue tibiqʒ reddūt vota sua eterno deo uiuo et vero.

Communicātes et memoriā venerantes. In primis gloriose sēper virginis marie genitricis dei et dn̄i nrī iesu xpi: sed et btōrū aplōrū ac martyrū tuorū. Petri. Pauli. Andree. Jacobi. Johānis. Thome. Jacobi. Philippi. Bartholomei. Mathei. Simois et Thadei: Lini. Cleti. Clemētis. Sixti. Cornelii. Cipriani. Laurētii. Grisogoni. Johānis et pauli. Cosme et damiani. Et oīm scōrū tuorū: quorū meritis precibusqʒ cōcedas. ut in oībus protectionis tue muniamur auxilio: per eūdē cristū dominū nostrū. Amē. Manus extēdat super sacrificiū dicens.

Hanc igitur oblationē seruitutis nostre. sed et cūcte familie tue quesumus dn̄e ut placatus accipias: diesqʒ nostros in tua pace disponas: atqʒ ab eterna dānatione nos eripi: et in electorū tuorū iubeas grege numerari. per cristum dominū nostrū. Amē.

Quā oblationē tu deus oipotēs in oībus quesumus be + ne + dictā. ascri + ptā. + ra + tā rationabilē: acceptabilēqʒ facere digneris ut nobis cor + pus et sā + guis fiat dilectissimi filii tui dn̄i nrī iesu christi. Hic accipiat panem dicens

Qui pridie quā pateretur: accepit panē in sāctas ac

venerabiles manus suas: et eleuatis oculis in celū ad te deum patrē suū oipotētē tibi gratias agens bene + dixit fregit: deditqꝫ discipulis suis dicens Accipite et manducate ex hoc oēs Hoc est enī corpus meum

Hic eleuet corpus dn̄i et ostendat populo cū magna reuerētia. Quo fcō accipiat calicē di.

Simili modo postea quā cenatum est: accipiēs et hūc preclarū calicē in sc̄tas ac venerabiles manus suas. itē tibi gratias agēs bene + dixit deditqꝫ discipulis suis dicēs. Accipite et bibite ex eo oēs. Hic ē enī calix sāguinis mei noui et eterni testamēti mysterium fidei: qui pro vobis et pro multis effūdetur in remissionem peccatorū. Hic eleuet calicem. Hec quotienscūqꝫ feceritis in mei memoriā facietis. Reposito calice extēdat brachia i modum crucis: et dicat.

Unde et memores domine nos serui tui: sed et plebs tua sc̄a eiusdē christi filii tui domini dei nostri tā beate passionis: necnō et ab inferis resurrectionis: sed et in celos gloriose ascēsionis: offerimus preclare maiestati tue de tuis donis ac datis. Hostiā + purā. Hostiā + sanctā Hostiā + imaculatā panē sanctū + vite eterne et calicē + salutis perpetue.

Supra que propicio ac sereno vultu respicere digneris et accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel. et sacrificiū patriarche nostri abrahe et quod tibi obtulit sūmus sacerdos tuus melchisedech: sc̄tū sacrificiū imaculatā hostiam

Cācellatis manibus se iclinet

Supplices te rogamus oipotēs deus iube hec perferri per manus sc̄ti angeli tui in sublime altare tuū incōspectu diuine maiestatis tue vt quotquot ex hac altaris participatione sacrosāctū filii tui cor + pus et sā + guinē sūpserimus: oī bene + dictiōe celesti et gratia repleamur. Per eundē christū dominū nostrum. Amen.

Memēto etiā dn̄e famulorū famularūqꝫ tuarū N. et oīm fideliū defunctorū qui nos precesserūt cū signo fidei: et dormiūt in sōno pacis. Hic meditabiliter oret pro defunctis

Ipsis dn̄e et oībus in xp̄o quiescētibus locū refrigerii lucis et pacis vt idulgeas deprecamur. Per eundē christū dominū nostrū. Hic percutiat pectus

Nobis quoqꝫ peccatoribus famulis tuis de multitu-

dine miserationū tuarū spe-
rantibus. partē aliquā et soci-
etatē donare digneris cū tuis
sanctis apostolis et martyri-
bus cū Johanne. Stephano.
Mathia. Barnaba. Ignatio.
Alexādro. Marcellino. Petro.
Felicitate. Perpetua. Agatha.
Lucia. Agnete. Cecilia. Ana-
stasia. Et cū omnibus sāctis tu-
is intra quorū nos cōsortium
nō estimator meriti sed venie
quesumus largitor admitte.
p christū dominū nostrū

Per quē hec oīa domine sē-
per bona creas. sācti ✠ fi-
cas. vivi ✠ ficas. bene ✠ di-
cis et prestas nobis. p ✠ ipsū
et cū ✠ ipso et in ✠ ipso est ti-
bi deo ✠ patri omnipotēti in
vnitate ✠ spiritus sancti. oīs
honor et gloria.

Per omnia secula seculorum.

Amen. Oremus. Preceptis salu-
taribus moniti et diuina instituti-
one formati audemus dicere.

Pater noster qui es in celis sā-
ctificetur nomen tuum. Adueniat
regnum tuum. Fiat voluntas tua
sicut in celo et in terra. Panem no-
strum quotidianum da nobis ho-
die. Et dimitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittimus debitori-
bus nostris. Et ne nos inducas in
tentationem. Sed libera nos a ma-
lo. Amen.

Per oia secula seclorū. Amē.

Oremꝰ. Precepti salutaribꝰ moniti et diuia istitutiōe formati audemꝰ dicere. Pater noster q̄ es in celis sactificet͛ nomē tuū. Adueiat regnū tuū. Fiat volūtas tua sicut i celo et i t͛ra. Panē nr̄z quotidianū da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nr̄a sicut et nos dimittimꝰ debitoribꝰ nr̄is. Et ne nos iducas i temtationē. Sz libera nos a malo Amē.

Libera nos quesumus dn̄e ab oībus malis preteritis presētibus et futuris. et itercedēte btā et gliosa sēper virgie dei genitrice maria. et beatis aplis tuis. Petro. Paulo atqz Andrea cū oībus scis. Da propicius pacē in diebus nr̄is. vt ope mīe tue adiuti et a pctō simus sēper liberi. et ab oi perturbatiōe securi. P eūdē dominū nostrū iesū christū filium tuū. Qui tecū viuit et regnat i vnitate spūs sācti deus.

Per oia secla seclorū. Amē. Pax dn̄i sit sēp vobiscū. Et cū spū tuo

Agnꝰ dei q̄ tollis pctā mūdi miserere nobis. Agnꝰ dei q̄ tollis pctā mūdi miserere nobis. Agnꝰ dei q̄ tollis pctā mūdi dona nobis pacē.

Hec sacrosctā cōmixtio corporis et sāguis dn̄i nr̄i iesu xp̄i fiat michi et omibus sumētibus salus mētis et corporis et ad vitā eternā capescēdā preparatio salutaris. P eūdē cristū dominū nostrū. amē

Domine iesu xpe͂: qui dixisti apostolis tuis: pace͂ mea͂ do vobis: pace͂ relinquo vobis: ne respicias queso pcta͂ mea: sed ad fide͂ ecclesie tue: ea͂qз se cu͂du͂ volu͂tate͂ tua͂ pacificare et adunare: custodire et regere digneris. Qui cu͂ pa. et s.s. vi

Postea osculato corpore xpi det osculu͂ ad pace͂ nisi fiat de defu͂ctis di. Habete vinculu͂ pacis et caritatis: ut apti sitis sacrosanctis mysteriis ac tibi frater et ecclesie sa͂cte dei. Oro͂.

Domine scte͂ pater oi͂potens eterne deus: da mihi hoc sacru͂ corpus et sanguine͂ filii tui dni nri͂ iesu xpi: ita digne sumere: ut merear per hoc remissione͂ oi͂um pcto͂ru͂ meoru͂ accipere: et a tuo sco͂ spu͂ repleri: quia tu es benedictus in secula sclo͂ru͂. Ame͂. Oro͂ sci augu.

Domine iesu xpe͂ fili dei vivi qui ex volu͂tate patris cooperante spu͂ sco͂ per morte͂ tua͂ mu͂du͂ vivificasti: libera me per hoc sacrosa͂ctu͂ corpus et sa͂guine͂ tuu͂ a cu͂ctis iniquitatibus et universis meis malis: et fac me tuis se͂per obedire ma͂datis: et a te nu͂qua͂ imperpetuu͂ separari permittas. Qui vi. et reg. de. p oi͂a ss. ame͂

Co͂icet se sume͂do hostia͂ ac di

Domine no͂ su͂ dignus ut intres sub tectu͂ meu͂: sed ta͂tu͂ dic verbo et sanabitur ai͂a mea.

Corpus dni nostri iesu xpi: sit mihi salus et remediu͂ se͂piternu͂ i vita͂ eterna͂. Ame͂.

Sume͂do calice͂.

Corpus et sa͂guis dni nri͂ iesu xpi: custodiat ai͂a͂ mea͂ et corpus meu͂ in vita͂ eterna͂. Ame͂.

Perceptio corporis et sanguinis tui dne͂ iesu criste: qua͂ ego i͂dignus pcto͂r sumere presu͂psi: non mihi proveniat ad iudiciu͂: neqз ad co͂demnatione͂: sed pro tua pietate prosit mihi ad salute͂ et remediu͂ ai͂e mee i vita͂ eterna͂. ame͂

Lavando digitos in calice di.

Quod ore su͂psimus domine pura me͂te capiamus et de munere te͂porali fiat nobis remediu͂ se͂piternu͂. Ame͂.

Benedicat nos divina maiestas et una deitas pater et filius et spiritus sanctus. Amen

Placeat tibi scta͂ trinitas: obsequium servitutis mee. et presta: ut sacrificiu͂ quod oculis tue pietatis obtuli: tibi sit acceptabile: mihiqз et oi͂bus pro quibus illud obtuli: sit te miserante propiciabile. p te iesu xpe͂ salvator mu͂di. Qui vi. et re. cu͂ deo pa. in uni. ss. d. Per

Protector in te sperantium deus sine quo nihil est validum nihil sanctũ multiplica super nos misericordiam tuam vt te rectore te duce sic transeamus per bona temporalia vt non amittamus eterna. Per christum dominũ nostrũ vel dicat etiã alias orationes ad deuotionẽ. Et in fine Dominus vobiscũ. Et cũ spiritu tuo. Benedicamus domino deo gratias. Benedicite. Dominus. A subitanea et improuisa morte et a damnatione perpetua liberet vos pater et filius et spiritus sãctus. Amẽ. Sequitur submissa voce an. Triũ puerorũ cãtemus hymnũ quẽ cãtabãt in camino ignis benedicentes dominũ. ps. Bened. sacer. dni dnõ. vsqz ad finẽ. Laudate dominũ in sanctis vsqz ad finẽ. An Triũ puerorũ vts Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas igniũ: concede propicius vt nos famulos tuos non exurat flãma viciorũ. Per. Orões iuxta deuotionẽ Oratio post celebrationẽ misse

Gratias ago tibi dulcissime domie iesu christe: lux vera: salus credentiũ: solatiũ tristiũ: gaudiũ angelorũ spes qz cunctorũ: quod me miserũ et magnũ peccatorem famulũ tuũ hodie sacratissimo corpore et sãguine tuo pascere dignatus es. Ideo ego miserrimus et innumerabilibus criminibus infectus: lachrymosis precibus ĩploro benignissimã misericordiã tuã et sũmã clementiã: vt hec dulcissima refectio: sũma et incõprehensibilis cõmunio: nõ sit mihi in iudiciũ aĩe mee: sed prosit mihi in remediũ: ad euacuãdas oẽs insidias et nequitias diabolice fraudis: ita vt nulla dominetur eius iniquitas ĩ corde: corpore: aĩa et sensibus meis: sed tua clemẽtia me perducat ad superna cõuiuia angelorũ: vbi tu es vera beatitudo clara lux: et sempiterna letitia. Amen. Oratio pro defũctis

Auete oẽs aĩe fideles quarum corpora hic et vbiqz in christo requiescunt in puluere: iesus christus qui vos redeĩt suo preciosissimo sãguine: dignetur vos a penis liberare: et inter choros sanctorũ suorũ angelorũ collocare: ibiqz nostri mẽores suppliciter exorare: vt vobis associemur et vobiscũ ĩ celo coronemur. Amen

Ad honorem et gloriā supbenedicte trinitatis ac individue unitatis, scilicet patris: et filii: et spūs sancti Incipit de sāctorum festiuitatibus Missale iuxta usū Insignis ecclie Eduen. cū quarūdam devotarū et peculiarium missarū atqꝫ benedictionū additionibus. Et primo In vigilia sancti Andree apostoli. Ad missam. Introitus.

Dominus secus mare galilee vidit duos frēs petrū ✝ andreā et vocauit eos veni te post me faciam vos fieri piscatores hominū. Ps. Celi enarrant gloriā dei: et opera manuū eius ānūciat firmamētū

Quesumus omps Collecta deus. ut beatus andreas apostolus tuū pro nobis iploret auxiliū ut a nostris reatibus absoluti: a cūctis etiā periculis eruamur. Per do

Lectio libri sapientie. xliiii.

Benedictio domini: super caput iusti. Ideo dedit illi dñs hereditatē / et diuisit ei partē in tribubus duodecim: et inuenit gratiā in cōspectu oīs carnis. Et magnificauit eū in timore inimicorū: et in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit illū in cōspectu regū. et ostēdit illi gloriā suam. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illū: et elegit eū ex omni carne. Et dedit illi cor ad precepta / et legē vite et discipline: et excelsū fecit illū. Statuit ei testamentū eternū: et circūcinxit eū zona iustitie. Et induit eū dñs corona glorie. R. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorū. V. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur.

Secundum Johannem. i.c.

In illo tēpore. Stabat iohannes: et ex discipulis eius duo. Et respiciēs iesū ambulantē: dixit. Ecce agnus dei. Et audierūt eum duo discipuli loquentē: et secuti sūt iesū. Conuersus autem iesus et vidēs eos sequentes se: dicit eis. Quid queritis: Qui dixerūt ei. Rabbi: qđ dicitur interpretatū magister. Ubi habitas: Dicit eis. Venite et videte Venerunt et viderūt ubi maneret: et apud illū manserūt die illo. Hora autē erat quasi decima. Erat autē andreas frater simonis petri unus ex duobus qui audierāt a iohanne et secuti fuerant eū. Inuenit hic primū fratrē suū simonem: et dicit ei. Inuenimus messiā: qđ est interpretatū xpūs. Et adduxit eū ad iesū. Intuitus autē eū iesus: dixit ei. Tu es simon filius iohāna / tu vocaberis cephas: qđ interpretatur petrus. In crastinū autē voluit exire in galileam: et inuenit philippū. Et dixit ei iesus. Sequere me. Erat autē philippus a bethsaida ciuitate andree / et petri. Inuenit philippus nathanael: et dixit ei. Quem scripsit moyses in lege: et prophete: inuenimus iesū filiū ioseph a nazareth. Et dixit ei nathanael. A nazareth potest aliqđ boni esse. Dicit ei philippus. Veni et vide. Vidit iesus nathanael venientē ad se: et dixit de eo. Ecce vere israelita: in quo dolus non est. Dicit ei nathanael. Unde me

nosti? Respondit iesus: et dixit ei. Priusque te philippus vocaret: cum esses sub ficu: vidi te. Respondit ei nathanael: et ait. Rabbi: tu es filius dei: tu es rex israel. Respondit iesus et dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen amen dico vobis. videbitis celum apertum / et angelos dei ascendentes et descendentes: supra filium hominis

Offer. Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum.

Secreta.

Sacrandum tibi domine munus offerimus: quo beati andree apostoli solennia recolentes purificationem quoque nostris mentibus imploramus. Per dominum

Comio. Dixit andreas simoni fratri suo inuenimus messiam qui dicitur christus et adduxit eum ad iesum.

Postcomio.

Perceptis domine sacramentis suppliciter exoramus: ut intercedente beato andrea apostolo tuo que pro illius veneranda gerimus passione: nobis proficiat ad medelam. Per dominum

In die ad missam. Introitus.

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Ps. Domine probasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Gloria patri.

Collecta.

Maiestatem tuam domine suppliciter exoramus: ut sicut ecclesie tue beatus andreas apostolus extitit predicator et rector: ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per dominum

Ad Romanos. x. c.

Fratres. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illum: non confundetur. Non enim est distinctio iudei et greci. Nam idem dominus omnium: diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini: saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei: quem non audierunt? Quomodo autem audient sine predicante. Quomodo vero predicabunt: nisi mittantur. Sicut scriptum est. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt euangelio. Ysaias autem dicit. Domine quis credidit auditui nostro Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum christi. Sed dico. Nunquid non audierunt. Et quidem. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. R. Constitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui domine. V. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii propterea populi confitebuntur tibi

Alleluia. V. Dilexit andream dominus in odorem suauitatis. Prosa. Clare sanctorum In com. fo. i. Alia prosa ad deuotionem

Exultemus et letemur et andree delectemur laudibus apostoli. Huius fidem dogma mores et pro christo tot labores digne decet recoli. Hic ad lucem petrum duxit cui primum lux illuxit iohannis indicio. Secus mare galilee petri simul et andree sequitur electio Ambo prius piscatores verbi fiunt assertores et forma iustitie. Rete laxant in capturam vigilesque gerunt curam nascentis ecclesie. A fratre diuiditur et in partes mittitur andreas achaye In andree retia currit dei gratia ma-

gna pars ꝓuincie. Fide vita verbo signis doctor pius et insignis cor informat populi. Vt egeas cōperit qđ andreas egerit ire surgunt stimuli Mens secura mens virilis cui presens vita vilis viget patiētia. Blādimētis aut tormētis non enervat robur mētis iudicis insania. Crucē vidēs preparari suo gestit cōforma ri magistro discipulus. Mors pro morte soluit et crucis appetit triūphalis titulus. In cruce vixit biduū victurus in perpetuū nec vult volēte populo deponi de patibulo. Hora fere dimidia luce ꝑfusus nimia cū luce cum letitia pergit ad lucis atria. O andrea gloriose cuius preces preciose cui⁹ mortis luminose dulcis est memoria. Ab hac valle lachrymarū nos ad illud lumen claꝝ pie pastor aīarū tua trāsfer gratia. Amen. Secundū Matheū. iiii.

In illo tēpore. Ambulās iesus iuxta mare galilee vidit duos fratres simonē qui vocatur petrus et andream fratrē eius mittētes rethe in mare. Erāt enim piscatores. Et ait illis. Venite post me: et faciā vos fieri piscatores hoīm. At illi cōtinuo relictis rethibus: secuti sunt eū. Et procedēs inde vidit duos alios fratres: iacobū zebedei et iohannē fratrē eius in naui cum zebedeo patre eorū reficientes retia sua: et vocauit eos. Illi aūt statim relictis rethibus et patre: secuti sunt eum. Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram memores erūt nominis tui domine in omni generatione et progenie. Secreta.

Sacrificiū nostrū tibi dñe q̄s beati andree apostoli precatio sācta conciliet: vt in cuius honore solenniter exhibetur: meritis efficiat acceptū. Per dñm. Coīo Venite post me faciā vos fieri piscatores hoīm at illi relictis retibus et naui secuti sūt eum.

Sumpsimus dñe Postcoīo. diuina mysteria beati andree festiuitate letātes: que sicut tuis sāctis ad gloriā: ita nobis q̄s ad veniam prodesse perficias. Per dñm.

Barbare virginis. Introitus

Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatem propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre cōsortibus tuis. Ps. Eructauit cor meū verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria. Vel Introit⁹. Gaudeamus. In coī fo. ix. Collecta.

Beate barbare quesumus omnipotens deus: intercessio gloriosa nos semper muniat et protegat: et a morte subitanea et iprouisa nos custodiat: et ad vitam eternam viatico dominici corporis saciatos perducat. Per eundem.

De eadem. Alia Collecta.

Deus amator pudicicie qui ad declaranda merita beate barbare virginis et martyris tue misericordiam populis ipsam innocantibus promisisti: da quesumus nobis ita ipsius interesse festiuitati: vt ab hostium concursu simus securi: et eius pia itercessione ad gaudia perueniamus eterna. Per dñm

Epistola. Qui gloriatur. In coī. fo. x. R. Benedicta tu diceris post mariam o barbara que virginum lux preclara re-

su christo deposceris V. Nobis ora pro miseris a iohane baptizata et a christo visitata ac sanata sanctis verbis. Alleluia. V. Barbare firmitas probauit certamie condolet impietas se vinci de virgine sed gaudet hũilitas tãta fortitudine. Prosa

ADmus virtutũ o barbara dulcis mitis nõ barbara ãcillaqȝ dei patris. Supplex deũ pro me ora omĩ die omni hora ne cruciar locis atris. Re vera fateris esse de virgula sctã iesse vnde xp̃s et maria. Hoc referunt hystorie multiplices et varie de te virgo tota pia. Excellenter multũ bene docta es ab origene in fidei articulis. Hoc prudẽter demonstrasti dũ paganos confudisti theologorũ regulis. Res realis fuit ista ꝙ te iohãnes baptista baptizauit sacra vnda. Post in turrim ascendisti et idola confregisti que vana sũt et ĩmunda. Eleuata tunc fuisti dũ lathomo precepisti: fac in turrim tres fenestras. Per tres doces trinitatẽ per turrẽqȝ vnitatem in diuinis esse monstras. Ista videns pater fremit ensẽ suũ mox exemit cupiẽs te trãsfodere. Sub lapide tam vallata ꝑ pastorẽ accusata pastor periit ꝑ scelere. Epistolã dũ legeres origenis et cerneres tibi christ⁹ apparuit. Ac si esset nuper natus demũ cruci cõclauatus sicut pati voluit. Hec oĩa dũ vidisti euidenter cognouisti nati pati mysteria. Hoc cernendo es armata corde ore preparata ad omia supplicia. Abnegare christũ nolens marcianus multũ dolens te posuit in carcere. Jubens tuum equuleis corpus tondi cũ malleis atqȝ mammas euellere. Neruis virgis laniata cilicio cõfricata lacerata pectinibus. Super testas tu es versa sale aceto aspersa: et adusta fragminibus. Ducta nuda tu per regnũ super calles super fenũ atrocius mutilata. Mox angelus affert byssum diuinitus sibi missũ vnde virgo es ornata. Et propter hoc rex tabescit furit frendet modũ nescit dũ te virgo decollauit. Et hoc anno ducẽteno septimoqȝ sexageno virgo celos euolauit. Regi sũmo in hac vita ĩpetrasti vt sit ita nostrũ labes relaxentur. Morte mori nõ subita cõfessione habita via viatico recreemur. Vltioneqȝ diuina pater tu⁹ rex maligna morte nõ sic cernit. Nã desuper venit ignis corpus vrẽs sicqȝ cinis nullo modo panditur. Jesũ ora virgo sacra ꝓ hac vrbe tam preclara vt hanc seruet a nociuis. Grana vina atqȝ loca cõserua ad nostra vota habitantes vero grata trahe sursũ vbi viuis. Amen. Euangelium. Simile est est regnũ celorũ decẽ virginibus. In coi fo. xi. Offer. Aue barbara insignis post mariã flos virginum spõsa christi mediatrix vera dei et hoim martyrũ preconiũ virgoqȝ decora nobis in auxiliũ assis mortis hora. Secreta.

HOstiam nostre deuotionis tibi domine offerimus: quam precibus beate barbare virginis et martyris tue acceptabilem maiestati tue esse deposcimus. Per dñm nostrum iesum christũ filiũ tuum. Coio. Barbara virgo pia martyrũ flos et lucerna per tua presidia pete nobis regna sempiterna alleluia. Postcoio.

UT nobis dñe veri corporis et sanguinis filii tui sit factura perceptio beate barbare virginis et martyris tue nos tibi iugiter cõmendet. Per eundem. Rachonis epi et cõfessoris edueñ. Introitꝰ

STatuit ei dñs testamētum pacis et principē fecit eū vt sit illi sacerdotii dignitas i eternū. ps. Mias dñi in eternū cantabo Gloria patri. Collecta.

EXaudi dñe p̃ces nostras quas in sancti rachonis confessoris tui atqꝫ pōtificis solennitate deferimus: ⁊ qui tibi digne meruit famulari/eius intercedētibus meritis ab omibus nos absolue peccatis. Per

Epistola. Ecce sacerdos magnus. In coi fo. vii. ℟. Ecce sacerdos magnꝰ qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legē excelsi. Alleluia. ℣. Justus germinabit sicut liliū et florebit in eternū ante dñm. Prosa. Adest nanqꝫ dies. In coi fo. vi. Euāgelium. Sint lumbi vestri precincti. In coi fo. viii. Offertoriū Veritas mea et mia mea cū ipso et in nomine meo exaltabit cornu eius. Secre.

HOstias tibi domine pro commemoratione sācti rachonis confessoris tui atqꝫ pontificis offerimus suppliciter deprecantes: vt sicut illi prebuisti sacre fidei claritatem/sic nobis indulgentiā largiaris/et pacem. Per dñm nrm. Coio. Beatus ille seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilantē amen dico vobis super oia bona sua constituet eū. Postcoio.

SUmētes dñe gaudia sempiterna participatione sacramenti presta q̃sumus: vt beati rachonis confessoris tui atqꝫ pōtificis cuius natalicia colimus: precibus adiuuemur. Per dominū. In festo sācti nicolai epi et cōfessoris. Introitꝰ

GAudeamus oēs in dño diē festū celebrātes sub honore nicolai presulis de cuius solennitate gaudent angeli et collaudant filiū dei. ps. Misericordias dñi: in eternū cantabo. Gloria. Collecta.

DEus qui beatū nicolaū pontificem tuū inumeris decorasti miraculis tribue nobis q̃s: vt eius meritis et precibus a gehenne incēdiis liberemur. Per dñm. Epistola Ecce sacerdos magnus. In coi fo. vii. ℟. Domine preuenisti eū in benedictionibꝰ dulcedinis posuisti in capite eiꝰ coronam de lapide precioso. ℣. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinem dierū in seculum seculi. Alleluia. ℣. Justus germinabit sicut lilium et florebit in eternū ante dominum. Prosa.

COngaudentes exultemus vocali concordia. Ad beati nicolai festiua solennia. Qui in cunis adhuc iacens seruando ieiunia. A papilla cepit summa ꝑmereri gaudia. Adolescens amplexatur litterarum studia. Alienus et imunis ab omni lasciuia. Felix confessor cuiꝰ fuit dignitatis vox de celo nuncia. Per quem prouectus presulatꝰ sublimatur honoris potentia. Erat in eius animo pietas eximia ⁊ oppressis īpendebat multa beneficia. Auro per eum virginum tollitur infamia atqꝫ patris earūdem leuatur inopia. Quidam naute nauigantes

et cōtra fluctuū seuiciā luctātes naui pene dissoluta Jā de vita desperātes in tanto positi periculo clamātes voce dicūt oēs vna. O beate nicolae nos ad portū maris trahe de mortis āgustia. Trahe nos ad portū maris tu qui tot auxiliaris pietatis gratia. Dū clamarent nec in cassū ecce quidā dicēs assū ad vestra presidia. Statim aura dat grata et tēpestas fit sedata qeuerunt maria Ex ipsius tūba manat vnctiōis copia. Que ifirmos oēs sanat per ei⁹ suffragia. Nos q̀ sumus in hoc mūdo viciorū in pfundo iā passi naufragia. Gloriose nicolae ad salutis portū trahe vbi pax et gloria. Ipsā nobis vnctionē ipetres a dño prece pia. Qua sanauit lesionē multorū peccaminū in maria. Amen. Euāgeliū. Sint lūbi vrī precincti. In gi fo. viii. Offr. Veritas mea et mia mea cū ipso et in noie meo exaltabit cornu ei⁹

Secreta.

Munera q̄s dñe oblata sanctifica: que in veneratione sancti antistitis tui nicolai offeruntur: vt per ea vita nostra inter aduersa vbiqꝫ dirigatur et pspera. Per dñm. Coio. Beatus seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilantē amen dico vobis super omia bona sua constituet eum.

Postcoio.

Sacrificia que sumpsimus dñe pro solennitate sācti pōtificis tui nicolai: sempiterna nos ptectione confirment. Per dominum.

In octaua sācti Andree. Collecta.

Protegat nos dñe quesumus sepius beati andree apostoli repetita solennitas: vt cuius patrocinia/ sine intermissione recolim⁹: perpetuā defensionē sētiamus. p.

Secreta.

Indulgentiam nobis prebeant hec munera quesumus dñe largiorē que venerabilis andree suffragiis offeruntur. p

Postcoio.

Adiuuet ecclesiam tuā domine supplicando beatus andreas apostolus et pius interuētor efficiatur: qui tui nominis extitit predicator p dñm.

In festo conceptionis beate marie virginis officium misse totum fiat sicut in festo natiuitatis eiusdē nomine natiuitatis mutato in nomen conceptionis: prosa que sequitur.

Prosa.

Omnes leta celebret in qua pia recensetur marie conceptio. Huius laudes psequamur nos qui tāto gratulamur dei beneficio. Felix quidē est conceptus per quem mūdus est adept⁹ salutis remedia. Hūc prophete preuiderunt patriarche psenserunt inspirante gratia. Virga florem cōceptura stella solem paritura hodie concipitur. Flos de virga processurus sol de stella nasciturus christus intelligitur. O q̄ felix et preclara mundo grata deo chara fuit hec cōceptio. Qua salute destitutis redit vere spes salutis luctus cedit gaudio. Virga iesse floruit virgo deum genuit virgo mūdi domina. Nouo quidē ordine absqꝫ viri semine virum parit femina. Noua mater nouā prolem noua stella nouū solem noua profert gratia. Noua prorsus genitura creatorem creatura patrē parit filia. O mirandā

nouitatē nouā quoqꝫ dignitatē di-
tat matris castitatē filii conceptio.
Gaude virgo gratiosa virgo flore
speciosa mater prole gloriosa plena
pleno gaudio. Tu es spes certa mi
serorū tu leuamen oppressorꝝ medi
camen infirmorū oībus es oīa. Te
rogamꝰ voto pari laude digna sin
gulari vt errantes in hoc mari nos
in portu salutari tua sistat gratia.
Amen. Officium ad missam
nouū immaculate cōceptionis vir
ginis marie p Sixtū papā quartū
cum apostolicis indulgentiis Insti
tutum similibus illis officio noue
solennitatis corporis christi. Anno
incarnationis dn̄ice M cccc. lxxvi.
pōtificatꝰ sui. Anno sexto. Introitꝰ

Egredimini ꝛ videte filie sy
on reginam vestram quā
laudāt astra matutina: cu-
ius pulcritudinem sol et luna mi-
rantur et iubilant omnes filii dei.
ps. Ostēdat faciem suam sonet vox eius
in auribus nostris quia eloquium suum
dulce et facies decora nimis. Gloria in
excelsis deo. et cetera. Quoniam tu so
lus sanctus. Mariam preseruasti.
Tu solus dominus. Mariā fabri-
casti. Tu solus altissimus. Mariā
sublimasti. Collecta.

Deus qui per immaculatā vir
ginis conceptionem dignum
filio tuo habitaculū preparasti: con
cede q̄sumus: vt sicut ex morte eius
dem preuisa eam ab omni labe pre
seruasti: ita nos quoqꝫ mūdos eius
intercessione ad te peruenire conce
das. Per eūdem dominū. Lectio
libri sapientie prouerbiorū. viii.

Dominus possedit me in ini-
tio viarum suarū anteq̄ quic
q̄ faceret a principio: ab eterno or-
dinata sū et ex antiquis: anteq̄ ter
ra fieret. Nondum erant abyssi: et
ego iam concepta eram. Necdum
fontes aquarū eruperant: necdum
montes graui mole constiterant.
Ante omēs colles ego parturiebar.
Adhuc terram nō fecerat: et flumi-
na et cardines orbis terre. Quādo
preparabat celos aderam: quando
certa lege et gyro vallabat abyssos
Quando ethera firmabat sursum
et librabat fontes aquarū. Quādo
circundabat mari terminū suum:
et legem ponebat aquis ne transi-
rent fines suos. Quando appende-
bat fūdamenta terre: cum eo eram
cuncta componens. Et delectabar
per singulos dies ludens coram eo
omni tempore: et ludens in orbe ter
rarū: et delicie mee esse cū filiis ho-
minum. Nunc ergo filii audite me
Beati qui custodiunt vias meas.
Audite disciplinam/ et estote sapiē-
tes: et nolite abiicere eam. Beatus
homo qui audit me: et qui vigilat
ad fores meas quotidie/ et obseruat
ad postes ostii mei. Qui me inue-
nerit: inueniet vitam: et hauriet sa
lutem a domino. ℟. Qualis est dile-
cta nostra charissime qualis est mater di
cite domini qualis et quanta sit soror et
sponsa christi. ℣. Dilecta nostra candi-
da immaculata quasi aurora cōsurgens.
Alleluia. ℣. Veni regina nostra veni
domina in ortum odoris super omnia
aromata.
Secundum Lucam. xi. c.

IN illo tēpore. Loquēte iesu ad turbas. Extollens vocem que dā mulier de turba dixit illi. Beat⁹ venter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo: beati qui audiunt verbū dei: et custodiūt illud. Offertorium. Ortus conclusus fons signatus emissiones tue paradisus o maria manus tue stillauerūt myrram mellifluiq₃ facti sūt celi dū manu domini fabricata est mater tanti dei alleluia.

SVscipere digneris Secreta. per temetipsum benignitatis auctorem rogamus dn̄e matris ac domus tue zelatorū deuotas cū hylaritate supplicationes: vt sicut ipsa tui gratia preueniente mūdo hodie imunus apparuit: ita ipsi mundā de tui matris munere te cōcedēte exhibeant gratiarum actionem. Per teipsum iesum christū qui v. Coio. Gloriosa dicta sunt de te maria quia fecit tibi magna qui potēs est all'a.

ODorem dn̄e sa Postcoio. crificii huius suscipe suauitatis et presta: vt qui hodie marie conceptionem iubilando celebrāt: eius salubri oratione fructum centuplū sue deuotionis accipiant. Per dominum nostrum. Lucie virginis ad missā. Introitus.

DIlexisti iustitiā et odisti iniquitatē ꝓpterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie p̄ cōsortibus tuis. Ps. Eructauit cor meum verbū bonū: dico ego opera mea regi Gloria patri. Collecta.

EXaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate lucie virginis tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dn̄m. Ep'la. Sapientia vincit malitiā. In coi fo. x. R. Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatē. V. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. Alleluia. V. Specie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna. Euangeliū. Simile est regnū celorū thesauro. In coi fo. xi. Offertoriū. Offerentur regi virgines post eā proxime eius offerētur tibi in letitia et exultatione adducentur in templum regi domino.

Secreta.

ACcepta tibi sit dn̄e sacrate plebis oblatio ꝓ tuoꝝ honore sāctorū: quorum se meritis percepisse / de tribulatione cognoscit cognoscit auxilium. Per dn̄m. Coio. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternū. Postcō.

SAciasti dn̄e familiā tuam muneribus sacris eius quesum⁹ sēper interuentione nos refoue: cuius solennia celebramus. Per dn̄m

In translatione sancti lazari martyris et episcopi. Introitus.

GAudeamus omnes in dn̄o diem festū celebrantes sub honore lazari martyris de cuius translatione gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer.

DEus qui per Collecta. vnigenitum filium tuum beatum lazarum quatriduanū mortuum resuscitasti a monumēto: erige nos propitius de tumulis peccatorum: vt mereamur adipisci consortium electorum tuorum. Per eū

dem dominum nostrum iesū christum filium tuum. Epistola. Beatus vir qui in sapientia morabitur et in. In communi folio secundo.
R. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti i capite eius coronam de lapide precioso. V. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinē dierū in seculum seculi. Alleluia. V. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omēs recti corde. Prosa.

Psalle plebs xpicola iesu clara preconia. Auge salutifera cōmissi talenti lucra. Anni orbita nūc lazari solennia reducit placida herilis cūcta quē insignē per secula decorat gratia. Isti⁹ a bethania hierosolymis proxima. Extitit soror maria sāctissima atq; martha. Cuius quondā membra languida reliquit vitalis aura. Et luce ferebāt bis bina intra monumenti septa. Pro quo petunt germane christi vestigia. Non est inqt hec sother mors sed dei doxa. Irrigans nunc ora lachrymis pia. Perge infit extra morte fugata. Spoliantur seua tartari regna. Omnaq; pristina lazarus zoa Per huius christe merita labē purga a morte nos libera. Vt tecum vita fruamur perpetua. Amen.

Secundum Johannem. xi. c

In illo tempore. Dixit martha ad iesum. Domine si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia quecunq; poposceris a deo/ dabit tibi deus Dixit illi iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio/ quia resurget in resurrectione/ in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit et credit in me. nō morietur in eternum. Credis hoc: Ait illi. Vtiq; domine. Ego credidi quia tu es christus filius dei viui: qui in hunc mundū venisti. Offertorium. Gloria et honore coronasti eū et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Hanc oblationem domine propicius respice: et meritis famuli tui lazari qui tibi extitit dilectus: vt tanti mysterii sacramentis simus idonei expurgemur omniū sordibus delictorum. Per dominū nostrum iesum christum filium.
Cōmunio. Videns dominus flentes sorores lazari ad monumentum lachrymatus est coram iudeis et clamabat lazare veni foras et prodiit ligatis manibus et pedibus qui fuerat quatriduanus mortuus Postcōio.

Quibus dignatus es domine largiri salutiferum munus corporis et sanguinis tui interueniente glorioso dilecto tuo lazaro martyre atq; pontifice: tribue quesumus propicius gaudia lucis perpetue. Qui viuis et regnas cū deo patre in vnitatespūssctī deus.

Thome apostoli. Introitus.

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Ps. Domine pbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Gloria patri. Collecta.

DA nobis q̄s dn̄e beati apostoli tui thome solennitatibus gloriari: vt eius sēper et patrocinio subleuemur: et fidem cōgrua deuotione sectemur. Per dn̄m. Ep̄l'a. Jam non estis hospites. In coi fo. i. R. In oēm terrā exiuit sonus eorū et in fines orbis terre verba eorum. V. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annūciat firmamentū. All'a. V. Ego elegi vos de mūdo vt eatis et fructū afferatis et fructus vester maneat. Prosa. Clare sā ctorum. In cōmuni folio primo.

Secundum Johannem. xx. c.

IN illo tēpore. Thomas vnus ex duodecim qui dicitur didymus: non erat cū eis quando venit iesus. Dixerunt ergo ei: alii discipuli. Vidimus dn̄m. Jlle autem dixit eis. Nisi videro in manus eius fixuram clauorū/ et mittā digitum meum in locum clauorū: et mittā manum meā in latus eius: non credā. Et post dies octo iterum erāt discipuli eius intus: et thomas cum eis Venit iesus ianuis clausis. et stetit ī medio eoꝝ: et dixit eis. Pax vobis. Deide dicit thome. Jnfer digitum. tuum huc: et vide manus meas: et affer manū tuam et mitte in latus meū: et noli esse īcredulus: sed fidelis. Respōdit thomas ⁊ dixit ei. Dominus meus: et deus meus. Dicit ei iesus. Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui non viderūt et crediderunt. Multa quidem et alia signa fecit iesus in cōspectu discipulorum suorum: que non sūt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt vt credatis: quia iesus est filius dei. Et vt credentes/ vitam habeatis in nomine eius. Offertorium. Constitues eos principes super oēm terrā memores erunt nominis tui in omni generatione et progenie. Secreta.

DEbitum tibi dn̄e nostre reddimus seruitutis suppliciter exorantes: vt suffragiis beati thome apostoli tui in nobis tua mūera tuearis: cuius honorando cōfessionē laudis tibi hostias īmolamus. Per Coio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructū afferatis et fruct⁹ vester maneat. Postcō.

COnserua dn̄e populū tuum: et quē sanctorum tuorum presidiis non desinis adiuuare: perpetuis tribue gaudere remediis. Per dominū. In festo sci stephāi pthomartyris. Introit⁹.

ETenim sederunt principes et aduersum me loquebantur et iniqui persecuti sunt me adiuua me domine deus meus quia seruus tuus exercebatur in tuis iustificationibus. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dn̄i. Collctā.

DA nobis q̄sumus domine imitari quod colim⁹ vt discamus et inimicos diligere: quia eius natalicia celebramus: q̄ nouit etiā pro suis psecutoribus exorare dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum vi. Cōmēoratio de natiuit. et sic p oct.

Lectio actuum apostolorū. vi. c.

IN diebus illis Stephan⁹ plenus gratia et fortitudine: faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga que appellaba=

tur libertinorū/et cyrenensiū/et alexandrinorū: et eorū qui erant a cilicia et asia: disputantes cū stephano Et non poterāt resistere sapientie: et spiritui qui loquebat. Audientes autē hec dissecabātur cordibus suis et stridebāt dentibus in eū. Cū autem esset stephanus plenus spū sācto: intēdens in celū: vidit gloriam dei: et iesū stantē a dextris virtutis dei: et ait. Ecce video celos apertos et filiū homis stantē a dextris virtutis dei. Exclamantes autē voce magna ꝯtinuerūt aures suas: et impetū fecerūt vnanimiter in eū. Et eiicientes eū extra ciuitatē lapidabāt. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescētis: qui vocabatur saulus. Et lapidabant stephanū: inuocantē et dicētem. Dñe iesu suscipe spiritū meum. Positis autem genibus: clamauit voce magna dicēs. Dñe: ne statuas illis hoc peccatū. Et cū hoc dixisset: obdormiuit in dño. ℟. Sederūt principes et aduersū me loquebātur et iniqui persecuti sūt me. ℣. Adiuua me dñe deus meus saluum me fac propter miām tuam. Alla ℣. Video celos apertos et iesum stantem a dextris virtutis dei. Prosa.

Magnus dñs in vniuersa terra. Magna sūt eius vbiqꝫ oīa in celo atqꝫ in terra opera. Qui est rex regū dñs omniū a patre genit⁹ ante scl'a. Cuius charitas vera celo stephanum subleuat de terra. Atqꝫ perenni vita stola cādida digniter adornat. Plenus eteni stephanus deitate atqꝫ gratia. Magna dabat prodigia docens verissima dogmata. Cū autem predicaret iā presētia Nostre redemptiōis noua gaudia. Intentio in supna celi patet ianua Dixitqꝫ circunstāti plebi voce publica. Ecce dei video ammirabilē gloriā. Claritate fulgida. Atqꝫ iesū stātem in virtutis dei dextera. Sacra plena gratia. Cū hoc audisset ipsa gens iudaica dās fremitum cōcita cassat lapidibus stephani membra Sed stat fortiter patiens martyr ⁊ orat. Ne his christe norā statuas sed iā accipe aiam meā. Et cū hoc dixisset in dño obdormiuit pace eterna. Tu et nobis martyr o stephane sēpiterna impetra gaudia. Amen.

Alia prosa que dicitur ad vesperas.

Gloriosa dies adest qua processit prepotens ex virginis aula. Idē deus conditor hoīm factus est homo die ista. Quā gloriā cecinere deo sācta agmina. Regi nato quē quoqꝫ vox canat liquide nostra Ipse nāqꝫ vt curaret nr̄a facinora et pctā nō linquens celestia. Presepio poni nō distulit vt q̄ panis viu⁹ erat nobis daret pabula. Jā nūc igit leti laudū feram⁹ ꝑconia. Nr̄a certātes vt sit pura mēs et ꝯsciētia. O btē ꝓthomartyr stephane cui⁹ ista instat solēnitas ꝑclara. Te q̄s vt possim⁹ obtentu tuo fulti vite assumere pascua. Saciati q̄bus adeam⁹ digni celica cōtubernia. Quo pāgamus sine fine xp̄o nato virgine inuiolata Regnātē cū p̄re simul orbis regna p oīa. Ptās cui et honor est in et̄na scl'a. Amē dicāt oīa. S. Math. xxiii.

In illo tempore. Dicebat iesus turbis iudeorū et principibus

ſacerdotũ. Ecce ego mitto ad vos p
phetas et ſapientes et ſcribas: ⁊ ex il
lis occidetis et crucifigetis: et ex eis
flagellabitis in ſynagogis veſtris:
et perſequimini de ciuitate in ciui-
tatem / vt veniat ſuper vos oĩs ſan
guis iuſtus qui effuſus eſt ſup ter-
ram: a ſanguine abel iuſti / vſq; ad
ſanguinem zacharie filii barachie:
quẽ occidiſtis inter templũ ⁊ altare
Amen dico vobis / veniẽt hec omĩa
ſuper generationẽ iſtam. Hieruſalẽ
hieruſalem / que occidis prophetas /
et lapidas eos qui ad te miſſi ſunt:
quotiens volui cõgregare filios tu
os queãdmodũ gallina congregat
pullos ſuos ſub alas: ⁊ noluiſti. Ec
ce relinquetur vobis domus veſtra
deſerta. Dico enĩ vobis: non me vi-
debitis amodo donec dicatis. Bñ-
dictus qui venit: in noĩe dñi. Cre-
do in deum. Offr. Poſuiſti
dñe in capite eius coronã de lapide preci
oſo vitã petiit a te et tribuiſti ei alleluia.

Suſcipe dñe mune Secreta.
ra pro beati cõmemoratiõe ſte
phani: vt ſicut illũ paſſio fecit glori
oſũ: ita nos deuotio reddat innocu
os. Per dñm. Coĩo. Video celos aper
tos et ieſũ ſtãtẽ a dextris virtutis dei dñe
ieſu accipe ſpm̃ meum et ne ſtatuas illis
hoc peccatũ q2 neſciũt qd faciũt. Poſtcõ

Auxilient̃ nobis dñe ſũpta my
ſteria: et itercedẽte btõ ſtephão
martyre tuo ſempiternã ptectione
cõfirment. Per dominum noſtrũ.

De ſancto iohãne apl̃o et euan-
gelista. Introitus.

In medio ecclẽie aperuit os
eius ⁊ ĩpleuit eũ dñs ſpũ ſa
pientie et ĩtellectus ſtola glorie ĩdu
it eũ. Ps. Bonũ eſt cõfiteri dño et pſal-
lere noĩ tuo altiſſime. Collecta.

Ecclesiam tuã q̃s dñe benign9
illuſtra: vt beati iohãnis apo-
ſtoli tui ⁊ euãgeliſte illuminata do
ctrinis ad dona perueniat ſẽpiterna.
Per dñm. Fiat cõmemoratio de
natiui. et de ſcõ ſtephano et ſic p oci
Lectio libri ſapie. eccleſiaſtici. xv.

Qui timet deũ: faciet bona. Et
qui cõtinens eſt iuſtitie: app-
hẽdet illã et obuiauit illi quaſi ma
ter honorificata. Cibabit illũ pane
vite et ĩtellect9: et aqua ſapiẽtie ſa-
lutaris potabit illũ. Et firmabitur
in illo: et nõ flectetur: et cõtinebit il
lũ et nõ cõfundetur: ⁊ exaltabit illũ
apud proximos ſuos. In medio ec-
cleſie aperuit os eius: ⁊ ĩpleuit eum
dñs ſpũ ſapientie et intellectus: et
ſtola glorie induit eũ. Iocunditatẽ
et exultationẽ: theſaurizabit ſuper
eũ. Et noĩe eterno hereditabit illũ:
dñs deus noſter. R. Exiit ſermo inter
fratres q9 diſcipulus ille non moritur. V.
Sed ſic eũ volo manere donec veniam tu
me ſequere. Alla. V. Hic eſt diſcipulus
ille qui teſtimoniũ perhibet de his et ſci-
mus q2 verũ eſt teſtimoniũ eius. Proſa.

Organicis canamus modulis
iohannis ſolennia. Omnige
nis domino vocibus reddẽtes odas
debitas. Qui in ſuis ſanctis mira-
bilis nimis multiplici virtutũ flo-
re eoſdem decorat ac mirifice ador-
nat. Nã et in ipſis quaſi quibuſdã
muſicis ĩſtrumẽtis digito pprio ſi
dis agitat fides vtutũ ſonorat. Has
nũeroſe pcurrẽs ſingulas pmiſcet

singulis dyatheßaron mellifluam melodiā. Quā generat virtutū mater illa q̄ aliis decēter cōposita reddit suauē symphoniā. Qua sine cūcta fiūt dissona necnon et friuola. Qua cū oīa fiūt cōsona necnō vtilia. Qua iusti bene morati rite petētes excelsa poli sydera. Alacres decātant noua cātica in cithara treicia. Quorū agentes festa cōsortia mereamur in celesti patria. Amen.

Secundum Johannem xxi. c.

In illo tēpore. Dixit iesus petro. Sequere me. Cōuersus petrus vidit illum discipulū quem diligebat iesus sequētem: qui et recubuit in cena super pectus eius: et dixit. Dñe quis est qui tradet te? Hūc ergo cum vidisset petrus. dixit iesu Dñe: hic autē quid? Dixit ei iesus. Sic eum volo manere: donec veniam. Quid ad te? Tu me sequere Exiit ergo sermo iste inter fratres: q̄a discipulus ille non moritur. Et nō dixit ei iesus nō moritur: sed sic eū volo manere donec veniā: quid ad te. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his: et scripsit hec: et scimus quia verū est: testimoniū eius. Offertoriū Justus vt palma florebit sicut cedrus que ī libano est multiplicabitur. Secreta.

Suscipe dñe munera que in ei9 tibi solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dñm. Coīo. Exiit sermo inter fratres q̄ discipulus ille nō moritur et non dixit iesus non moritur sed sic eum volo manere donec veniam. Postcoīo.

Refecti cibo potuq; celesti deus noster te supplices deprecamur: vt in cuius hec cōmemoratio ne percepimus: eius muniamur et precibus. Per dominū nostrum.

De sāctis innocētibus. Introitus.

Ex ore infātiū deus & lactentium perfecisti laudē propt inimicos tuos. Ps. Domine dñs noster q̄ admirabile est nomē tuum in vniuersa terra. Collecta.

Deus cuius hodierna die preconiū innocentes martyres nō loquendo sed moriēdo confessi sūt: omnia in nobis viciorū mala mortifica: vt fidem tuā quā lingua nostra loquitur: etiā moribus vita fateatur. Per dñm. Deinde fit cōmemoratio de nat. de sāctis stephano / et iohanne. Et sic per oct. Lectio libri apocalypsis bti iohis apli xiiii. c

Vidi supra montē syon agnū stantem et cum eo centū quadraginta quattuor milia habentes nomen eius / et nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de celo tanq̄ vocē aquarum multarū: et tanq̄ vocem tonitrui magni. Et vocem quā audiui sicut citharedorum citharizātium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouū ante sedem et ante quattuor aīalia: & seniores. Et nemo poterat dicere canticū: nisi illa centū quadraginta quattuor milia q̄ empti sūt de terra. Hi sunt qui cū mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur agnū: quocunq; ierit hi ēpti sunt ex oībus primicie deo et agno: & in ore

eorū non est inuentū mēdaciū. Si-
ne macula eni sūt: ante thronū dei.
℟. Anima nostra sicut passer erepta est
de laqueo venantiū. ℣. Laqueus cōtritus
est et nos liberati sum⁹ adiutoriū nostrū
in noīe dn̄i qui fecit celū et terrā. Alla.
℣. Hi empti sunt ex oībus primicie deo et
agno et in ore eorū nō est iuētū mēdaciū.

Prosa.

Ecce pulcra canorū
resonet voce alla. Intimans
requiē ciuiū inclita. Felix stat nimi
um angelorū rutilās agmina. Sā
cte sācte sācto xp̄o ouanter procla-
mantia. Sublimi in cathedra apo
stolorū sede fulgida lampada trib⁹
et linguis indicātia. Omīa vt ster-
cora reputarūt tumida propter hoc
emicāt velut stella firmamēti cla-
ra. Stolis cādidis martyꝝ adornā
tur colla. Hi sūt milites qui mūdi p̄
liarūt bella. Coronis albis coronā-
tur sācti qui cōfitētes crediderūt in
ste vel fide certātes respuerūt vana
modo habēt celestia regna. In qua
triūphant dicētes optime siue cāti-
cāt psallētes cr̄mia arte laudiflua
voce dulciflua regi xp̄o submitten-
tes colla. Multū recitaris laude spi
rituū atqꝫ iubilaris in choro virgi-
nū Alleluia dulcimode te decātant
pudicū agmina. Laus tibi sit sēper
xp̄e per oīa. Qui opitularis cātan-
tes talia voce pulcra alla. Et nos ip
si pclamemus vna. Da nobis eter
na florida regna. Ubi cātemus oēs
alla.

Secundū Matheū. ij.

In illo tp̄e. Angelus dn̄i appa
ruit i sōnis ioseph dicēs. Sur-
ge et accipe puerū et matrē eius: et
fuge in egyptū: et esto ibi vsqꝫ dum
dicā tibi: futurū est eni vt herodes
querat puerū: ad perdendū eū. Qui
consurgens accepit puerū et matrē
eius nocte: et secessit in egyptū. Et
erat ibi vsqꝫ ad obitū herodis: vt ad
īpleret quod dictū est a dn̄o per p-
phetā dicentem. Ex egypto vocaui
filium meū. Tunc herodes videns
ꝙ illusus esset a magis/irat⁹ est val
de: et mittens occidit omēs pueros
qui erāt in bethleem et in oībus fi-
nibus eius a bimatu et infra: secū-
dum tēpus quod exquisierat a ma-
gis. Tunc impletū est: quod dictū
est per hieremiā prophetam dicen-
tem. Uox in rama audita est: plora
t⁹ et vlulatus mult⁹: rachael plo-
rans filios suos. Et noluit consola
ri: quia nō sunt. Offertoriū. Aīa no
stra sicut passer erepta est de laqō venātiū
laque⁹ contritus est et nos liberati sum⁹

Secreta.

Sanctorū tuorū
nobis dn̄e pia non desit oratio
que et munera nostra cōciliet: et tu
am nobis indulgētiā sēper obtine-
ant. P do. Coīo. Uox in rama audita
ē ploratus et vlulatus rachael plorās fi-
lios suos et noluit cōsolari qa non sunt.

Postcoīo.

Uotiua domine
dona percepimus: que sācto-
rū nobis precibus et presētis q̄s vi-
te pariter et eterne: tribue conferre
subsidiū. Per dominū.

Thome martyris. Introitus.

Letabit iustus in dn̄o et spe
rabit in eo et laudabuntur
omēs recti corde. ps. Exaudi
deus orationē meam cum deprecor. a ti-
more inimici eripe animam meam. Glo
ria patri et filio. Collecta.

Deus pro cuius ecclesia glorio sus martyr et põtifex thomas gladiis ipiorũ occubuit: presta q̃s: vt oẽs qui eius iplorãt auxiliũ: pie petitionis sue salutarẽ consequant effectũ. Per dñm. Epla. Beat⁹ vir qui in sapia. In coi fo. ii. R. Posuisti dñe super caput eius coronam de lapide precioso. V. Desideriũ aĩe eius tribuisti ei et voluntate labiorũ eius nõ fraudasti eũ Alleluia. V. Letabitur iustus in dño et sperabit in eo et laudabũtur oẽs recti cor de. Prosa. Letabũdus. In coi fo. xi Euãgeliũ. Nisi granũ fru. In qi. fo iiii. Offr. In virtute tua dñe letabit iu stus et super salutare tuũ exultabit vehe mẽter desideriũ anime eius tribuisti ei.

Suscipe dñe mũera Secreta. que in beati thome martyris tui atq̃ põtificis venerãda solẽnita te deferimus: et presta: vt ipsius in teruentu mereamur aduersa mũdi tolerare: et ad celestia regna pia de notione properare. Per. Coio. Po suisti dñe in capite eius coronã de lapide pcioso. Postcoio.

Sumptis repleti muneribꝰ q̃s dñe deus noster: vt intercedẽte beato thoma martyre tuo atq̃ pon tifice mereamur mãdatis tuis pse uerãter intẽdere: et incursus psequẽ tiũ q̃stãter tolerare. P. In dedica tiõe ecclie btĩ lazari edueñ. Introitꝰ

Terribilis est locꝰ iste hic do mus dei est et porta celi et vocabit aula dei. Ps. Dñs re gnauit decorẽ idutus est iduꝰ est dñs for titudinẽ et precinxit se. Collecta.

Deus qui nobis p singulos an nos huius sancti tẽpli tui con secrationis reparas diẽ. et sacris sẽ per mysteriis represẽtas icolumes exaudi preces populi tui: et presta: vt quisquis hoc tẽplũ beneficia pe titurus ingreditur: cũcta se ĩpetrasse letetur. Per dñm. Lectio libri apo calypsis beati iohãnis aplĩ. xxi. c.

In diebus illis. Vidi ciuitatẽ sanctã hierusalẽ nouã descẽ dentẽ de celo a deo paratã: sicut spõ sam ornatã viro suo. Et audiui vo cẽ magnã de throno dicẽtem. Ecce tabernaculũ dei cũ hominibus: et ha bitauit cũ eis. Et ipsi populus eius erunt: et ipse deus cum eis erit eorũ deus. Et absterget deꝰ oẽm lachry mã ab oculis eorũ: et mors vltra nõ erit: neq̃ luctꝰ neq̃ clamor: neq̃ do lor erit vltra: que prima abierũt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce no ua facio omĩa. R. Locus iste a deo fa ctus est iestimabile sacramentum irrepre hẽsibilis est. V. Deus cui astat angelorũ chorus exaudi preces seruorũ tuorũ. Al leluia. V. Adorabo ad templũ sanctũ tuũ et confitebor nomĩ tuo. Prosa. Clara chorus dulce. In comuni fo. xii. Secundum Lucam. xix. c.

In illo tẽpore. Egressus iesus perãbulabat hierico: et ecce vir zacheus noie/ et hic erat prĩceps pu blicanorũ: et ipse diues. Et quere bat videre iesũ quis esset: et nõ pote rat pre turba: quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in ar borem sycomorum vt videret eum q̃a inde erat trãsiturus. Et cũ venis set ad locum suspiciẽs iesus. Vidit illum: et dixit ad eum. Zachee festi nãs descende. q̃r hodie in domo tua

oportet me manere. Et festinās descendit: et excepit illū gaudēs. Et cū viderent omnes murmurabant dicentes: q̄ ad hominē peccatorem diuertisset. Stans autē zacheus dixit ad iesū. Ecce dimidiū bonorū meorum dn̄e do pauperibus: et si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Ait iesus ad eum. Quia hodie salus huic domui facta est: eo q̄ ipse filius sit abrahe. Venit enī filius hominis querere: et saluū facere quod perierat. Offertorium. Domine deus in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa et populū tuum qui hic repertus est vidi cum ingenti gaudio deus israel custodi hāc volūtatē. Secreta

Annue quesum⁹ dn̄e precibus nostris vt quicunq̄ itra tēpli huius cuius anniuersariū dedicationis diem celebramus/ambitū cōtinemur: plena tibi atq̄ pfecta corporis ꝛ anime deuotione placeam⁹ vt dū hec presentia vota reddimus ad eterna premia te adiuuāte venire mereamur. Per dn̄m. Coio. Domus mea domus orationis vocabit̄ dicit dn̄s in ea oīs qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsāti aperiet̄. Postcoio

Deus qui de viuis ac electis lapidibus eternū maiestati tue condis habitaculum auxiliare populo supplicanti: vt qd̄ ecclesie tue corporalibus proficit spaciis: spiritalibus amplificetur augmētis. P do. Siluestri pape. Introitus.

Sacerdotes tui dn̄e induant iustitiam et sancti tui exultent propter dauid seruum tuū non auertas faciē christi tui. Ps Memento dn̄e dauid et omnis mansuetudinis eius. Gloria. Collecta.

Da q̄s omps deus: vt beati siluestri confessoris tui atq̄ pontificis venerāda solēnitas: et deuotionē nobis augeat et salutē. P do. Ad tymotheum. iiii.c.

Charissime. Testificor coram deo et iesu christo qui iudicaturus est viuos et mortuos: et aduentū ipsius: et regnū eius predica verbum: insta opportune iportune argue/obsecra/increpa in omni patientia et doctrina. Erit enī tēpus cū sanam doctrinā non sustinebūt sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus et a veritate quidem auditū auertent: ad fabulas autē conuertentur Tu vero vigila: in omibus labora opus fac euangeliste: ministerium tuū imple: sobrius esto. Ego enim iam delibor: et tempus resolutiōis mee instat. Bonū certamen certaui: cursum cōsūmaui: fidem seruaui. Jn reliquo reposita est michi corona iustitie quā reddet michi dn̄s in illa die: iustus iudex. Non solum autē michi: sed et his qui diligunt aduentum eius. R. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi qui cōseruaret legem excelsi. Alleluia. V. Disposui testamentū electis meis iuraui dauid seruo meo. Prosa. Letabundus. Jn coi fo. xi. Euangeliū. Vigilate quia nescitis. Jn coi fo. viii. Offertorium. Jnueni dauid seruum meum oleo sācto meo vnxi eum man⁹ enī mea auxiliabit̄ ei et brachiū meū cōfortabit eū. Secre.

Sancti tui nos dñe quesumus vbiqꝫ letificēt: vt dum eorum merita recolimus patrocinia sētiamus. Per dñm. Coio. Beatus seruus quem cū venerit dñs inuenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcoio.

Presta quesumus omps deus vt de perceptis muneribꝰ gratias exhibētes: beneficia potiora sumamus. Per dñm. Beatissime virginis genouefe. Introitus.

Veneremur oēs in dño voce corde nisu toto sanctitatem genouefe virginis de cuius suffragiis gaudent populi et collaudant filium dei. ps. Dñe refugium factus es nobis: a generatione in generationem. Collecta.

Beate genouefe virginis tue dñe deus gloriosis meritis adiuuemur: et eius sacro interuentu: corporis et anime sanitate gaudentes: gratia tua cooperāte saluemur per dominum. Alia Collecta.

Presta q̄sumus oṗs deus: vt beate genouefe virginis tue p̄sētiam venerantes: meritis ipsius protegamur et precibus. Per. Alia.

Mitissime deus miserere peccātibus: et intercedēte beata virgine genouefa salutē mentis et corporis nobis tribue: bene viuere/et secure mori concede. Per dñm. Epl'a Qui gloriatur. In coi fo. x. R. O pia sponsa dei tribulatis spes requiei virgo francigena. virgo dulcedine plena. in te sperantes audi. miserando precantes. V. Dele peccamen. vexatis peste iuuamē. mestis solamen. porrige semper amen.

Alleluia. V. Genouefa virgo clemens. te precantes respice. tolle pōdus culpe premēs. hostes clades abiice. egrū corpꝰ et corrigens. salubriter refice. Alla. V. Ora pro nobis miseris sancta virgo genouefa que nunc gaudes in superis miraculis innumeris fulgens virtute diuina. Prosa Virgines egregie. In coi folio. xi.

Alia. Prosa.

Ad te cōfugimus virgo flos francie. per teqꝫ poscimus regis clementie. misericordiā. Offer o domina eius presentie. nostra precamina pacis et venie. reportās gratiam. Te diligentium per sacra dogmata. interna mentium et per carismata. clementer instruat. Te sāctus pōtifex antisiodori. lapsorum opifex sanctam manthodori. vidit per spiritū. Te presul villicus electam meminit. cetus angelicus obtuum cecinit. natale inclitum. Sanas hydropicū deuotis precibus. lepram paralisim et mutis faucibus. vocem restituis. Succurris ethicis febricitātibꝰ. cecis lunaticis et morbis omnibus. vitam das mortuis. Ergo sponsa dei genouefa pia. tua licet rei sacra subsidia. deuote petimus. Virgo magnanimis nos pusillanimes. purgatis aīmis reddas vnanimes. christo dum viuimus. Mestos letificet. errantes corrigat. stantes firmificet. iacentes erigat. per te cūctipotens. Per tua merita per matrē gratie. remittens debita det dona glorie. nobis astripotens. Amen. Tractus.

Gaude sancta genouefa pia prudēs illibata sponsa christi V. Ab ange-

lis collaudata a germano ꝓphetata que
fuisti. V. Signa patrans infinita tam di
gna tam mira vita sic vixisti quod post
mortem coronata celos virgo deo grata
possedisti. Euangeliũ. Simile est re
gnũ celorũ decē virginibus. In coi
fo. xi. Offertoriũ Protege nos q̄sumus
dñe per merita sancte genouefe ab omni
bus molestiis et a cũctis angustiis vt sic
maiestati tue seruiamus assidue ꝙ tādē
nobis in celis temetipsum dare velis.

Interueniat pro Secreta.
nobis beata virgo genouefa
clemētiā tuam deposcimus pie pa
ter: vt salutem aīarũ nostrarũ pari
ter et corporũ hec hostia sacrosācta
efficaciter operet᷑. P. Alia Secreta.

Preces nostras q̄s dñe propici
atus admitte: et dicandũ tibi
sacrificiũ beata genouefa virgo cō
mendet. Per dñm. Coio. Per pecca-
tũ rei facti sumus per te virgo liberati si
mus dolus demōis seducit nos filius dei
liberet nos all'a. Alia Coio. O genoue-
fa respice nos pietatis oculo consors lucis
angelice celesti clara titulo regis assistēs
vultui nos regi reconcilia da nobis spon
so perfrui sponsa sponsiq̀ filia. Postcō

Celesti pane refecti humiliter
te dep̄camur dñe iesu christe:
vt per preces et merita beate geno-
uefe virginis delictorũ veniam so-
spitatem et gratiā: et eternā gloriā
cōsequamur. Qui vi. Alia. Postcō.

Beate genouefe virginis tue
precibus confidētes quesum⁹
domine: vt per ea que sumpsimus:
eterna remedia capiamus. Per do.
minum nostrũ. Hylarii epi
et confessoris. Introitus.

Statuit ei dñs testamētum
pacis et principē fecit eum
vt sit illi sacerdotii digni-
tas ĩ etnũ. Ps. Misericordias dñi: in et-
num cantabo. Gloria pa. Collecta.

Deus qui venerabilē beati hyla
rii confessoris tui atq̀ pontifi-
cis festiuitatē populo tuo dedicasti
concede q̄s: qd in eius cōfidētes pa
trocinio deposcimus: eo suffragan
te consequi mereamur. P dñm.

Nota ꝙ hylarii et felicis collecte
dicũtur ad vnũ per dominũ. Ep'la.
Ecce sacerdos magnus. In coi fo.
vii. R. Ecce sacerdos magnus qui in di
ebus suis placuit deo. V.. Non est inuētus
similis illi qui conseruaret legem excelsi
Alleluia V. Justus germinabit sicut li
liũ et florebit in eternũ ante dñm. Pro-
sa. Adest nanq̀ dies. In coi folio vi.
Euāgeliũ. Sint lũbi vestri precicti
In coi. fo. viii: Offertoriũ. Veritas
mea et misericordia mea cũ ipso et in no
mine meo exaltabit᷑ cornu eius. Secre.

Sancti hylarii cōfessoris tui at-
q̀ pōtificis q̄s dñe annua solē
nitas pietati tue nos reddat acce-
ptos: vt per hec pie placationis mu
nera: et illũ beata retributio comi-
tetur: et nobis gratie tue dona con
ciliet. P dñm. Coio. Beatus ille ser-
uus quē cũ venerit dñs inuenerit vigilā-
tem amen dico vobis super omnia bona
sua constituet eum. Postcoio.

Diuina libantes mysteria que
in honore sancti cōfessoris tui
atq̀ pōtificis hylarii tue obtulim⁹
maiestati: presta q̄s: vt per ea veniā
peccatorũ mereamur: et celestis gr̄e
donis reficiamur. P dominum.

Felicis in pincis. Introitus.
OS iusti meditabit sapien=
tiā et lingua eius loquetur
iudiciū lex dei eius in corde
ipsius. ps. Noli emulari in malignanti
bus:neqꝫ zelaueris facietes iniquitatem
Gloria patri. Collecta.
COncede q̄s omps deus:vt ad
meliorē vitam sanctorū tuoꝝ
exempla nos prouocent: quatinus
quorū solennia agimus:etiā actus
imitemur. Per dominum nr̄m.
Lectio libri sapientie. iiii.c.
IUstus si morte preoccupatus
fuerit:in refrigerio erit. Sene
ctus eni venerabilis est nō diutur=
na:neqꝫ annoꝝ numero cōputata.
Cani autē sunt sensus hoīs:et etas
senectutis vita imaculata. Placēs
deo factus dilectus:et viuens inter
pctōres trāslatus est. Raptus est ne
malicia mutaret intellectum eius:
aut ne fictio deciperet aīam illius.
Fascinatio eni nugacitatis obscu=
rat bona. et inconstātia cōcupiscen
tie transuertit sēsum sine malicia.
Consūmatus in breui:expleuit tē=
pora multa. Placita enim erat deo
aīa illius: ppter hoc properauit edu
cere illū de medio iniquitatū. Po=
puli autē videntes:et nō intelligen
tes:nec ponētes in precordiis talia:
qm̄ gratia dei et mīa est in sanctos
eius. Et respectus:in electos eius.
℞. Iurauit dn̄s et nō penitebit eū tu es
sacerdos in eternū secundū ordinem mel
chisedech. ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a
dextris meis. Alleluia. ℣. Amauit eum
dn̄s et ornauit eū stola glorie induit eū.
Secundum Lucam. x.c.

IN illo tempore. Dixit iesus di
scipulis suis. Qui vos audit:
me audit. Et q̄ vos spernit me sper
nit. Qui autē me spernit:spernit il
lū qui me misit. Reuersi sūt autem
septuaginta duo cū gaudio dicen=
tes. Dn̄e etiā demonia subiiciūtur
nobis in noīe tuo. Et ait illis. Vi=
debā sathanam:sicut fulgur de ce=
lo cadentē. Ecce dedi vobis potesta
tem calcandi supra serpētes et scor
piones:et supra oēm virtutē inimi
ci:et nichil vobis nocebit. Verūta=
men in hoc nolite gaudere:q̄a spiri
tus vobis subiiciūtur. Gaudete au
tem:ꝙ noīa vestra scripta sūt in ce=
lis. Offertoriū. Gloria et honore coro
nasti eum et constituisti eum super opera
manuū tuarū dn̄e. Secreta.
HOstias tibi btī felicis cōfesso
ris tui dicatas meritis beni=
gnus assume:et ad perpetuū nobis
tribue prouenire subsidiū. Per do.
Coio. Magna est gloria eius in saluta=
ri tuo gloriā et magnum decorem impo=
nes super eum dn̄e. Postcoio.
QVesumus dn̄e salutarib[9] re=
pleti mysteriis: vt cuius solē=
nia celebramus:eius orationib[9] ad
iuuemur. Per dominū. Marcel=
li pape et martyris. Introitus
STatuit ei dominus testa=
mentū pacis et principē fe=
cit eum vt sit illi sacerdotii
dignitas in eternū. ps. Misericordias
dn̄i in eternū cātabo. Gloria. Collecta.
PReces populi tui q̄sumus do
mine clementer exaudi: vt be
ati marcelli martyris tui atqꝫ pon
tificis meritis adiuuemur:cui[9] pas

sione letamur. Per dñm nostrũ.

Ad Hebreos. xiii. c.

Fratres. Doctrinis variis et peregrinis: nolite abduci Optimũ est enĩ gratia stabilire cor: nõ escis que non profuerũt ambulãtibus in eis. Habemus altare de quo edere non habẽt potestatẽ qui tabernaculo deseruiũt. Quorũ enĩ aĩalium infertur sanguis pro pctõ in sãcta per põtificẽ: hoꝝ corpora cremãtur extra castra. Propter qđ et iesus vt sãctificaret per suũ sanguinẽ populũ extra portam passus est. Exeamus igitur ad eũ extra castra: improperiũ eius portãtes. Non enĩ hĩc habemus manentẽ ciuitatẽ: sed futuram inquirimus. Per ipsũ ergo offeramus hostiã laudis semper deo: id est fructũ labiorũ confitentiũ nomini eius. Beneficencie autẽ et cõmunionis: nolite obliuisci. Talib⁹ enĩ hostiis promeretur deus: ℟. Inueni dauid seruum meũ oleo sancto meo vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum cõfortabit eum. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia. ℣. Iustus germinabit sicut lilium et florebit in eternum ante dominum. Euangelium Homo quidam peregre. In coĩ fo. viii. Offertoriũ. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Suscipe q̃sumus domine munera dignanter oblata: et beati marcelli suffragantibus meritis: ad nostre salutis auxilium prouenire concede. Per dominũ. Coĩo Domine quinq; talenta tradidisti michi ecce alia quinq; superlucratus sum euge serue bone et fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam intra in gaudiũ dñi tui. Postcoĩo.

Saciasti domine familiã tuã muneribus sacris: eius q̃s sẽper interuẽtione nos refoue: cuius solennia celebramus. Per dñm.

Anthonii abbatis. Introitus.

Os iusti meditabit̃ sapientiã et lingua eius loquetur iudiciũ lex dei eius in corde ipsius. Ps Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatẽ. Gloria patri. Collecta.

Deus qui concedis obtẽtu beati anthonii cõfessoris tui morbidũ ignẽ extingui: et mẽbris egris refrigeria prestari: fac nos ꝓpicius ipsius meritis et precibus a gehenne incẽdiis liberari: et ĩtegros mente ⁊ corpore tibi feliciter in gloria ꝓ̃sẽtari. Per dñm. Ep̃la. Benedictio dñi sup caput iusti. Quere supra i vigilia sctĩ andree. ℟. Inueni dauid seruũ meũ oleo sancto meo vnxi eũ manus enĩ mea auxiliabit̃ ei et brachiũ meũ confortabit eũ. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis nõ nocebit ei. Alla. ℣. Disposui testamẽtũ electis meis iuraui dauid seruo meo. Prosa Letabũdus. In coĩ fo. xi. Euãgeliũ. Vos estis sal t̃re. In coĩ fo. vi Offr̃ Desideriũ aĩe eius tribuisti ei et volũtate labiorũ eius nõ fraudasti eũ posuisti i capite eius coronam de lapide precioso. Secreta.

Sacrificiũ nostrũ q̃s dñe benignus intẽde: quo sicut beati anthonii precibus cruciatus tẽporales sanare non desinis:

ita suppliciis erui misericordit me reamur ab eternis. Per dñm. Coio. Fidelis seruus et prudens quē constituit dñs super familiā suā vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcoio.

Prosit nobis ad salutē dñe sacri mūeris oblatio: per quā beati anthonii fulti suffragio/ exēplo ipsi⁹ oīa tela nequissimi ignea extinguētes: sāctorū mereamur ad iungi cōsortio. Per dominū.

Sanctorū geminorū. Introitus.

Salus antē iustorū a dño et protector eorū est in tēpore tribulationis. ps. Noli emulari in malignantibus. neqꝫ zelaueris facientes iniquitatē. Gloria. Nota ꝙ collecte martyrū et prisce dicuntur ad vnū per dñm. Collecta.

Deus qui hodierna die gloriosos martyres speosippū eleosippum et meleosippū proprii sanguinis effusione ad celos eleuasti: da nobis q̄s eorum meritis et precibus adiuuari: et sēpiterna gaudia adipisci. Per do. Epl'a de coi quā volueris. In coi fo. v. R. Ecce ꝙ bonū et ꝙ iocundū habitare fratres in vnū. v. Sicut vnguentū in capite quod descēdit in barbā barbā aaron. Alleluia. v. Sancti tui dñe benedicēt te gloriam regni tui dicent. Euāgeliū. Cū audieritis. In coi fo. vi. Offertoriū. Aia nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū laqueus cōtritus est et nos liberati sumus. Secreta.

Respice domine mūera populi tui sanctorū martyrū tuorꝫ speosippi/ eleosippi/ et meleosippi festiuitate votiua: ꝛ tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutē. Per dñm. Coio. Justorū aīe in manu dei sunt et nō tanget illos tormentū malicie visi sunt oculis insipientiū mori illi autem sunt in pace. Postcoio.

Repleti domine munere celesti martyrū celebritate sanctorū q̄s: vt te sēper in eorū cōmemoratione laudemus: et tuam miam eisdem sēper deprecantibus consequamur. Per dominum.

Prisce virginis. Introitus.

Loquebar de testioniis tuis in cōspectu regū et nō cōfundebar et meditabar in mādatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati imaculati in via: qui ambulāt in lege dñi. Gloria patri. Collecta.

Da q̄s omps deus: vt qui beate prisce martyris tue natalicia colimus: et annua solennitate letemur/ et tante fidei proficiamus exemplo. Per do. Epistola. Qui gloriat. In coi fo. x. R. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. v. Propter veritatē et mansuetudinē et iustitiā et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. v. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternū. Euangeliū. Simile est regnū celorū thesauro. In coi fo. xi. Offertoriū. Offerētur regi virgines post eā proxime eius offerentur tibi.

Hostiam quesumus domine quam in sāctorum tuorū nataliciis recēsentes offerimus: et vincula nostre prauitatis absoluat: et tue nobis misericordie dona conciliet. Per dominum nostrum iesum christum. Secreta. Coio.

Feci iudiciũ et iustitiã dñe non calũniẽ-
tur michi superbi ad omia mandata tua
dirigebar oẽm viã iiquitatis odio habui.

Q Uesumus dñe Postcoĩa.
salutaribus repleti mysteriis
vt cuius solennia celebramus: eius
oratiõibus adiuuemur. Per dñm.

Sanctorum sebastiani et fabia
ni martyrum. Introitus.

I Ntret in cõspectu tuo dñe
gemitus cõpeditorum red-
de vicinis nostris septuplũ
in sinu eorũ vindica sanguinẽ san
ctorum tuorum qui effusus est. ps.
Deus venerunt gentes in hereditatẽ tu-
am polluerunt templũ sanctũ tuũ: posue
rũt hierusalẽ in pomorũ custodiã. Glia.

D Eus qui beatũ se Collecta.
bastianũ martyrẽ tuũ virtute
constantie in passione roborasti: ex
ei⁹ nobis imitatione tribue ꝑ amo
re tuo prospera mundi despicere: et
nulla ei⁹ aduersa formidare. Alia
collecta que cum p̃dicta dicitur ad
vnum Per dominum.

I Nfirmitatẽ nostrã respice oi-
potens deus: et quia pondus
proprie actionis grauat: beati fabi
ani martyris tui atq; pontificis in
tercessio gloriosa nos protegat. P d̃
Epistola Sancti per fidem. In coi
fo. v. R. Gloriosus deus in sanctis mi-
rabilis in maiestate faciens prodigia. V.
Dextera tua domie glorificata est in vir
tute dextera manus tua confregit inimi
cum. A lleluia. V. Sancti tui domine
benedicent te gloriam regni tui dicent.

C Antet chorus ex Prosa.
affectu dulce melos in cõspe-
ctu supernorum ciuiũ. Voci mores
coequẽtur laudes sãctis cũ soluun-
tur in horꝝ obsequium. Thema no
stri cantus plani in laudẽ sebastia-
ni vergit et preconia. Qui lactẽtis
mũdi vani ob amorẽ regis magni
aspernat̃ mollia Nẽpe iesũ insequi
tur illi quoq; obsequitur sed illud
vult latere. Nõ timore passiõis aut
iuris amissionis virtutis sed opere
Christum gerit sub clamide vt ro-
boret quos in fide viderit deficere.
Marcho/et marciliano volentibus
sub ꝓphano iudice mollescere. Mu
lierum blandimẽta trãsitiuaq; tor
menta suadet respuere. Dũ in fide
roborãtur per latera trãsforãtur lã
ceis et vomere. Sic animas christo
reddunt dũ a fide nõ recedunt et vi
uunt per scl'a. Hec interdũ cũ agun-
tur et per sanctũ ꝓferuntur celestia
pabula. Miles christi accersit̃ acces
situs perducit̃ ad dioclecianũ. Qui
furore debachatur quãdo miles xp̃i
fatur fore se christianũ. Ob qd̃ trũ-
co hunc ligari alligatũ sagittari iu
bet a militibus. Martyr dulcis fit i
uictus manẽs victor inter ictus ce-
dũt hostes ictibus. Nocte prima su
scitatur + pristine vite dat̃ angustis
q; ostentatur in horum palatio. Ad
quos martyr ꝯquerit̃ sanguis cur
tãtus fũditur sctõrũq; destruit̃ chri
storũ religio. Rursũ iubẽt hũc liga-
ri et tãdiu fustigari donec videt cõ-
mendari spm̃ in dño. Dũ sic mar-
tyr sagittat̃ celũ sibi reserat̃ et pro
penis p̃miat̃ sẽpiterno gaudio. O
miles sebastiane istius vite propha
ne dirige semitã plane ad celi pala
tia. Tolle pestẽ morbos mortes lu-

bricos estus et fortes et sanctorum fac cōsortes post mūdana pmia. Amē.
Inclitus sebastianus Tractus sub clamide xpianus dietim xpo se dulū exhibebat obsequiū. V. Alias christianorū nō cessabat cōfortare quos ob metū tormentorū agnoscebat trepidare. V. Christū ita predicādo vinctus ad mortē ducit̄ mortē vincens moriendo eterna vita fruitur. V. O martyr o miles xpi vitā quā tu docuisti ostende tuis seruulis disruptis mundi vinculis. Euangelium. Descēdens iesus de mōte stetit in loco cāpestri. In coi fo. vi. Offr. Letamini in dño et exultate iusti et gloriamini omēs recti corde. Secreta.
Accepta sit in cōspectu tuo domine nostra deuotio: et eius nobis fiat supplicatione salutaris pro cui⁹ solēnitate defert. Alia Secre
Hostias tibi dñe bti fabiani martyris tui dicatas meritis benign⁹ assume: et ad ppetuū nobis tribue puenire subsidiū. Per Coio. Multitudo languentiū et qui vexabant a spiritibus imundis veniebant ad eum quia virtus de illo exibat et sanabat oēs.
Sacro munere Postcoio. saciati supplices te dñe deprecamur: vt quod debite seruitutis celebramus officio: intercedēte beato sebastiano martyre tuo saluatiōis tue sentiamus augmentum. Alia
Refecti participa Postcoio. tiōe muneris sacri: quesum⁹ domine deus noster: vt cuius exeq̄mur cultum: sentiamus effectum. Per dominum nostrum iesū christum filium tuum. Agnetis virginis et martyris. Introitus

Me expectauerūt peccatores vt perderēt me testimonia tua dñe intellexi oīs consūmationis vidi finē latū mādatum tuū nimis. Ps. Beati imaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Gloria patri.
Omnipotens sēpiterne deus qui infirma mūdi eligis vt fortia queq̄ cōfundas: cōcede propius: vt qui beate agnetis martyris tue solēnia colimus. eius apud te patrocinia sētiamus. Per dñm. Epla. Qui gloriatur. In coi fo. x. R. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. V. Propter veritatem et mansuetudinē et iustitiam et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. V. Adducētur regi virgines post eam proxime eius offerent tibi in letitia. Euangelium. Simile est regnū celorū decem virginibus. In coi fo. xi. Offertoriū. Offerentur regi virgines post eam pxime eius offerētur tibi in letitia et exultatione adducentur in templum regi dño. Secreta.
Hostias dñe quas tibi offerimus propitius suscipe: et intercedente beata agnete martyre tua: vincula peccatorū nostrorum absolue Per dñm. Coio. Quinq̄ prudētes virgines acceperūt oleū in vasis suis cū lampadibus media autē nocte clamor factus est ecce spōsus venit exite obuiā xpo dño
Refecti cibo po Postcoio. tuq̄ celesti deus noster te supplices exoramus: vt in cuius hec cōmemoratione percepimus: ei⁹ muniamur et precibus. Per dominū nostrum iesum christum filium.
Vincentii martyris. Introitus.

GAudeamus oēs in dño diē
festū celebrantes sub hono=
re vincentii martyris de cu
ius passione gaudent angeli et col=
laudant filiū dei. ps. Dñe in virtute
tua letabitur rex: et super salutare tuum
exultabit vehementer. Collecta.

ADesto q̄s dñe supplicationi
bus nostris: vt qui ex iniqui
tate nr̄a reos nos esse cognoscimus
beati vincentii martyris tui ītercel
sione liberemur. Per dñm. Epl'a.
Beatus vir qui in sapiētia morabi
tur. In coi fo. ii. R. posuisti dñe super
caput eius coronā de lapide precioso. V
Desideriū aīe eius tribuisti ei et volūta=
te labiorū eius nō fraudasti eū. Allelu=
ia. V. Letabitur iustus in dño et sperabit
in eo et laudabūtur omēs recti corde.

PRecelsa secli colit Prosa.
dies omibus fidelibus clara.
Sub honore martyris christi vincē
tii rite dicata. In cuius hodie nata=
le soluimus laudes debitas. In si=
gnis olī fulsisti leuita gemina sub
valerio docens dogmata. Flagrās
amore diuino calcasti lubrica mun
di gaudia fortis athleta. Tēpsisti
seua penarum genera resisti sereno
corde plurima. Vincla verbera fu=
rias faculas c athenas vngulas ac
craticula. Carcer teter nil terruit
aut vlla tortoris crudelitas nec tor=
rida ferri machina. Flāmas testu=
larū aspera fragmina vltro subisti
īpauidus teterrima trusus palea.
Septus cuneis mox sydereis hym=
nigabas mystica letus carmia. So
nant organa premirifica modula=
tis vocibus cōcrepantia. Victis vi=
ctor hostibus victorem cernebas co
minus angelorū psallebas caterua
voce tinula. Eya miles īuicte posi
ta caduca sarcina arce poli florida
nec terris noster collega. Post tor=
mētorū supplicia. Feliciter peracta
atqꝫ deuicta penetrasti celi sydera.
Stola laureatus pspicua agnū se=
quens fulgida inter lilia agonista
iā tripudias. Jāiā sctā aīa fūde pia
precamina pro nostro fedo facino=
re prece sedula. Foue o martyr ime
ritos famulos tuos noxā pellens et
cōmoda prebēs omia coeterna vna
tecū in gloria iocūdemus cantātes
Alleluia. Euāgeliū. Si quis ve=
nit ad me. In coi fo. iii. Offertoriū.
Gloria et honore coronasti eū et constitu
isti eū super opera manuū tuarū domine

MVnerib⁹ nostris Secreta.
q̄s dñe precibusqꝫ susceptis: ꝛ
celestibus nos munda mysteriis: et
clemēter exaudi. Per dñm. Coio.
Qui vult venire post me abneget semetip
sū et tollat crucē suam et sequatur me.

QVesumus oṗs de⁹ Postcō.
vt qui celestia alimēta perce=
pimus: intercedēte beato vincentio
martyre tuo: per hec cōtra omia ad
uersa muniamur. Per dñm. In
cōuersione sācti pauli. Introitus

SCio cui credidi et certus sū
q̇a potens est depositū me=
um seruare in illū diē iust⁹
iudex. ps. Dñe probasti me et cognoui=
sti me: tu cognouisti sessionē meam et re=
surrectionē meam. Collecta.

DEus qui vniuersū mundū be
ati pauli apostoli tui predica=
tiōe docuisti: da nobis q̄s: vt q̇ eius

hodie conuersionem colimus: per eius ad te exẽpla gradiamur. Alia collecta preiecti martyris que cũ p̄dicta dicitur ad vnum. Per dñm.

Martyris tui preiecti nos q̄sumus dñe interuẽtio gloriosa cõmẽdet: vt que nostris actibus nõ meremur: eius p̄cibus ꝯsequamur p dñm. Lectio actuũ aplor. ix.c

In dieb9 illis. Saulus adhuc spirans minarũ et cedis in discipulos dñi: accessit ad principem sacerdotum: et petiit ab eo eplas in damascũ ad synagogas: vt si quos inuenisset huius vie viros ac mulieres: vinctos perduceret in hierusalẽ Et cũ iter faceret: cõtigit vt appropinquaret damasco. Et subito circũfulsit eũ lux de celo: ⁊ cadẽs in terrã: audiuit vocẽ dicentẽ sibi. Saule saule q̄d me persequeris. Qui dixit Quis es dñe. Et ille. Ego sũ iesus nazarenus quẽ tu persequeris. Durũ est tibi cõtra stimulũ calcitrare. Et tremens ac stupens dixit. Dñe: quid me vis facere. Et dñs ad eum Surge et igredere ciuitatẽ: et ibi dicetur tibi q̄d te oporteat facere. Viri autẽ illi q̄ comitabãtur cũ eo stabant stupefacti: audiẽtes quidẽ vocẽ: neminẽ autẽ videntes. Surrexit autẽ saulus de terra: apertisq; oculis nichil videbat. Ad manus autẽ illũ trahẽtes: itroduxerũt damascũ. Et erat ibi trib9 diebus nõ vidẽs: et nõ mãducauit neq; bibit. Erat aũt ibi q̄dã discipulus damasci: noie ananias. Et dixit ad illũ in visu dñs. Anania. At ille ait. Ecce ego dñe. Et dñs ad eũ. Surge et vade in vicũ q̄ vocat̃ rectus: et quere in domo iude saulũ noie tharsensẽ. Ecce eni orat. Et vidit virũ ananiã noie introeuntẽ et iponẽtem sibi manus: vt visũ recipiat. Respõdit autẽ ananias. Dñe audiui a multis de viro hoc/ quãta mala fecerit scis tuis in hirl'm. Et hic habet ptãtẽ a principibus sacerdotũ: alligãdi oẽs qui inuocant nomẽ tuũ. Dixit autẽ ad eum dñs. Vade: qm̄ vas electionis est michi iste: vt portet nomẽ meũ corã gẽtibus/ et regib9 / et filiis israel. Ego eni ostendã illi: quanta oporteat eũ pro noie meo pati. Et abiit ananias et introiuit in domũ: et iponens ei man9 dixit Saule frater dñs misit me iesus: q̄ apparuit tibi in via qua veniebas vt videas: et iplearis spũ sãcto. Et cõfestim ceciderũt ab oculis eius tanq̄ squame: et visũ recepit. Et surgẽs baptizatus est. Et cũ accepisset cibũ: cõfortatus est. Fuit autẽ cũ discipulis q̄ erãt damasci p dies aliquot. Et ꝯtinuo igressus paulus i synagogas: p̄dicabat iesũ qm̄ hic est filius dei. Stupebãt aũt oẽs qui eũ audiebant: ⁊ dicebãt. Nõne hic est qui expugnabat i hierusalẽ eos qui inuocabãt nomen istud. Et huc ad hoc venit: vt victos illos duceret in hirl'm: ad principes sacerdotũ. Saulus aũt multomagis cõualescebat et cõfũdebat iudeos qui habitabãt damasci: affirmans qm̄ hic est xp̄s. ℟. Qui operatus est petro i apostolatũ operatus est et michi inter gẽtes et cognouerũt gratiã dei que data est michi. ℣. Gratia dei in me vacua nõ fuit sed gratia eius sẽp in me manet. Alle

luia. ℣. Magnus sanctus paulus vas electionis vere digne est glorificandus.

Prosa. Veneremur regem regū cū solenni gaudio. Qui sic cōuertit hostes vt gratos reddat sibi reconciliatos pctōres. Quod in beatissimo dat perspici paulo qui mūdo mortuis viuit deo. Hic prius nimia crudelitate sua ministros christi vinctis ob gloriā premēs sue gētis. Vocatus a deo et prouectus ab eo quē spreuerat nunc adorat plus cūctis ap̄lis laborat. Cedēdū se prebet plagis pressurisq; multis in oī verbo dei celebris. Scimus illū sic vixisse qui post ea rome fact⁹ est petri consors corone. Amen.

Tractus si in septuagesima euenit.

Tu es vas electionis sancte paule apostole vere digne es glorificandus. ℣. Predicator veritatis et doctor gētiū in fide et veritate. ℣. Per te oēs gētes cognouerūt gratiam dei. ℣. Intercede pro nobis ad dn̄m qui te elegit.

Secundum Matheum. xix.

In illo tēpore. Dixit symon petrus ad iesū. Ecce nos reliquimus omia: et secuti sum⁹ te. Quid ergo erit nobis? Jesus autē dixit illis. Amen dico vobis: q vos qui secuti estis me in regeneratione cū sederit filius hoīs in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim: iudicātes duodeci tribus israel. Et oīs qui reliquerit domum vel fratres/aut sorores/aut patrem aut matrē/aut vxorē/aut filios aut agros ppter nomē meū: centuplū accipiet: et vitā eternam possidebit. *Offr.* Michi autē nimis honorati sunt amici tui deus nimis cōfortatus est principatus eorum. *Secreta.*

Apostoli tui pauli pcibus domine plebis tue dona sāctifica: vt que tuo grata sunt instituto: gratiora fiant patrocinio supplicātis. *Alia Secreta.*

Suscipe dn̄e ppitius orationē nostrā cū oblationibus hostiarū super ipositis: et martyris tui preiecti deprecatione pietati tue pfice benignus acceptas: et illa que in eo flagrant forti dilectiōe in nobis aspira benignus. Per dn̄m. *Coio.*

Amē dico vobis q vos qui reliquistis oīa et secuti estis me centuplū accipietis et vitam eternam possidebitis. *Postcoio.*

Sanctificati dn̄e salutari mysterio: q̄s vt eius nobis pficiat oratio cui⁹ donasti nos patrocinio gubernari. *Alia Postcoio.*

Votiua dn̄e pro beati martyris tui preiecti passione dona percepimus: q̄s vt eius pcibus et psētis vite nobis pariter et eterne tribuas conferre subsidium. Per do.

Agnetis secundo. Introitus.

Vultū tuū deprecabūtur oēs diuites plebis adducētur regi virgines post eam proxime eius adducētur tibi in letitia et exultatione. *Ps.* Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Gloria patri et filio. *Collecta.*

Deus qui nos annua btē agnetis martyris tue solēnitate letificas: da quesumus: vt quam veneramur officio: etiam pie conuersationis sequamur exemplo. Per dominum nostrum iesum christū.

Epistola. Sapiētia vincit maliciā
In coi fo. x. R. Specie tua et pulchritu
dine tua intende prospere procede et re-
gna. V. Propter veritatē et mansuetudi-
nē et iustitiā et deducet te mirabiliter de
xtera tua. Alla. V. Diffusa est gratia ī
labiis tuis propterea benedixit te deus ī
eternū. Euāgeliū. Simile est regnū
celorū decē virginibus. In coi fo. xi.
Offertoriū. Filie regū in honore tuo
astitit regina a dextris tuis in vestitu de-
aurato circūdata varietate. Secreta.
Super has quesumus dn̄e ho
stias benedictio copiosa de-
scendat: que et sanctificationē no-
bis clemēter operetur: et de marty-
rum nos solennitate letificet. Per.
Coio. Simile est regnū celorū homini
negociatori querenti bonas margaritas
inuenta vna preciosa margarita dedit
oia sua et cōparauit eam. Postcoio.
Sumpsimus domine celebri-
tatis annue votiua sacramē
ta: presta quesumus: vt et tempora
lis nobis vite remedia prebeant et
eterne. Per dominum. Racho-
nis episcopi et cōfessoris eduen̄. In
troitus et cetera omnino vt supra.
in alio festo et cū Prosa. Adest nan
q̧ dies. In purificatione beate
marie virginis ante missam. Be-
dictio candelarum. Et primo cele-
braturus missam. Indutꝰ amictu.
Alba stola: manipulo et capa si fu-
erit: cantet voce mediocri. Adiuto-
rium nostrum in nomine domini
Respondeat clerus. Qui fecit ce-
lū et terrā. Sacerdos. Sit nomen
domini benedictum. Clerus. Ex
hoc nunc et vsq̧ in seculum. Sacer
dos. Oremus. Oratio.
Adesto domine supplicatio-
nibus nostris: et has cande-
las tua benedictione perfunde qua
tenus fidelis populus eas in mani
bus portans nō solum exteriore lu-
mine gaudeat: sed cecitate cordis
repulsa: sic lumen quod in tenebris
lucet apprehendat: vt nequaq̄ a via
veritatis oberret. Per dominū no-
strum iesum christum filiū tuum.
qui tecum viuit et regnat in vnita
te spiritus sancti deus. Hic
cantet prefationem sequentem. In
tonando eam a tono quo dimittit:
sancti deus.



Vere dignum et iustum est
equũ et salutare. Nos tibi sẽper et
vbiqȝ gratias agere. Domine san
cte pater omps eterne deus. Fons
et origo totius luminis qui mũdũ
illustrasti lumĩe tue claritatis mit
tendo nobis vnigenitũ per inteme
rate virginis vterũ. Et quem lon-
ge ante promisisti prophetarum
oraculis et temporibus nouissi-
mis ipsum misisti lucem populis
sedentibus in tenebris: et ambu
lantibus in regione vmbre mor
tis in ipso claritas exorta est eis
Tu quoqȝ benedictione tua
digneris bene ✠ dicere has cã
delas tuo nomini pparatas
qui nos transtulisti de potes-
tate tenebrarum in lu-
cem et regnum dilecti fi-

lii tui per quē exortum est in te-
nebris lumen rectis corde et gaudi
um salutis eterne. Et qui iustū
symeonem fideli expectatione re-
plesti vt non prius videret mortem
anteꝙ christum dñi videret indutū
carne totius mundi lumen et salu-
tare: ipse nos lumine tue claritatis
sic repleas: vt omnes infidelitatis
tenebras a nobis repellas. Et t si-

cut hodie seruū tuū dimisisti in pa-
ce sic nos in pace sācte eccl'e digne
ris gubernare: vt portū quietis eter
ne valeam⁹ intrare. Quatenus ra
diis vere lucis pfusi ibi in die iusti
examinis cū hymnidicis angeloꝝ
choris valeamus videre faciē inde-
fessi solis eiusd dñi nři iesu xpi q̄ te
cū viuit et regnat i vnitate spūs sā
cti. p oia secula seculoꝝ. Amē Oro

Domine deus pater omnipotens lumen indeficiens qui es conditor omnium luminum bene ✠ dic hoc lumen tuis fidelibus in honore tui nominis portandum a te sanctificatum atque bene ✠ dictum: et ut lumine tue claritatis accendamur et illuminemur propicius concedere digneris: et veluti eodem igne quo quondam illuminasti moysen famulum tuum ita illumines corda nostra et sensus nostros: ut ad visionem eterne claritatis pervenire valeamus. Per dominum. Dum illuminantur cerei dicatur an. Lumen ad revelationem gentium et gloriam plebis tue israel. ps. Nunc dimittis servum tuum domine: secundum verbum tuum in pace an. Lumen. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. an. Lumen. Quod parasti ante faciem omnium populorum. an. Lumen. Gloria patri et filio et spiritui sancto. an. Lumen. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen. an. Lumen. Oro.

Omnipotens sempiterne deus qui hodierna die unigenitum tuum ulnis sancti symeonis in templo sancto tuo suscipiendum presentasti: te suppliciter exoramus ut hos cereos tuos vel candelas: quos nos fideles tui: omni magnificentia gestare cupimus luce accensos bene ✠ dicere et sanctificare atque lumine superne benedictionis accendere digneris: quatinus tibi domino deo nostro offerendo digni in templo sancto glorie tue representari mereamur. Per eundem. Alia Oro.

Erudi quesumus domine plebem tuam: et que extrinsecus annua tribuis devotione venerari: interius assequi gratie tue luce concede. Alia Oro.

Perfice in nobis domine quesumus gratiam tuam: qui iusti symeonis expectationem implesti: ut sicut mortem non videret prius quam xpm dominum videre mereretur in carne: ita et nos vitam obtineamus eternam. Per eundem. Ad missam Introitus.

Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui secundum nomen tuum deus ita et laus tua in fines terre iustitia plena est dextera tua. ps. Magnus dominus et laudabilis nimis: in civitate dei nostri in monte sancto eius. Collecta.

Omnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus ut sicut unigenitus filius tuus hodierna die cum nostre carnis substantia in templo est presentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. Per eundem. Lectio Malachie prophete. iii. c.

Hec dicit dominus. Ecce ego mittam angelum meum: et preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis: et angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit: dicit dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem adventus eius: Et quis stabit ad videndum eum: Ipse enim quasi ignis conflans: et quasi herba fullonum. Et sedebit conflans et emundans argentum: et purgabit filios levi. Et colabit eos quasi aurum et quasi argentum: et erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium iuda et hierusalem: sicut dies seculi: et sicut anni antiqui. Dicit dominus: omnipotens. R. Suscepimus deus misericordiam tuam in

medio templi tui secundū nomē tuū domine ita et laus tua in fines terre. ℣. Sicut audiuimus ita et vidimus in ciuitate dei nostri in monte sācto eius. Alleluia. ℣. Hodie oblatus est in templo virginis filius cuius diuinitatē omnis non capit orbis. Prosa.

Cesaris vocib⁹ inclita cane turma sacra melodimata. Voci mēs bene cōscia sonāt verbis pneuma concordia. Diuina robusta tetra corda plectro manus perire feriat. Resultet virtutum pia lira deo nūc dragmata dulcissona. Est armonia hec diuina virtutū sonore liquidissima Mista castitas est quas intra hoiem cōiungens deo federa. Huius vite cōsistoria immutabilia Que mater es iuiolata virgoq̄ puerpera. Idcirco tua deū fuere digna ferre viscera. Que nō celica neq̄ terrea cūcta claudunt spacia. Virginū o regina te canim⁹ maria per quā fulsere clara mūdi lumina. Tu salus orbis alma tu celi porta facta p te seculi vita omnis dedita. Celicis terrea tu iungis diuinis humana. Paradisiaca per te nobis patet ianua. Adesto famulis piissima influa iam suspendēs prece pericula. Audi fidelia precamina īpetratam deferens celitus veniam. Et quiete nobis temporū inclita. Hac in vita nostra dirige opa. Post funera vranica nos duc ad habitacula. Quo letemur oēs vna tecū p cūcta scla. Et clamēt nūc oīgena Amē redēpta

Diffusa est gratia in labiis tuis ppterea benedixit te deus in eternū. Tractus ℣. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. ℣. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere pcede et regna. ℣. Propter veritatē et mansuetudinē et iustitiam et deducet te mirabiliter dextera tua. Scdm lucā ii

In illo tēpore. Postq̄ ipleti sūt dies purgationis marie scdm legē moysi: tulerūt iesū in hierusalem vt sisterent eū dn̄o: sicut scriptū est in lege dn̄i. Quia oē masculinū adaperiens vuluā / sāctum dn̄o vocabitur. Et vt darent hostiam secundū q̄ dictum est in lege dn̄i: par turturū / aut duos pullos columbarū. Et ecce homo erat in hierusalē: cui nomē symeon. Et homo iste iustus et timoratus expectans consolationē israel: et spiritus sctūs erat in eo. Et responsū acceperat a spiritu sācto non visurū se mortem: nisi prius videret xp̄m dn̄i. Et venit in spū in templū. Et cū inducerent puerū iesū parentes eius vt facerēt scdm cōsuetudinē legis pro eo: et ipse accepit eū in vlnas suas: et bn̄dixit deū et dixit. Nūc dimittis seruū tuū dn̄e: scdm verbū tuum in pace. Qr viderūt oculi mei: salutare tuū Qd̄ parasti ante faciē oīm populorū. Lumen ad reuelationē gentiū: et gloriā plebis tue isrl̄. Credo. Offr. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea bn̄dixit te deus in eternū et in seculū scli. Secre.

Exaudi dn̄e pces nr̄as: et vt digna sint mūera q̄ oculis tue maiestatis offerimus: subsidiū nobis tue pietatis īpende. P. Prefatio. Qr p icarnati. Coīo Responsū accepit symeon a spū scō nō visurū se mortē nisi videret xp̄m dn̄i. Postcō.

QUesumus domine deus noster: vt sacrosancta mysteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: intercedente beata semper virgine maria et presẽs nobis remedium esse facias et futurũ Per dñm. **Sancti blasii episcopi et martyris. Collecta.**

OMnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus: vt qui huius diei gloriosissimi martyris tui blasii atq; põtificis solennitatem tribuisti celebrare: fac nos quesumus eius precibus adiuuari/et per intercessionem eius ab omni periculo liberari. Per dominũ nostrũ iesũ xp̃m. **Secreta.**

OMnipotens sempiterne deus qui meritis sãcti blasii sacerdotis et martyris tui semper es vbiq; mirabilis: quesumus clementiã tuam: vt sicut ei eminentem gloriã contulisti: sic ad consequẽdam misericordiam eius nos facias adiuuari. Per dominum. **Postcoio.**

QUesumus omnipotens deus vt qui celestia alimenta percepimus: intercedente beato blasio martyre tuo atq; pontifice/ꝑ hec cõtra omnia aduersa muniamur. ꝑ.

Agathe virginis et mar. Introitus

GAudeamus omnes in dño diem festũ celebrantes sub honore agathe virginis de cuiꝰ passione gaudent angeli et collaudant filium dei. **Ps.** Eructauit cor meũ verbũ bonum: dico ego opera mea regi. **Collecta.**

DEus qui inter cetera potentie tue miracula: etiã in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propicius: vt cuius natalicia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. P dñm. **Epistola.** Qui gloriatur. **In coi fo. xi. R.** Adiuuabit eã deus vultu suo deus in medio eius nõ cõmouebitur. **V.** Fluminis impetus letificat ciuitatem dei sanctificauit tabernaculum suũ altissimus. **Alleluia V.** Adducentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi in letitia.

In septuagesima. Tractus.

QUi seminãt in lachrymis in gaudio metẽt. **V.** Euntes ibãt et flebant mittentes semina sua. **V.** Veniẽtes autem venient cum exultatione portãtes manipulos suos. **Euãgelium.** Simile est regnum celorum decem virginibus. **In coi fo. xi. Offertoriũ.** Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi in letitia et exultatione adducẽtur in tẽplũ regi dño. **Secre.**

SUscipe domine munera que ĩ beate agathe martyris tue solennitate deferimus: cuius nos scimus patrocinio liberari. Per dñm **Coio.** Qui me dignatus est ab omi plaga curare et mãmillam meã meo pectori restituere ipsũ inuoco deum viuum.

Postcoio.

AUxilientur nobis dñe sumpta mysteria: et intercedente beata agatha martyre tua: sempiterna protectione confirment. Per dñm. **Apollonie virginis et martyris. Collecta.**

EErne ac fortissime deus: qui ad toleranda pro tui nominis gloria carnis tormenta/spiritu fortitudinis: electos tuos roborare nõ desisti: tribue q̃s: vt q beate appollo

nie virginis et martyris tue: quam excussis pro tui nominis confessione dentibus acerbissima morte triumphare fecisti/ memoriã facimus precibus eius et meritis a dolore dentium: et ab omni periculo anime et corporis ptegi ac eripi mereamur. Per dominum. Secreta.

Accipe dñe munera que in beate virginis tue appollonie solẽnitate deferimus: cuius nos scimus patrocinio liberari. Per dñm

Hec in nobis dñe postcõio. qsumus gratia tua sẽper exerceat: et diuinis istauret corda nostra mysteriis: et sãcte virginis tue appollonie cõmemoratione letificet. Per.

Zotici herenei et iacincti martyrum. Collecta.

Domine deus noster multiplica super nos gratiam tuam: et quorum celebramus gloriosa certamina: tribue subsequi in sancta pfessione letitiam. P do. Secreta.

Suscipe quesumus dñe mũera populi tui pro martyrum festiuitate sanctorũ: et sincero nos corde fac eorum natalicijs interesse.

Sacramenti tui postcõio. dñe quesumus sũpta benedictio corpora nostra mentesq; sanctificet: et ppetue misericordie nos preparet ascribendos. Per dñm.

Scolastice virginis. Collecta.

Deus qui beate vginis tue scolastice animã ad ostendẽdam innocentie viam in columbe specie celum penetrare fecisti: concede nobis ipsius meritis innocenter viuere: vt ad eadem gaudia mereamur peruenire. Per. Secreta.

Suscipe quesumus dñe ad honorem sacre virginis tue scolastice munus oblatũ: et quod nostris assequi meritis non valemus eiusdẽ suffragantibus meritis largire propicius. P. Postcõio.

Quos celesti domine refectione saciasti: beate quesumus scolastice virginis tue meritis a cũctis exue propiciatus aduersis. P d.

Sãcte sotheris martyris Collecta.

Presta quesumus omps deus vt sãcte sotheris martyris cuius humilitatis exordia celebram⁹ beneficia sentiamus. P Secreta.

Preces nostras quesumus domine ppitius admitte: et dicatum tibi sacrificium beata sotheris martyr cõmendet. P Postcõio.

Sancte sotheris precibus cõfidentes qs dñe: vt per ea que sũpsimus: eterna remedia cõsequamur. Per dominum.

Valentini martyris. Introitus.

In vtute tua dñe letabitur iustus et super salutare tuum exultabit vehementer desiderium anime eius tribuisti ei Ps. Quoniam preuenisti eum in benedictiõibus dulcedinis posuisti i capite eius coronam de lapide precioso. Gloria pa.

Presta quesumus Collecta omps deus: vt qui beati valẽtini martyris tui natalicia colim⁹: a cunctis malis iminentibus/ eius itercessione liberemur. P Eodẽ die vitalis felicule et zenonis. Collectã

Tuorum nos dñe quesumus precibus tuere sanctorum vt

festa martyrū tuorū vitalis felicu-le et zenonis sine cessatione venerātes: et fideli muniamur auxilio: et magnifico proficiamus exemplo. Per dn̄m. Epl'a. Justorū aīe. In coī fo. v. ℟. Beatus vir qui timet dn̄m in mandatis eius cupit nimis. ℣ Potens in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur. Tractus.

Desideriū anime eius tribuisti ei et volūtate labiorū eius nō fraudasti eū. ℣. Quoniam preuenisti eū in benedictione dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. Euāgel' Ponite in cordibus vr̄is nō preme ditari. In coī fo. vi. Offertoriū. In virtute tua dn̄e letabitur iustus et super salutare tuū exultabit vehemēter deside riū anime eius tribuisti ei. Secreta.

Oblatis q̄s dn̄e placare muneribus: et intercedēte beato valentino martyre tuo: a cunctis nos defende periculis. Alia Secreta.

Ad martyrū tuorū vitalis felicule et zenonis dn̄e festa venientes cū muneribus nomini tuo dicatis occurrimus: vt illis reuerētiā deferentes: nobis veniam īpetremus. Per dn̄m. Coio. Posuisti dn̄e in capite eius coronā de lapide precioso.

Sit nobis dn̄e re Postcoio. paratio mentis et corporis celeste mysteriū: vt cuius exequimur actionē: sētiamus effectum. Alia

Protege dn̄e ple Postcoio. bem tuā: et festiuitatē martyrum tuorū vitalis felicule et zenonis: quam nobis tradis assidue debitam tibi persolui/ precibus sāctorum concede. Per dominum.

Juliane virginis. Collecta.

Omnipotens sēpiterne deus q̄ infirma mūdi eligis vt fortia queqꝫ cōfundas: da nobis in festiuitate martyris tue iuliane congrua deuotione gaudere: vt et potētiam tuam in eius passiōe laudemus: et promissū nobis percipiamus auxilium. Per dn̄m. Secreta.

In sancte martyris tue iuliane passione preciosa te dn̄e mirabilem predicantes: munera votiua offerimus: presta q̄s: vt sicut ei' grata sunt tibi merita sic nostre seruitutis accepta reddātur officia. P

Libantes dn̄e mēse Postcō tue munera beata q̄s vt sancte iuliane martyris tue intercessionibus: et presentē nobis miam conferat/ et eternā. Per dn̄m

In cathedra scti̅ petri apl'i. Introit'

Statuit ei dn̄s testamentū pacis et principē fecit eū vt sit illi sacerdotii dignitas ī eternū. Ps. Misericordias dn̄i: in eternū cantabo. Gloria. Collecta.

Deus qui beato petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis ānimas ligandi atqꝫ soluendi pontificiū tradidisti/ cōcede vt intercessionis eius auxilio/ a peccatorū nostrorū nexibus liberemur. P.

Lectio ep'le bti̅ petri apostoli. i. c.

Petrus apostolus iesu xp̄i/ electis aduenis dispersionis pōti galatie/ capadocie/ asie/ et bithynie: secūdum prescientiā dei patris in sāctificationē sp̄us/ in obedientiam et aspersionem sāguinis iesu xp̄i gratia vobis et pax multiplicetur.

Benedictus deus ꝛ pater dñi nr̃i ie
su xp̃i qui scdm miam suã magnã
regenerauit nos in spem viuã: per
resurrectionẽ iesu xp̃i ex mortuis ĩ
hereditatẽ incorruptibilẽ: et incõta-
minatã / et ĩmarcessibilẽ cõseruatã
in celis ĩ vobis / q̃ ĩ virtute dei custo
dimini per fidẽ in salutẽ paratam
reuelari ĩ tẽpore nouissimo. In quo
exultabitis modicũ nunc si oportet
contristari in variis tentationibus
vt pbatio vr̃e fidei multo p̃ciosior
sit auro qd̃ p ignem pbatur: inue-
niatur in laudẽ ꝛ gl̃iãm et honorẽ ĩ
reuelatione ihũ xp̃i. dñi nostri. ℟.
Exaltẽt eũ ĩ ecclia plebis et ĩ cathedra se
niorũ laudent eũ. ℣. Confiteãtur domio
misericordie eius et mirabilia eius filiis
hominum. **Tractus.**

Tu es petrus et sup hanc petram
edificabo ecclesiã meã. ℣. Et por
te inferi nõ preualebũt aduersus eã et ti-
bi dabo claues regni celorũ. ℣. Et quod-
cũq3 ligaueris super terrã erit ligatũ et ĩ
celis. ℣. Et quodcũq3 solueris sup terrã
erit solutũ et in celis. **S. matheũ.** xvi:

In illo tẽpore. Uenit iesus in
partes cesaree philippi: et in-
terrogabat discipulos suos dicens.
Quẽ dicũt hoĩes esse filiũ hominis
At illi dixerunt. Alii iohannẽ bapti
stã: alii autẽ helyã / alii vero hieremi
am / aut vnũ ex prophetis. Dicit il-
lis iesus. Uos autẽ quẽ me esse dici-
tis: Respõdens simon petrus dixit.
Tu es xp̃s filius dei viui. Respõdẽs
autẽ iesus dixit ei. Beatus es simõ
bariona: q̃a caro et sãguis nõ reue-
lauit tibi: sed pater meus qui est in
celis. Et ego dico tibi q̃a tu es petrꝰ
et super hãc petrã edificabo ecclesi-
am meã. Et porte inferi nõ preua-
lebunt aduersus eã: et tibi dabo cla
ues regni celorũ. Et quodcũq3 liga-
ueris sup terrã: erit ligatũ et ĩ celis.
Et quodcũq3 solueris sup terram:
erit solutũ et in celis. **Offer.** Ueritas
mea et misericordia mea cum ipso et in
noĩe meo exaltabitur cornu eius. **Secre**

Ecclesie tue q̃s dñe preces ꝛ ho
stias beati petri apl̃i cõmẽdet
oratio: vt quod pro illius gloria ce-
lebramus: nobis prosit ad veniã. P
Coĩo. Tu es petrus et sup hanc petram
edificabo ecclesiam meam. **Postcoĩo.**

Letificet nos dñe munus ob-
latũ: vt sicut in apostolo tuo
petro te mirabilẽ predicamus: sic p
illũ tue sumamus ĩdulgentie largi
tatẽ. Per dñm nostrum

Mathie apostoli. Introitus.

Mihi autem nimis honorati
sunt amici tui deus nimis
cõfortatus est principatus
eorũ. **Ps.** Dñe probasti me et cognouisti
me tu cognouisti sessionẽ meam et resur-
rectionẽ meam. Gloria. **Collecta**

Deus qui beatũ mathiã apl̃o-
rũ tuorũ collegio sociasti: tri-
bue q̃s: vt eius ĩtercessiõe circa nos
tue pietatis sẽper viscera sẽtiamus
Per. **Epistola de coĩ fo. i. vel sequẽs**
Lectio actuũ apostolorũ. i. c.

In diebus illis. Exurgẽs petrꝰ
ĩ medio fratrũ: dixit. Erat au-
tẽ turba hoĩm simul: fere centũ vi-
giti. Uiri fratres oportet ĩpleri scri-
pturã quã predixit sp̃ũsctũs per os
dauid: de iuda qui fuit dux eorũ: qui
cõprehenderũt iesũ: qui cõnumera-

tus erat in nobis: et sortitus est sor-
tẽ misterii huius. Et hic quidẽ posse
dit agrũ de mercede iniquitatis: et
suspẽsus crepuit medius: et diffusa
sũt oĩa viscera eius. Et notũ factũ
est oĩbus habitãtibus hierusalẽ: ita
vt appellaret ager ille lingua eorũ
acheldemach: hoc est ager sãguinis
Scriptũ est in libro psalmorũ: Fi-
at cõmoratio eorũ deserta: et nõ sit
qui ĩhabitet in ea: et episcopatũ ei9
accipiat alter. Oportet ergo ex hiis
viris qui nobiscũ sũt cõgregati: in
omĩ tẽpore quo ĩtrauit et exiuit in-
ter nos dñs iesus: incipiẽs a baptis
mate iohãnis / vsq3 in diẽ qua assũ-
ptus est a nobis / testẽ resurrectiõis
eius nobiscũ fieri vnum ex istis. Et
statuerũt duos: ioseph qui vocabat
barsabas / qui cognoĩatus est iust9:
et mathiã. Et orãtes dixerunt. Tu
dñe qui corda nosti oĩm: ostẽde quẽ
elegeris ex his duobus vnũ accipere
locũ ministerii huius / et apostolat9
de quo p̃uaricatus est iudas: vt ab-
iret in locũ suũ. Et dederunt sortes
eis. Et cecidit sors sup mathiã: et an
numeratus est: cũ vndecim aposto-
lis. R. Nimis honorati sũt amici tui de
us nimis cõfortatus est principatus eorũ
V. Dinumerabo eos et super arenã mul
tiplicabũtur. Tractus. Desideriũ. vts
in officio valẽtini. Euangeliũ. Nõ
volueris. In coĩ fo. i. et ii. Offerto.
In oẽm terrã exiuit sonus eorũ et ĩ fines
orbis terre verba eorum. Secreta.

DEus qui pditoris apostate ru
inã ne apostolorũ tuorũ sacra
tus numerus pfectione careret bea
ti mathie electione supplesti: presẽ-
tia munera sctifica / et p ea nos gra
tie tue virtute cõfirma. P do. Coio
Ego vos elegi de mũdo vt eatis et fructũ
afferatis et fruct9 vester maneat. Postcõ

PResta q̃s omps et misericors
deus: vt p hec sãcta que sũpsi
mus: ĩtercedente beato mathia apo
stolo tuo veniã cõsequamur et pa-
cẽ. P. Albini epi et cõfes. Introitus.

STatuit ei dñs testamentũ
pacis et principẽ fecit eũ vt
sit illi sacerdotii dignitas ĩ
eternũ. Ps. Mias dñi ĩ eternũ cãtabo. Gla

DEus q̃ es glia ꝯfesso Collctã
rũ splẽdorq3 sctãrũ aĩarũ vota
nostra placatus suscipe: et beati cõ-
fessoris tui atq3 põtificis albini me
ritis ab omĩ perturbatione fac nos
manere illesos: atq3 ad eternã vitã
peruenire securos. Per. Epla. Ecce
sacerdos. In coĩ fo. vii. R. Ecce sacer-
dos magnus q̃ in diebus suis placuit deo
V. Nõ est inuẽtus similis illi qui cõserua
ret legẽ excelsi. Tract9. Desideriũ. vts.
in festo scti valẽtini. Euãgeliũ. Hõ
quidã peregre. In coĩ fo. viii. Offr.
Veritas mea et mĩa mea cum ipso et in
noĩe meo exaltabit cornu eius. Secreta

ANte cõspectũ diuine maiesta
tis tue dñe hoc diuinũ mu-
nus supplices offerim9: p cõmemo
ratione beati cõfessoris tui atq3 põ-
tificis albini: vt sicut de eius gloria
hodierna die pari deuotõe letamur
ita illius depcatione cũ sctis oĩbus
in eterna beatitudine gaudere me-
reamur. Per dominum. Coio.
Beatus ille seruus quem cũ venerit dñs
inuenerit vigilãtẽ amen dico vobis super
oĩa bona sua constituet cum. Postcoio.

Sumpta sacra mysteria qs domine deus noster ppicius in nobis cõseruare digneris: et intercedēte beato albino cõfessore tuo atq; põtifice angelicis turmis ad celi sydera mereamur vehi: et pulcra perpetue penetrare limina vite. Per d

perpetue et felicitatis. Collecta.

Da nobis qs dñe deus noster sanctarũ martyrũ tuarũ perpetue et felicitatis palmas incessabili deuotiõe venerari: vt quas digna mēte non possumus celebrare: humilibus saltē frequētemus obseqis. p d

Intēde dñe mune Secreta. ra qs altaribus tuis pro sanctarũ tuarũ felicitatis et ppetue cõmemoratione proposita: vt sicut p hec mysteria illis gloriam cõtulisti: ita nobis indulgentiã earũ interuentu largiaris. Per dñm. Postcõio.

Presta nobis dñe qs intercedētibus sanctis martyribus tuis felicitate et perpetua: vt que ore cõtingimus: pura mēte capiamus. p

Gregorii pape. Introitus.

Os iusti meditabitur sapiētiã et lingua eius loquetur iudiciũ lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatē. Gloria patri. Collecta.

Deus qui aĩme famuli tui gregorii eterne beatitudinis premia cõtulisti: concede propitius: vt qui peccatorum nostrorum põdere premimur: eius apud te precibus subleuemur. Per dominum nrm.

Epistola. Ecce sacerdos magnus. In coi fo. viii. R. Jurauit dñs et non penitebit eũ tu es sacerdos in eternũ scdm ordinem melchisedech. V. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Tractus. Desideriũ aie. vt supra in festo sancti valentini. Euãgeliũ. Sint lũbi vestri precincti. In coi fo. viii. Offer. Veritas mea et mia mea cũ ipso et in nomie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Annue nobis dñe qs vt intercedēte beato gregorio hec nobis prosit oblatio: quã imolãdo totius mũdi tribuisti relaxari delicta Per dñm. Coio. Fidelis seruus et prudens quē cõstituit dñs sup familiã suã vt det illis in tēpore tritici mēsurã. Postcõ

Deus qui beatũ gregoriũ põtificē sanctorũ tuorũ meritis coequasti: cõcede propitius: vt qui cõmemoratiõis eius festa percolim⁹: vite quoq; imitemur exēpla. Per d.

Benedicti abbatis. Collecta.

Omnipotens sempiterne deus qui hodierna die carnis eductũ ergastulo beatissimũ cõfessorē tuũ benedictũ subleuasti ad celũ: cõcede propitius hec festa tuis famulis celebrãtibus cunctorũ veniã delictorũ: vt q erultãtibus animis ei⁹ claritati cõgaudēt: ipso apud te inueniente cõsocientur et meritis. p.

Oblatis dñe ob Secreta. honorem cõfessoris tui benedicti placare muneribus: et ipsius tuis famulis interuentu cunctorũ tribue indulgentiã delictorũ. Per d

Perceptis tui Postcõio. corporis et sanguinis sacramentis concede nobis supplicante beato benedicto confessore tuo ita muniri: vt et temporalibus abun=

demus cōmodis et fulciamur eternis. Per dūm. In resuscitatione beati lazari totum fiat sicut i festo trāslationis aduēt⁹. Exceptis pauculis hic positis. Introitus.

Gaudeamus oēs in dño diē festū celebrantes sub honore lazari martyris de cuius resuscitatione gaudēt angeli et collaudant filiū dei. ps. Dñe in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer. Tractus.

Dominus iesus venit in bethaniā vbi fuerat lazarus mortuus quem suscitauit. ℣. Fecerunt autē et cenam ibi et martha ministrabat. ℣. Lazarus vero vnus erat ex discūbentibus cū eo. ℣. Conuenit ergo illic turba multa ex iudeis vt lazarū viderent quē suscitauit a mortuis

In festo annūciationis beate marie virginis. Introitus Nota ꝙ si festa sequentia aut aliquod ipsorū in tempore paschali celebretur in fine Introituū offr. et coionū. et cetera addi debet Alleluia. Introitus.

Rorate celi desuper ⁊ nubes pluant iustū aperiatur terra et germinet saluatorem ps. Celi enarrant gloriā dei et opera manuū eius annūciat firmamētū. Collectā

Deus qui de beate marie virginis vtero verbū tuum angelo nunciante carnē suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt qui vere eam dei genitricem credimus/eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur p eūd. Lectio isaie pphete. xi.c.

Hec dicit dñs deus. Egredietur vga de radice iesse: et flos de radice ei⁹ ascēdet. Et requiescet super eum spiritus dñi: spūs sapientie et intellectus/spūs cōsilii et fortitudinis/spūs sciētie et pietatis: et replebit eū spūs timoris dñi. Non secundū visionē oculorū iudicabit: neqꝫ secundū auditum aurium arguet. Sed iudicabit in iustitia pauperes et arguet in equitate pro mā suetis terre. Et percutiet terrā virga oris sui: et spiritu labiorū suorū interficiet impium. Et erit iustitia cingulū lumborū eius: et fides cinctorium renum eius. ℟. Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. ℣. Quis ascendet in montē dñi aut quis stabit in loco sancto eius innocēs manibus et mūdo corde Nota ꝙ si in tēpore pascali celebret primū erit. Alla. ℣. Angelus dñi descēdit de celo et accedens reuoluit lapidē et sedebat super eū. ℣. Respōdēs autē angelus dixit mulieribus quē queritis ille autē dixerūt iesū nazarenū. Secūdum erit. Alla. ℣. Virga iesse floruit virgo deū et hoiem genuit pacē terris reddidit qui poli sūma cōdidit orate. Prosa.

Verbū bonū et suaue personemus illud aue p quod xpi fit conclaue virgo mater filia. Per qđ aue salutata mox cōcepit fecūdata virgo dauid stirpe nata inter spinas lilia. Aue veri salomōis mater vellus gedeonis cui⁹ magi tribus donis laudant puerperiū. Aue solē genuisti aue prolē ptulisti mūdo lapso contulisti vitā et iperiū. Aue mater regis sūmi maris portus signū dumi aromatū virga fumi angelorū dña. Supplicamus nos emēda emēdatos nos ꝯmēda tuo nato ad

habenda sempiterna gaudia. Amen.
Si vero celebret in quadragesima

Ave maria gratia ple Tract⁹
na dñs tecū. ℣. Benedicta tu in
mulieribus et benedictus fructus ventris
tui. ℣. Ecce cōcipies et paries filiū et vo-
cabitur nomē ei⁹ emanuel. ℣. Quomodo
inquit fiet istud qm̄ virū non cognosco et re
spondens angelus intulit ei. ℣. Spiritus
sanctus superueniet in te et virtus altissi
mi obūbrabit tibi. ℣. Ideoq₃ qd̄ nascetur
ex te sanctū vocabitur filius dei.

Secundum Lucam. i.c.

In illo tēpore. Missus est ange
lus gabriel a deo in ciuitatem
galilee cui nomē nazareth: ad virgi
nē desponsatā viro cui nomen erat
ioseph de domo dauid: et nomē vir
ginis maria. Et ingressus angelus
ad eā: dixit. Aue gratia plena dn̄s
tecum: benedicta tu in mulieribus
Que cū audisset turbata est in ser-
mone eius: et cogitabat qualis esset
ista salutatio. Et ait āgelus ei. Ne
timeas maria: inuenisti enī gratiā
apud deū. Ecce cōcipies in vtero, et
paries filiū: et vocabis nomen eius
iesū. Hic erit magnus: et filius altis
simi vocabit. Et dabit illi dn̄s deus
sedē dauid patris eius: et regnabit
in domo iacob i eternū: et regni ei⁹
non erit finis. Dixit autē maria ad
angelū. Quomodo fiet istud: qm̄ vi
rū nō cognosco. Et respōdēs ange-
lus: dixit ei. Spūs sctūs supueniet
in te: et virtus altissimi obūbrabit
tibi. Ideoq₃ et qd̄ nascet ex te sanctū
vocabit filius dei. Et ecce elizabeth
cognata tua: et ipsa cōcepit filiū in
senectute sua. Et hic mēsis est sext⁹
illi: que vocat sterilis: qa nō erit im
possibile apud deū omē verbū. Di-
xit autē maria. Ecce ancilla dn̄i. Fi
at michi: scd̄m verbum tuū. Credo

Offer. Aue maria gratia plena dn̄s te-
cū benedicta tu in mulieribus et benedi-
ctus fructus ventris tui. Secreta.

In mētibus nostris q̄s dn̄e ve-
re fidei sacramēta cōfirma: vt
qui cōceptū de virgine deū verū et
hoiem cōfitemur: per eius salutife-
re resurrectionis potentiā: ad eter-
nā mereamur puenire letitiā. P e.

Prefatio. Qui per incarnati. Coio.
Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū et vo-
cabit nomē eius emanuel. Postcoio.

Gratiā tuam q̄s dn̄e mētibus
nostris infūde: vt qui angelo
nūciante xp̄i filii tui incarnationē
cognouim⁹: per passionē eius et cru
cē ad resurrectionis gloriā perduca
mur. P eūdē. in vnitate eiusdem.

Marie egypciace. Introitus.

Dilexisti iustitiā et odisti ini
quitatē ppterea vnxit te de
us deus tu⁹ oleo letitie pre
cōsortibus tuis. Ps. Eructauit cor me
um verbū bonum: dico ego opera mea re
gi. Gloria patri. Collecta.

Deuotū tibi populū benignis-
sime deus clemēter exaudi: vt
q̄ pio affectu venerandā beate ma
rie egypciace recolit solennitatē: ei⁹
meritis apud te pctōꝝ obtineat re-
missionē. Per dn̄m. Epl̄a. Mulierē
fortē. In coi fo. x. R. Specie tua et pul
chritudine tua intēde prospere procede et
regna. ℣. Propter veritatē et mansuetu-
dinē et iustitiā et deducet te mirabiliter
dextera tua. Tractus. Diffusa est grā.

vts in festo purificatiõis. Si in tpe paschali celebretur. R. erit. A llia. V. Angelus dñi descẽdit de celo et accedens reuoluit lapidẽ et sedebat sup eũ. V. Respondens autẽ angelus dixit mulieribus quẽ queritis ille dixerũt iesũ nazarenum A llia. V. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea bñdixit te deus in eternum. Euãgeliũ. Simile est regnũ celorũ thesauro abscõdito. In coi folio. xi. Offr. Filie regũ in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta.

Suscipe dñe munera q̃ in beate marie egypciace solennitate deferimus: cuius nos scimus patrocinio liberari. Per dñm. Coio. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea bñdixit te deus in eternũ. Postcõ.

Vivificentur nobis dñe sũpta mysteria: et intercedẽte beata maria egypciaca: sẽpiterna ꝓtectione cõfirment. Per dñm. Ambrosii epi et cõfessoris. Introitus. Statuit. Et cetera q̃ de vno cõfessore põtifice sunt dici cõsueta. In coi fo. vii. et viii. Tractus. Desideriũ. vt supra. Si tpe paschali celebratur.

Protexisti me Introitus: deus a cõuentu malignãtium alla a multitudine operantiũ iniq̃tatẽ alla alla. Ps. Exaudi deus orationẽ meam cũ deprecor: a timore inimici eripe aiam meã. Gla. Collcã.

Misericordiã tuã nobis domine q̃s interueniente beato ambrosio confessore tuo atq; pontifice clementer impende: et nobis peccatoribus ipsius propiciare suffragiis. Per dñm nostrum iesum xpm.

Epla. Ecce sacerdos magnus. In coi fo. vii. R. A llia. V. Angelus dñi descẽdit. vts in officio p̃cedenti. A llia. V. Justus germinabit sicut liliũ et florebit in eternũ ante dñm. Euãgel. Sint lũbi. In coi fo viii. Offertoriũ Veritas mea et mia mea cum ipso et in noie meo exaltabit cornu eius. Secreta.

Hostias tibi dñe pro cõmẽoratione sãcti ambrosii confessoris tui atq; põtificis offerimus suppliciter deprecãtes: vt sicut illi prebuisti sacre fidei claritatẽ: sic nobis indulgentiã largiaris et pacẽ. Per dominum nostrum iesum. Coio. Beatus ille seruus quem cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ amen dico vobis super oia bona sua constituet eum. Postcoio.

Sumẽtes dñe gaudia sẽpiterna participatione sacramẽti presta q̃s: vt beati ambrosii cõfessoris tui atq; pontificis/cuius natalicia colimus: precibus adiuuemur. Per dñm. Sãctorũ tyburcii valeriani et maximi martyr. Introitus.

Sancti tui dñe benedicẽt te gloriã regni tui dicent alla Ps Exaltabo te deus meus rex et benedicam noi tuo in seculũ et in seculũ seculi. Gloria patri. Collecta.

Presta q̃s oĩps deus vt q̃ sctõꝝ tuorũ tyburtii valeriãi et maximi solẽnia colimus: eorũ etiã virtutes imitemur. Per. Epla. Lingua sapiẽtiũ In coi fo. v. A llia. V. Gaudete iusti in dño rectos decet collaudatio Euãgeliũ. Ponite in cordibus vris In coi fo. vi. Offr. Letamini in dño et exultate iusti et gloriamini omẽs recti corde. Secreta.

Hostia hec q̄s dn̄e quam in sā ctorū tuorū natalicijs recensē tes offerimus: et vincula nostre pra uitatis absoluat: et tue nobis mise ricordie dona cōciliet. Per do. Coīo Gaudete iusti i dn̄o allā rectos decet col laudatio alleluia. Postcoīo.

Sacro munere saciati supplices te dn̄e deprecamur: vt qd̄ debite seruitutis celebramus officio: saluationis tue sentiamus augmentum. Per dn̄m nostrum iesum christum filium tuū. Qui.

Georgii martyris. Introitus.

Protexisti me deus a cōuentu malignātiū allā a multitudine operantiū iniquitatē allā allā. ps. Exaudi deus oratio nē meam cū deprecor: a timore inimici eri pe aīam meam. Gloria. Collecta.

Deus q̄ nos beati georgii martyris tui meritis et intercessione letificas: concede propitius: vt q̄ eius beneficia poscimus: dono tue gratie consequamur. Per dominū nostrum iesum christum filiū tuū. Epistola. Omne gaudiū existimate fratres mei Ju ꝯi fo iii. R. A llā. V. Angelus dn̄i descendit de celo et accedens reuoluit lapidē et sedebat super eū. V. Respōdēs autē angelus dixit mulieribus quē queritis ille autē dixerūt iesū nazarenū. A llā. V. Beatus vir qui timet dn̄m in mandatis eius cupit nimis.

Secundum Johannem. xv. c

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum: tollet eū. Et oēm qui fert fructum purgabit eum: vt fructum plus afferat. Jam vos mū di estis propter sermonem quē locutus sum vobis. Manete in me: et ego in vobis. Sicut palmes nō potest ferre fructum a semetipso: nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me māseritis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me: et ego in eum. Hic fert fructum multum: quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes et arescet: et colligent eum: et in ignem mittent et ardet. Si manseritis in me: et verba mea in vobis manserint: quodcunq̄ volueritis/ petetis et fiet vobis. Offertorium. Confitebuntur celi mirabilia tua domine eteni veritatem tuam in ecclesia sanctorū alleluia

Munera domine Secreta. oblata sāctifica: et intercedēte beato georgio martyre tuo nos p̄ hec a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominum nostrū iesum christū filiū. Coīo. Letabit iustus in dn̄o et sperabit in eo et laudabuntur oēs recti corde allā allā. Postcoīo.

Supplices te rogamus omp̄s deus: vt quos tuis reficis sacramētis: itercedēte beato georgio martyre tuo tibi etiā placitis moribus dignanter tribuas deseruire. Per do. Sancti marci euāgeliste. Introitus. Protexisti me deus. vt supra in officio precedenti. Collectā.

Deus qui beatum marcū euāgelistam tuum euangelice p̄dicationis gratia sublimasti: tribue quesumus eius nos semper et

eruditione proficere: et oratione de
fendi. Per dominum nostrum.

Lectio ezechielis prophete. i.c.

IN diebus illis. Facta est super
me manus dñi. et vidi et ecce
ventus turbinis veniebat ab aqui-
lone/et nubes magna/et ignis inol
uens. Et splẽdor in circuitu eius: et
de medio eius quasi species electri/
id est de medio ignis. Et in medio
eius similitudo quattuor aĩaliũ: et
hic aspectus eoꝝ. Similitudo hoĩs
in eis. Et quatuor facies vni: et qua
tuor penne vni: et pedes eorũ pedes
recti: et planta pedis eorũ quasi plã
ta pedis vituli: et scintille quasi a-
spectus eris candentis. Et manus
hoĩs sub pennis eorum in quatuor
partibus: et facies et pennas ꝑ qua
tuor partes habebãt iunctequꝫ erant
penne eorũ alterius ad alterũ. Non
reuertebãtur cũ incederẽt: sed vnũ-
quodqꝫ ante faciẽ suã gradiebatur
Similitudo autẽ vult' eorũ facies
hoĩs/et facies leonis a dextris ip-
sorũ quatuor facies autẽ bouis a si
nistris ipsorũ quatuor: et facies aq-
le desup ipsoꝝ quatuor/et facies eoꝝ
et penne eorũ extẽte desup. Due pẽ-
ne singulorũ iũgebãtur: et due tege
bant corpora eorũ. Et vnũquodqꝫ
eoꝝ corã facie sua ambulabat. Vbi
erat ipetus spũs illuc gradiebãtur
nec reuertebãtur cũ ambularẽt. Et
similitudo aĩaliũ et aspectus eorũ
quasi carbonũ ignis ardentium: et
quasi aspectus lãpadarũ. Alla. V.
Cõfitebũtur celi mirabilia tua dñe et ve
ritatẽ tuã in ecclesia sctõꝝ alla. Allelu
ia. V. Primus ad syon dicet ecce assum et
hierusalem euangelistam dabo. Prosa.
Iocundare plebs fidelis. In coi sc.
Euangeliũ. Ego sũ vitis vera. vt su
pra in officio proximo. Offertoriũ
Cõfitebũtur celi mirabilia tua dñe etenĩ
veritatẽ tuã in ecclesia sctõꝝ alla

BEati marci euãgeli Secre.
ste tui solẽnitate munera de-
ferentes quesumus dñe: vt sicut il-
lum predicatio euãgelica fecit glo-
riosũ: ita nos eius intercessio et ver
bo et opere reddat acceptos. Per do
minum nostrum iesũ christum.

Coĩo Ego sum vitis vera et vos palmi
tes qui manet in me et ego i eum hic fert
fructũ multũ alla alla. Postcoĩo.

TRibuant nobis quesum' do
mine continuũ tua sancta ꝑ
sidium: quo beati marci euangeli-
ste tui precibus nos ab omnibus sẽ
per tueãtur aduersis. Per dominũ
nostrum iesum christum filiũ tuũ.

Vitalis martyris. Introitus.

PRotexisti me deus a conuẽ
tu malignantiũ alleluia a
multitudine operantiũ ini
quitatem alleluia alleluia. Ps. Ex-
audi deus orationẽ meam cũ deprecor: a
timore inimici eripe animã meã. Gloria
patri et filio. Collecta.

PResta quesumus omnipotẽs
deus: vt intercedente beato vi
tale martyre tuo. et a cunctis aduer
sitatibus liberemur in corpore: et a
prauis cogitationibus mũdemur
in mente. Per dominum nostrum

Ad philippenses. i.c.

FRatres. Vobis donatũ est pro
xpo: nõ solũ vt in eũ credatis:
sed vt etiã pro illo patiamini: id est

certamen habētes quale et vidistis in me: et nunc audistis de me. Si qua ergo consolatio in xpo: si quod solatiū caritatis: si qua societas spiritus: si qua viscera miserationis: implete gaudiū meū: vt idē sapiatis. eandē caritatē habentes vnanimes idipsū sentientes. Nichil per cōtētionē/neqʒ per inanē gloriā: sed in humilitate superiores sibi invicē arbitrantes nō que sua sūt singuli cōsiderātes: sed ea que aliorū. In christo iesu: dño nostro. Alla. ℣. Gloria et honore coronasti eū dñe et constituisti eū super opera manuū tuarū. Euangeliū Ego sū vitis vera. vts in festo sācti georgii. Offr. Repleti sum⁹ māe mia sua et exultauim⁹ et delectati sum⁹ alla.

Acepta sit in cō- Secreta. spectu tuo dñe nostra deuotio et eius nobis fiat supplicatione salutaris pro cuius solēnitate deferimur. Per. Coio. Ego sū vitis vera vts in officio proximo. Postcoio.

Refecti participatione muneris sacri qs omps deus: vt cuius exequimur cultū: sentiamus effectū. Per dñm. Sancti petri martyris Introitus. Protexisti me vts

Presta qs omps Collecta. deus: vt beati petri martyris tui fidē cōgrua deuotione sectemur qui pro eiusdē fidei delectatiōe palmam martyrii meruit optinere. P Epl'a quam volueris. In coi fo. iii. Alleluia. ℣ Beatus vir qui suffert tēptationē qm cū probatus fuerit accipiet coronā vite. Euāgeliū quod volueris. In coi fo. iii. et iiii. Offr. Posuisti domine i capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioso.

Secreta.

Tanto placabiles dñe qs nostre sint hostie: quāto sancti petri martyris pro cuius solēnitate exhibētur tibi grata sunt merita. P dominū nostrum. Coio. Letabit iustus in dño et sperabit in eo et laudabuntur oēs recti corde alla alla. Postcoio.

Beati petri martyris tui domine suffragiis exoratus: in percepti sacramenti tui nos virtute defende. Per dominum. Eutropii martyris Introit⁹. Protexisti. vts.

Deus qui nobis Collecta. sanctā huius diei festiuitatē p cōmemoratiōe beati eutropii martyris tui atqʒ pōtificis fecisti esse solēnem: adesto familie tue precibus: et da vt cuius hodie festa celebram⁹ in terris: eius meritis et intercessionibus adiuuari mereamur in celis Per. Alla. ℣. Angelus dñi. vts. Alla. ℣. Beatus vir qui timet dñm in mandatis eius cupit nimis. Epl'am et Euāgeliū. Quere in coi vnius martyris fo. iii. et iiii. Offertoriū. Posuisti dñe in capite eius coronā de lapide p̄cioso vitā petiit a te et tribuisti ei alla. Secreta

Hec hostia dñe quesum⁹ emūdet nostra delicta: et ad festiuitatem sancti eutropii martyris tui atqʒ pontificis celebrandā/subdita tibi corpora menteſqʒ sanctificet. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Coio. Ego sum vitis vera. vt supra in festo sācti marci. Postcoio.

Familiam tuam deus suauitas illa contingat et vegetet: que in sācto eutropio martyre tuo

atq3 pontifice christi tui bono iugi ter odore pascatur. Per eūdem dominum nostrum Philippi et iacobi apostolorū. Introitus.

Exclamauerunt ad te dñe in tēpore afflictionis sue et tu de celo exaudisti eos all'a all'a. ps Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Collecta.

Deus qui nos ānua apl'orū tuorū philippi et iacobi solēnitate letificas: presta q̄s: vt quorū gaudemus meritis, īstruamur exēplis. Per do. Epl'a. Stabūt iusti in magna cōstantia. In coi fo. vi. All'a. v. Cōfitebūtur celi mirabilia tua dñe etenī veritatē tuā in ecclesia scōrū. All'a. v. Stabūt iusti in magna cōstantia aduersus eos qui se angustiauerūt. Prosa. Clare sanctorū. In coi folio primo. Secundum Johannem. xiiii.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Nō turbetur cor vestrū. Creditis in deū: et in me credite. In domo patris mei, mālsiōes multe sunt. Si quo minus dixissē vobis, quia vado parare vobis locū Et si abiero, et preparauero vobis locū: iterū veniā et accipiā vos ad meipsū: vt vbi ego sum: et vos sitis Et quo ego vado scitis: et viā scitis Dixit ei thomas. Dñe nescim⁹ quo vadis. Et quomodo possumus viā scire? Dixit ei iesus. Ego sū via, veritas, et vita. Nemo venit ad patrē nisi per me. Si cognouissetis me: vtiq3 et patrē meum cognouissetis Et a modo cognoscetis eum: et vidistis eū. Dixit ei philippus. Dñe ostēde nobis patrē, et sufficit nobis Dixit ei iesus. Tanto tempore vobiscum sum: et nō cognouistis me. Philippe qui videt me: videt et patrem. Quomodo tu dicis: ostēde nobis patrem Non credis quia ego in patre, et pater in me est. Verba que ego loquor vobis: a meipso non loquor. Pater autē in me manēs ipse facit opera. Nō creditis quia ego in patre et pater in me est. Alioquin: ppter opera ipsa credite. Amē amē dico vobis: qui credit in me: opera que ego facio, et ipse faciet. Et maiora horū faciet: q̄a ego ad patrem vado. Et quodcūq3 petieritis patrē in noīe meo: hoc faciā. Offertoriū. Cōfitebūtur celi mirabilia tua dñe et veritatē tuā in ecclesia scōrū all'a. Secre.

Munera dñe que pro apl'orū tuorū philippi et iacobi solennitate deferim⁹ propiti⁹ suscipe: et mala oīa que iuste meremur auerte. p Coio. Tanto tēpore vobiscū sū et nō cognouistis me philippe qui videt me videt et patrē all'a non credis quia ego in patre et pater in me est alleluia alleluia.

Quesumus dñe salutaribus repleti mysteriis: Postcō. vt quorū solennia celebramus: eorū orationibus adiuuemur. Per dñm

Pancratii martyris. Introitus

Protexisti me deus a cōuentu malignātiū all'a a multitudine operantiū iniquitatem alleluia all'a. ps. Exaudi deus orationē meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Gloria pa.

Collecta.

Adesto dñe supplicationibus nr̄is. vt q̄ ex iniq̄tate nr̄a reos

nos esse cognoscimus: beati andeo li martyris tui intercessione libere mur. Per dominum nostrum.
Epistola et Euangel' de com' vni' mar tyris fo. lii. et liiii. All'a. V. Gloria et honore coronasti eũ dñe et constituisti eũ super opera manuũ tuarũ. Offertoriũ posuisti dñe in capite eius coronã de lapide pcioso vitã petiit et tribuisti ei all'a

Muneribus nostris Secreta dñe pcibusq́ȝ susceptis: et celestibus nos munda mysteriis: et clemẽter exaudi. Per. Coio. Letabit iustus in dño et sperabit in eo et laudabuntur oẽs recti corde all'a all'a. Postcoio.

Quesumus omps deus: vt qui celestia alimẽta pcepimus: intercedẽte btõ andeolo martyre tuo per hec cõtra omnia aduersa muniamur. P. In inuentione sancte crucis.

Nos autẽ glo Introitus. riari oportet i cruce dñi nostri iesu xpi in quo est salus vita et resurrectio nostra per quem saluati et liberati sumus all'a. Ps. Deus misereatur nostri et bñdicat nobis illuminet vultũ suũ super nos et misereatur nostri. Collecta.

Deus qui in preclara salutifere crucis inuẽtione passionis tue miracula suscitasti: cõcede vt vitalis ligni precio eterne vite suffragia cõsequamur. Eodem die Alexandri euẽcii et theodoli. Collecta.

Presta q̃s ops deus: vt qui sãctorũ tuorũ alexandri/euẽcii/ et theodoli natalicia colimus: a cũctis malis imĩnẽtibus eoꝶ intercessionibus liberemur. Per dñm.
Ad galathas. v. c

Fratres. Confido de vobis in dño: q͛ nichil aliud sapietis. Qui autẽ cõturbat vos: portabit iudiciũ quicũq́ȝ est ille. Ego autẽ fratres si circuncisionẽ adhuc predico: quid adhuc psecutionẽ patior? Ergo euacuatũ est scandalum crucis. Vtinã et abscindãtur qui vos conturbãt. Quicũq́ȝ eni volũt placere in carne hi cogũt vos circũcidi: tantũ vt crucis xpi persecutionẽ nõ patiãtur. Neq́ȝ eni qui circũcidũtur legem custodiũt: sed volũt vos circũcidi tantũ: vt in carne vestra gloriẽtur. Michi autẽ absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu xpi: p quem michi mũdus crucifixus est: et ego mũdo. All'a. V. Nos aũt gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu xpi: All'a. V. Dulce lignũ dulces clauos dulcia ferens põdera que sola fuisti digna sustinere regẽ celorũ et dñm. Prosa.

Laudes crucis attollam⁹ nos q̃ crucis exultamus speciali glia. Dulce melos pulset celos dulce lignũ dulci dignũ credim⁹ melodia. Voci vita non discordet cũ vox vitã nõ remordet dulcis est symphonia. Serui crucis crucẽ laudãt qui per crucẽ sibi gaudẽt vite dari munera. Dicãt oẽs et dicãt singuli aue salus totius seculi arbor salutifera O q̃ felix q̃ preclara fuit hec salutis ara rubens agni sãguine. Agn⁹ sine macula q̃ mundauit secula ab antiquo crimĩe. Hec est scala pctõrũ p quã xps rex celoꝶ ad se traxit oĩa Forma cui⁹ hec ostẽdit q̃ terrarũ cõprehẽdit quattuor cõfinia. Nõ sunt noua sacramẽta nec recẽter est inuẽ

ta crucis hec religio. Ista dulces aquas fecit p hanc siler aquas iecit moysi officio. Nulla salus est in domo nisi cruce munit homo sup liminaria. Neqꝫ sētit gladiū nec amisit filiū q̄squis egit talia. Ligna legens in sarepta spem salutis est adepta paup muliercula Sine lignis fidei nec lechitus olei valet nec farinula. Rome naues vniuersas in pfūdū vidit mersas vna cū marēcio Fusi traces cesi perse sed et partis dux aduerse victus ab eraclio. Reges credūt hostes cedunt sola cruce xp̄o duce vnus fugat milia. In scripturis sub figuris ista latent sed iā patēt crucis bn̄ficia. Ista suos fortiores sēper facit et victores morbos sanat et languores reprimit demonia. Dat captiuis libertatē vite cōfert nouitatē ad antiquā dignitatē crux reducit oīa. O crux lignū triūphale mūdi vera salus vale inter ligna nullū tale frōde flore germine Medicina xp̄iana salua sanos egros sana qd̄ nō valet vis humana fit in tuo noīe. Assistētes crucis laudi cōsecrator crucis audi atqꝫ seruos tue crucis post hāc vitā vere lucis trāsfer ad palatia: Quos tormētis vis seruire fac tormēta nō sētire sed cū dies erit ire cōfer nobis et largire sēpiterna gaudia. Amen.

Secundum Johannem. iii.c

In illo tēpore. Erat hō ex phariseis nicodemus noīe pnceps iudeoꝝ. Hic venit ad iesū nocte et dixit ei. Rabbi scimus qꝛ a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa facere q̄ tu facis/nisi fuerit deus cū eo. Respondit iesus/et dixit ei Amē amē dico tibi: nisi q̄s renatus fuerit denuo: non potest videre regnū dei. Dicit ad eum nicodemus. Quomodo potest hō renasci cū sit senex. Nunqd̄ potest in ventrē matris sue iteratoītroire ⁊ renasci. Repōdit iesus. Amē amen dico tibi: nisi q̄s renatus fuerit ex aqua et sp̄ū sācto: nō potest ītroire in regnū dei Qd̄ natū est ex carne caro est: et qd̄ natū est ex sp̄ū sp̄ūs est. Nō mireris quia ego dixi tibi oportet vos nasci denuo. Sp̄ūs vbi vult spirat: et vocē eius audis: sed nescis vnde veniat/aut quo vadat. Sic est oīs q̄ natus est ex sp̄ū. Respōdit nicodemus et dixit ei. Quomodo possūt hec fieri: Respōdit iesus et dicit ei. Tu es magister in isrl̄ ⁊ hec ignoras. Amē amen dico tibi: q̄a qd̄ scimus loquimur: et qd̄ vidimus testamur: et testimoniū nr̄m nō accipitis. Si terrena dixi vobis et nō creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis: Et nemo ascēdit in celū/nisi q̄ descēdit de celo: filius hoīs qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentē ī deserto: ita exaltari oportet filiū hoīs: vt oīs q̄ credit in ipso nō pereat: sed habeat vitā eternā. Dicitur Credo. Offer. Protege dn̄e plebē tuā p signū scē̄ crucis ab oībus īsidiis inimicorū oīm vt tibi gratā exhibeamus seruitutē et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum alleluia. Secreta.

Sacrificiū dn̄e quod tibi immolamus placatus itēde: vt ab omi nos exuat bellorū nequitia: et per vexillū sancte crucis filii tui ad

cõterendas aereas potestates: et ad uersariorũ insidias nos in tue protectionis securitate cõstituat. Per.

Alia Secreta. Super has qs dñe hostias benedictio copiosa descendat: que et sanctificationé nobis clementer operetur: et de martyrũ nos solennitate letificet. Per dñm. Prefatio. Qui salutẽ humani generis. Coio. Per signũ crucis de inimicis nostris libera nos deus noster.

Postcoio. Repleti alimonia celesti et spũali poculo recreati qs ops deus: vt nos ab hoste maligno defendas: quos per lignũ sancte crucis filii tui armis iustitie pro salute mundi triũphare iussisti. Per eundem dñm.

Alia Postcoio. Refecti participatione muneris sacri qs dñe deus noster vt quorũ exequimur cultũ / sẽtiamus effectũ. P dñm. Nota q ab hinc vsq ad festũ exaltationis sacte crucis dicit singulis diebus quibus fiunt suffragia. Collecta. A domo. Quere in orõnibus coĩbus. Cõtra tẽpestates. Johis ãte portã latinã.

Introit. Protexisti me deus a cõuẽtu malignãtiũ alla a multitudine operãtiũ iniquitatẽ alla alla. Ps. Exaudi deus orationẽ meã cum deprecor: a timore inimici eripe aiam meã. Gloria. Collecta

Deus qui conspicis qa nos vndiq mala nostra perturbãt: psta qs vt beati iohãnis apli tui intercessio gloriosa nos ptegat. Per do.

Ad Ephesios. iiii. c.

Fratres. Vnicuiq nrm data est gratia scdm mẽsurã donationis xpi. Propter qd dicit. Ascendens in altũ: captiuã duxit captiuitatẽ dedit dona hoibus. Quod aũt ascendit quid est: nisi q et descẽdit primum in inferiores partes terre. Qui descẽdit / ipse est et q ascẽdit super oẽs celos. vt adipleret omia. Et ipse dedit quosdã quidã aplos / quosdã autẽ prophetas / alios vero euangelistas / alios autẽ pastores et doctores ad cõsũmationẽ sanctorũ in opus ministerii / in edificationẽ corporis xpi: donec occurramus omẽs in vnitatẽ fidei et agnitiõis filii dei in virũ perfectũ / in mensurã etatis plenitudinis xpi. Alla. V. Cõfitebũtur celi mirabilia tua dñe etenĩ veritatẽ tuã in ecclesia sãctorũ. Alla. V. Hic est discipulus ille q testimoniũ phibet de his et scimus q verum est testimonium eius. Euãgeliũ. Ego sũ vitis vera. Quere s in festo scti georgii. Offr. Cõfitebũtur celi mirabilia tua dñe et veritatẽ tuã in ecclesia sãctorũ alla.

Secreta. Muneribus nris qs dñe pcibus q susceptis. et celestibus nos mũda mysteriis / et clemẽter exaudi. P. Coio. Ego sũ vitis vera et vos palmites q manet in me et ego in eo hic fert fructũ multũ alleluia alla.

Postcoio. Refecti domine pane celesti et intercedẽte btõ iohãne aplo tuo et euãgelista: ad vitã qs nutriamur eternã. Per dominum.

In trãslatiõe sãcti nicolai. Introit.

Gaudeamus oẽs in dño diẽ festũ celebrãtes sub honore nicolai psulis de cuius trãslatione gaudent angeli et collaudant filium dei alleluia. Psalmus

Misericordias domini: in eternum cãtabo. Collecta sicut in alio festo vel Collecta sequens.

Deus qui pro tuorum salute fidelium beatissimi nicolai corpus barrum de mirra trãsferri voluisti: tuamqꝫ dispositionem mirabilem ipsiusqꝫ meritum venerabile miraculis affirmasti: tribue nobis quesumus: vt mereamur et in presenti ad te meritis illius adiuuari: et in futuro cum illo letari. Per dñm. Epistola. Ecce sacerdos magnus In coi fo. vii. Alleluia. ℣ Angelus dñi descendit de celo et accedens reuoluit lapidem et sedebat super eum. ℣. Respondens autem angelus dixit mulieribus quem queritis ille dixerunt iesũ nazarenum. Alleluia. ℣. Justus germinabit sicut liliũ et florebit in eternum ante dominum. Prosa Congaudentes exultemus. Quere in alio festo. Euãgelium Sint lũbi vestri precincti. In coi fo. viii. Offertorium. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in noie meo exaltabitur cornu eius Secre

Sanctifica quesumus domine munera que pro veneratione sancti antistitis tui nicolai offeruntur: vt per ea vita nostra inter aduersa vbiqꝫ dirigatur et prospera Per dñm. Coio. Beatus seruus quem cum venerit dñs inuenerit vigilãtẽ amẽ dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcoio.

Beati nicolai cõfessoris tui atqꝫ pontificis nos q̃sumus domine iugiter ꝓsequatur oratio: vt quod petitio nostra non ĩpetrat: ipso pro nobis interueniẽte prestetur. Per dominũ nostrũ. Gordiani et epymachi martyrũ. Introitus.

Sancti tui dñe benedicent te gloriam regni tui dicent alleluia. ps. Exaltabo te deus meus rex: et benedicam noi tuo in seculũ et in seculũ seculi: Gloria. Collecta.

Da quesumus omps deus: vt q beatorum martyrũ tuorũ gordiani et epymachi solẽnia colimus eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominum nostrum Ad Corinthios. ii. x.

Fratres. Obsecro vos per mãsuetudinem et modestiã christi qui in facie quidem humilis sũ inter vos: absens autẽ confido in vobis. Rogo autẽ vos ne presens audeam per eam cõfidẽtiam qua existimor audere in quosdam: qui arbitrantur nos tanq̃ secundũ carnẽ ambulemus. Jn carne enĩ ambulãtes: non secundũ carnẽ militamus: Nam arma militie nostre non carnalia sũt: sed potentia dei ad destructionem munitionum consilia destruentes: et oẽm altitudinẽ extollẽtem se aduersus sciẽtiã dei: et in captiuitatẽ redigentes oẽm intellectũ in obsequiũ christi: et in ꝓ̃ptu habentes vlcisci oẽm inobedientiam cum ipleta fuerit vestra obedientia Jn christo iesu: dño nostro. Alleluia. ℣. Jsti sunt qui venerunt ex magna tribulatione et lauerunt stolas suas in sanguine agni. Scdm Matheũ. x.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nolite arbitrari q̃ venerim pacem mittere in terrã Non veni pacem mittere: sed gladi

um. Veni eni separare hominē aduersus patrem suum: et filiam aduersus matrem suam/ et nurū aduersus socrum suam/ et inimici hominis domestici ei9. Qui amat patrem aut matrem plusq̄ me: nō est me dignus. Et qui amat filiū aut filiam super me: nō est me dignus. Et qui nō accipit crucē suam/ et sequitur me: nō est me dignus. Qui inuenit aīam suam: perdet illam. Et qui perdiderit aīam suā ꝑpter me: inueniet eam. Qui recipit vos: me recipit. Et qui me recipit: recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in noīe prophete. mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicunq̧ potū dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide tantū in nomine discipuli: amen dico vobis: non perdet mercedem suam. Offertorium Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinē plebi sue benedictus deus all'a. Secreta.

Hostias tibi dn̄e beatorū martyrum tuorū gordiani et epymachi dicatas meritis benign9 assume: ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominū Coio Ego sum vitis vera et vos palmites qui manet in me et ego in eū hic fert fructum multum all'a all'a. Postcoio.

Quesumus omnipotēs deus: vt qui celestia alimenta percepimus: intercedentibus sāctis tuis gordiano et epimacho: per hec cōtra omnia aduersa muniamur. P dn̄m. Nerei achillei et pancracii martyrum. Introitus.

Ecce oculi dn̄i super timentes eum sperantes in misericordia eius alleluia: vt eripiat a morte aīas eorū quoniā adiutor et protector noster est alleluia all'a. Ps. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Gloria. Collecta.

Presta quesumus omp̄s deus vt qui beatorum martyrū tuorum nerei achillei et pancracii natalicia colimus: a cūctis malis iminentibus eorum itercessionibus liberemur. Per dn̄m. Epistola. Justi autē iperpetuū viuent. In coi foV. Alleluia. V. Gaudete iusti in dn̄o rectos decet collaudatio.

Secundū Matheum. xix. c

In illo tempore. Accesserūt ad iesum pharisei et saducei tentantes eum: et dicentes. Si licet homini dimittere vxorem suā quacūq̧ ex causa? Qui respondēs ait eis. Non legistis: quia qui fecit hoīem ab inicio: masculū et feminā fecit eos. Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem aut matrē: et adherebit vxori sue: et erunt duo in carne vna. Itaq̧ iā non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus coniūxit: homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo moyses mandauit dari libellum repudii/ et dimittere? Ait illis. Quoniam moyses ad duriciā cordis vestri: permisit vobis dimittere vxores vestras: ab inicio autem nō fuit sic. Dico autem vobis/ quia q̄cunq̧ dimiserit vxorem suā nisi ob fornicationē/ et aliam duxerit/ mechatur. Et qui dimissā duxerit me-

chatur. Dicūt ei discipuli eius. Si ita est causa viri cū vxore: non expedit nubere. Qui dixit illis. Nō oms capiunt verbū istud: sed quibus datū est. **Offertoriū.** Cōfitebūtur celi mirabilia tua dñe et veritatē tuā in ecclesia sctōrū all'a **Secreta.**

Munera q̄s dñe tibi dicata sanctifica: et intercedentibus sā-ctis martyribus tuis nereo achilleo atq3 pācracio: per eadem nobis placatus intende. Per dominū. **Coio.** Justorū aie in manu dei sunt et non tanget illos tormentū malicie visi sūt oculis insipientiū mori illi autē sunt in pace.

Beatorū nerei **Postcoio.** achillei et pancracii martyrū tuorū dñe intercessione placatus: p̄sta q̄s: vt que tp̄ali celebram⁹ actione: perpetua saluatione capiamus Per.

Desiderii epi et martyris.

In virtute tua **Introit⁹.** dñe letabit̄ iustus et super salutare tuū exultabit vehementer desideriū aie eius tribuisti ei. **Ps.** Quoniā preuenisti eum in benedictiōibus dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. Glia. **Collecta**

Deus aiarū et corporū vera salus: qui gloriosū martyrē tuū atq3 pontificē desideriū inumerabiliū facis miraculorū illustratiōe clarescere q̄sumus: vt sicut multitudo languentiū eius meritis per tuam clementiam visibiliter liberantur in corpore: ita piis precib⁹ nos a cordium nostrorum languoribus misericorditer mūdari concedas. P dominum. **Epistola et Euāgeliū. de coi. fo. iii. et iiii. R.** Beatus vir qui timet dñm in mandatis eius cupit nimis. **V.** Potens in terra erit semen eius generatio rectorū benedicetur. **Alla. V.** Beatus vir qui suffert tētationē qm̄ cū probatus fuerit accipiet coronam vite. **Offr.** Justus vt palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabit̄. **Secreta**

Propiciare dñe supplicationibus nostris: et interueniente pro nobis sancto desiderio martyre tuo atq3 pōtifice: his sacramētis celestibus seruientes: ab omi culpa liberos esse cōcede: vt purificāte nos gratia tua his quibus famulamur mysteriis emundemur. Per dñm. **Coio.** Magna est gloria eius in salutari tuo gloriā et magnum decorem impones super eum domine. **Postcoio.**

Ut nobis domine tua sacrificia dent salutē: beatus desiderius martyr tuus et pōtifex q̄s precator accedat. Per dominū

Urbani pape et martyris.

Introitus. Sacerdotes tui dñe induāt iustitiā et sancti tui exultēt propter dauid seruū tuū non auertas faciē xp̄i tui. **Ps** Memēto dñe dauid: et omnis māsuetudinis ei⁹. Glia

Da q̄s omps deus **Collecta.** vt qui beati vrbani martyris tui atq3 pontificis solennia colim⁹ eius apud te patrocinia sētiamus. Per dñm. **Epistola.** Justū deduxit. **In coi fo. vii. R.** Inueni dauid seruum meum oleo sancto meo vnxi eum manus eni mea auxiliabitur ei et brachiū meum confortabit eum. **V.** Nichil proficiet inimicus in in eo et filius inquitatis nō nocebit ei. **A** lleluia. **V.** Justus germinabit sicut lilium et florebit in eternū ante do-

minū. Euāgeliū. Vigilate q̄a nescitis In coī fo viii. Offr. Veritas mea et misericordia mea cū ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Hec hostia q̄s dn̄e emūdet nostra delicta: et ad sacrificium celebrādum subditorū tibi corpora mentesq̄ sāctificet. Per dn̄m. Coio fidelis seruus et prudens quē constituit dn̄s super familiam suam vt det illis in tēpore tritici mensurā. Postcoio.
Refecti participatione muneris sacri q̄s dn̄e deus noster vt cuius exequimur cultū: sentiamus effectū. Per dominū. Germani epi et confessoris. Collecta.
Deus qui es oīm sanctorū splēdor mirabilis: quiq̄ hūc diem beati germani episcopi depositiōe cōsecrasti: da ecclesie tue de eius natalicio sēper gaudere: vt apud misericordiā tuam exemplis eius adiuuemur et meritis. Per. Secreta.
Sacrificiū nostrum tibi domine q̄s beati germani ꝑcatio sancta conciliet: vt in cuius honore solenniter exhibetur: meritis efficiatur acceptū. P dn̄m. Postcoio.
Sacro munere saciati supplices te dn̄e precamur: vt quod debite seruitutis celebramus officio: intercedente beato germano cōfessore tuo atq̄ pontifice saluationis tue sentiamus augmentū. Per
Marcellini et petri. Introitus.
Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos/ et ex oībus tribulatiōibus eorum liberauit eos. ps. Benedicā dominū in omni tempore semper laus eius in ore meo. Gloria patri. Collecta.
Deus qui nos ānua beatorum martyrū tuorum marcellini/ et petri solennitate letificas: presta quesumus: vt quorum gaudemus meritis: prouocemur exēplis. Per d
Ad Corinthios. ii. iiii. c.
Fratres. Habentes hanc administrationē iuxta quod misericordiam ꝯsecuti sumus/ non deficimus sed abdicamus occulta dedecoris/ nō ābulantes in astutia/ neq̄ adulterātes verbū dei: sed in manifestatione veritatis cōmendantes nosmetipsos ad oēm consciētiam hominū coram deo. Quod si etiam opertū est euangeliū nostrū: in his que pereūt est opertum. In quibus deus huius seculi excecauit mētes infideliū: vt non fulgeat illuminatio euangelii glorie xp̄i que est imago dei. Non enī nosmetipsos predicamus: sed iesū christum dn̄m nostrum. ℟. Clamauerunt iusti et dn̄s exaudiuit eos et ex omibus tribulatiōibus eorū liberauit eos. ℣. Iuxta est dn̄s his q̄ tribulato sūt corde et humiles spiritu saluabit. Alleluia ℣. Mirabil' dn̄s noster i sāctis suis. Euangeliū. Cum audieritis. In coī fo. vi. Offertoriū. Letamini in domino et exultāte iusti et gloriamini oēs recti corde. Secreta.
Hostia hec quesumus domine quam in sanctoꝝ tuorum nataliciis recensentes offerimus: et vincula nostre prauitatis absoluat et tue nobis misericordie dona conciliet. Per dominum nostrū. Coio. Iustorum anime in manu dei sunt et nō tanget illos tormētum malicie visi sunt

oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. Postcoio.

Sacro munere saciati supplices te dñe deprecamur: vt qđ debite seruitutis celebram⁹ officio: saluationis tue sentiamus augmētum. Per dominum nostrum.

Claudii archiepi. Introitus.

Statuit ei dñs testamentū pacis et principē fecit eū vt sit illi sacerdotii dignitas ī eternum. ps. Misericordias dñi: in eternū cantabo. Gloria: Collecta.

Propiciare q̄s domie nobis famulis tuis per huius sancti claudii confessoris tui atq; pontificis merita gloriosa: vt eius intercessione ab omnibus protegamur aduersis. Per dominū nostrum iesū.

Epistola. Ecce sacerdos magnus. In coī fo. vii. ℞ Domine preuenisti eū in benedictiōibus dulcedinis posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. ℣. Vitam petiit et tribuisti ei lōgitudinem dierum in seculum seculi. Alleluia. ℣. Claudii tuis miraculis ager fidei pullulat atq; precibus sedulis gemens infernus vlulat. Euāgelium. Homo quidam peregre proficiscens. In coī fo viii. Offertorium. Inueni dauid seruū meum oleo sācto meo vnxi eum manus eni mea auxiliabitur ei et brachiū meum cōfortabit eum. Secreta.

Suscipiat clementia tua dñe q̄sumus de manibus nostris munus oblatū: et per huius sancti claudii orationes ab omnibus nos emundet peccatis. Per dominum. nostrum iesum christum filiū tuū.

Coio. Beatus seruus quem cū venerit dominus inuenerit vigilantē amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcoio.

Deus qui sanctam nobis huiꝰ diei solēnitatem in honore beati claudii confessoris tui atq; pōtificis cōsecrasti: adesto familie tue p̄cibꝰ et dona: vt cuiꝰ festa celebramꝰ eius meritis et auxilio subleuemur. Per dominum nostrum iesum.

Sancti medardi epi. Introitus.

Sacerdotes tui dñe induant iustitiam et sancti tui exultent propter dauid seruum tuum nō auertas faciem christi tui. ps. Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Glīa. Collecta.

Deus qui sāctam nobis huius diei solennitatē in honore sancti medardi confessoris tui atq; pōtificis cōsecrasti: adesto familie tue precibus/et dona: vt cuius festa celebramus: eius meritis et auxilio subleuemur. Per dominū nostrū.

Epistola de coī folio vii. ℞. Iurauit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos in eternum secundum ordinē melchisedech. ℣. Dixit dominus domio meo sede a dextris meis. Alleluia. ℣ Amauit eum dominus et ornauit eū stola glorie induit eum. Euangelium de coī. quod volueris fo. viii. Offertoriū. Inueni dauid seruum meum oleo sācto meo vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum cōfortabit eū

Secreta.

Respice quesumus domine populum tuū ad tua sacramenta currentem: et presentem festiuitatem sancti cōfessoris medardi at

q̄ʒ pontificis: vt quod in honore tui nominis detulerunt: cunctis prosit ad veniã. Per dominum nostrum. Coio. Dñe quinqȝ taléta tradidisti mihi ecce alia quinqȝ superlucratus sũ euge serue bone et fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam intra in gaudiũ dñi tui. Postcoio.

Gratias tibi agimus domine de⁹ noster qui nos celesti medela reparare dignat⁹ es: da quesumus peccatis nostris veniam sicut beato medardo confessori tuo dedisti fidem pontificatus. Per dñm.

Primi et feliciani martyr. Introit⁹.

Sapientiã sanctoꝝ narrant populi et laudẽ eorũ nunciat ecclesia nomia autẽ eoꝝ vivent in seculũ seculi. ps. Exultate iusti i dño: rectos decet collaudatio. Gl'a

Fac nos q̄s dñe Collecta. sanctorũ tuorũ primi et feliciani semper festa sectari: quorũ suffragiis tue protectionis dona sentiamus. Per dominum nostrum.

Ad Corinthios. ii. iiii. c.

Fratres. Habemus thesaurũ istum in vasis fictilib⁹: vt sublimitas sit virtutis dei: et nõ ex nobis. In omnibus tribulationem patimur: sed non angustiamur. Aporiamur: sed non destituimur. Persecutionem patimur: sed non derelinquimur. Humiliamur: sed non confundimur. Deiicimur: sed non perimus. Semper mortificationẽ iesu christi in corpore nostro circunferentes: vt et vita iesu in corporibus nostris manifestetur. Semper enim nos qui vivimus in mortem tradimur: propter iesum christum dominum nostrum. ℟. Iustorũ anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. Alleluia. ℣. Fulgebunt iusti et tanq̄ scintille in arundineto discurrent et regnabunt in eternum. Euangelium. Hoc est preceptum meum. In coi folio primo. Offertorium. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus alleluia. Secreta.

Fiat tibi quesumus domie hostia sacranda placabilis preciosi celebritate mysterii: que et peccata nostra purificet: et tuorum tibi vota conciliet famulorum. Per dominũ nostrum iesũ xp̄m. Coio. Posuerunt mortalia seruorũ tuorũ escas volatilibus celi carnes sanctorũ tuorũ bestiis terre secundum magnitudinem brachii tui posside filios morti punitorum.

Quesumus omnipotens deus: vt sanctorũ tuorum celestibus mysteriis celebrata solennitas/ indulgẽtiam tue nobis propiciationis acquirat. Per dominum nostrum iesum christum. Postcoio.

Barnabe apostoli. Introitus.

Michi autem nimis honorati sunt amici tui de⁹ nimis cõfortatus est principatus eorum. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Gloria patri et filio. Collecta.

Quesumus omnipotens deus vt beatus barnabas apostolus tuũ pro nobis imploret auxiliũ

vt a nostris reatibus absoluti: a cū ctis etiā periculis exuamur. Per do

Epistola. Jam nō estis. In coī fo.i. ℟. In oēm terram exiuit sonus eorū et i fines orbis terre verba eorū. ℣. Celi enar rant gloriā dei et opera manuū eius an nūciat firmamentū. Alleluia. ℣. Ego vos elegi de mūdo vt eatis et fructum af feratis et fructus vester maneat. Prosa. Clare sanctorū. In coī fo.i. Euāgel. Hoc est preceptū meū. In coī folio.i. Offertoriū. Constitues eos principes super oēm terram memores erūt nomis tui in omni progenie. et generatione

Secreta.

Sacrandū tibi dn̄e munus offerimus: quo beati barnabe apostoli solēnia recolentes purificationē quoqȝ nostris mētibus iploramus. Per dominum.

Coio. Ego vos elegi de mūdo vt eatis et fructū afferatis et fruct⁹ vester maneat

Postcoio

Perceptis dn̄e sacramentis suppliciter exoramus: vt intercedēte beato barnaba apostolo tuo: que pro illius venerāda gerimus passione: nobis proficiant ad medelam. Per dn̄m nostrū.

In translatione sanctorum nazarii et celsi.

Introitus.

Iusti epulentur et exultent in cōspectu dei ⁊ delectētur in letitia. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiāt qui oderūt eū a facie eius. Glia.

Collecta.

Exaudi domine preces nostras vt populus tuus qui sub tantis sanctorum martyrum tuorum nazarii et celsi patrociniis est constitutus: et a suis offensiōibus liberetur: et ab omibus tueatur aduersis.

Eodē die sanctorū basilidis cirini ⁊ naboris Collecta dicitur cū predicta ad vnum Per dominum.

Sanctorum basilidis / cirini / ⁊ naboris quesumus dn̄e natalicia nobis votiua resplendeāt: et qđ illis contulit excellencia sempiterna fructibus nostre deuotionis accrescat. Per dominum. Epistola. Sancti per fidem. In coī fo.v. ℟. Timete dn̄m omēs sācti eius quoniam nichil deest timentibus eum. ℣. Inquirētes autē dn̄m non deficient omni bono. Alleluia. ℣. Sācti et iusti in dn̄o gaudete vos elegit deus in hereditatem sibi. Prosa. Concentus vox. In coī fo.xi. Euāgelium. Videns iesus turbas: In coī fo.vi. Offertorium. Letamini in domino et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde.

Secreta.

Salutari sacrificio domie populus tu⁹ sēper exultet: quo et debitus honor sacris martyribus exhibetur: et sanctificatiōis tue munus acquiritur.

Alia Secreta

Pro tuorū dn̄e sanctorū basilidis cirini et naboris sāguine venerando hostias tibi solenniter immolamus tua mirabilia pertractātes: per quos talis est perfecta victoria. Per dn̄m nostrum iesum.

Coio. Gaudete iusti in dn̄o allʼa rectos decet collaudatio allʼa.

Postcoio.

Protege dn̄e quesumus plebē tuam et festiuitatē martyrū tuorū nazarii et celsi quā nobis tradis assidue: debitā tibi persolui precibus ipsorum cōcede.

Alia Postcō

Semper domine sanctorū basilidis / cirini / et naboris solē-

nia celebramus: vt eorũ patrocinia iugiter sentiamus. Per. **Viti et modesti martyrũ. Introitus.**

Clamauerũt iusti et dñs exaudiuit eos et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. **Ps.** Benedicã dñm in omni tẽpore: semper laus eius in ore meo. Gl'ia.

Collecta. DA ecclesie tue dñe quesumus sanctis tuis vito et modesto intercedentibus superbe nõ sapere: sed tibi placita humilitate proficere: vt proterua despiciens quecunqȝ matura sunt libera exerceat charitate. Per dominum nr̃m

Epistola de coi fo. v. R. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venãtiũ. **V.** Laqueus contritus est et nos liberati sumus adiutoriũ nostrũ in noie dñi qui fecit celum et terram. **Alleluia. V.** Sancti tui dñe benedicẽt te gloriam regni tui dicent. **Euãgeliũ de coi fo. vi.**

Offertoriũ. Gloriabũtur in te omnes qui diligunt nomen tuũ quoniã tu benedices iusto domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos.

Secreta. SIcut gloriam diuine potencie munera domine pro sanctis tuis oblata testantur: sic nobis effectum diuine tue saluatiõis impendant. Per dominum nostrum. iesum christum filium tuũ.

Coio. Et si coram hominibus tormenta passi sunt deus tentauit eos tanq̃ aurũ in fornace probauit eos et sicut olocaustum accepit illos

Postcoio. REpleti domine benedictione solenni quesumus: vt per intercessionem sanctorum tuorum viti et modesti: medicina sacramenti et corporibus nostris prosit et mentibus. Per dominum nostrum iesũ christum filium tuũ.

Cirici et iulite ac sociorum mr̃. Introitus.

INtret in conspectu tuo domine gemitus compeditorũ redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum vindica sãguinem sanctorum tuorum qui effusus est. **Ps.** Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuũ posuerũt hierusalem in pomorũ custodiam. Gloria.

Collecta. BEatorum martyrũ tuorũ cirici et iulite matris eius sociorumqȝ eorum nos domine merita prosequãtur: et tuam nobis indulgentiam semper implorent. Per dominum nostrum iesum christum.

Epistola de coi folio v. R. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. **V.** Cantate domino canticum nouum laus eius in ecclesia sanctorum. **Alleluia. V.** Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione et lauerũt stolas suas et dealbauerunt eas in sãguine agni. **Euangelium de cõmuni folio vi.**

Offertorium. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus alleluia.

Secreta. DA nobis domine tue pietatis effectum: et intercedẽtibus sãctis tuis cirico et iulita matre eius sociisqȝ eorum etiam nostra munera propitius intuere. Per dominũ nostrum iesum christum filiũ tuũ.

Communio. Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus celi carnes sanctorum tuorum bestiis terre secũ-

dum magnitudinē brachii tui possidē filios morti punitorum. Postcoio.

Sanctorū tuorū nos dñe cirici et iulite matris eius sociorūq; eorum memoriā venerantes: quesumus: vt qui illis victorie coronam contulisti: nobis eorū meritis delictorū indulgentiam largiaris. Per dominum. Marci et marcelliani martyrū. Introitus.

Salus autē iustorū a dño et protector eorū est in tēpore tribulationis. ps. Noli emulari in malignantibus. neq; zelaueris facientes iniquitatē. Gloria. Collecta.

Presta quesumus omipotens deus: vt qui sanctorū martyrū tuorū marci et marcelliani natalicia colimus: a cūctis malis imminētibus eorū intercessionibus liberemur. Per dominum nostrum Ad Corinthios. ii. iiii. c.

Fratres. Scientes qm̄ qui suscitauit iesū: et nos cū iesu suscitabit: et constituet vobiscū. Omia enim propter vos: vt gratia abundās per multos: in gratiarum actione abundet in gloriam dei. Propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est renouatur de die in diem. Id enim quod in presenti est momentaneū et leue tribulationis nostre: supra modum in sublimitate eternū glorie pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis que videntur: sed que non videntur. Que eni videntur temporalia sunt: que autem non videntur eterna sunt. Scimus autem quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: q; edificationez ex deo habemus domum nō manufactā: sed eternam in celis. Per iesū christum: dominum nostrum. R. Anima nostra sicut passer erepta est de laqo venantium. V. Laqueus contritus est et nos liberati sumus adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram. Alleluia. V. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine. Euāgelium. Cum audieritis. In coi fo. vi. Offertorium. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium laqueus contritus est et nos liberati sumus

Munera domine Secreta. tibi dicata sanctifica: et intercedentib⁹ sāctis tuis marco et marcelliano: per eadem nos placatus itēde. Per dominum nostrum iesū christum filium tuum. Qui. Coio Amen dico vobis quod vni ex minimis meis fecistis michi fecistis venite benedicti patris mei possidete preparatum vobis regnum ab initio seculi. Postcoio

Salutaris tui domine munere saciati supplices exoram⁹: vt cui⁹ letamur gustu: renouemur effectu. Per dominum nostrum iesum christum filium tuū. Geruasii et prothasii martyr. Introit⁹

Loquetur domin⁹ pacem in plebem suam et super sanctos suos et in eos qui conuertuntur ad ipsum. ps. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob. Gloria. Collecta.

Deus qui nos annua sanctor. tuorum geruasii et prothasii

solennitate letificas: concede propicius: vt quorum gaudemus meritis: accendamur exemplis. Per dominum nostrum iesum christũ filium tuum. Qui tecum.

Ad Romanos. viii.c.

FRatres. Scimus quoniã diligentibus deum omnia cooperantur in bonum his qui secũdum propositum vocati sunt sancti. Nã quos presciuit et predestinauit conformes fieri imaginis filii sui vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinauit hos et vocauit: Et quos vocauit: hos et iustificauit Quos autem iustificauit: illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis: quis cõtra nos. Qui etiam proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo: omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condẽnet? Christus iesus qui mortuus est: imo qui et resurrexit qui est ad dexteram dei: qui etiã iterpellat pnobis. Quis ergo nos separabit a charitate christi? Tribulatio/ an angustia/ an persecutio/ an fames/ an nuditas/ an periculum/ an gladius/ sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die: estimati sumus vt oues occisionis. Sed in omnibus his superamus: propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neqꝫ mors/ neqꝫ vita/ neqꝫ angeli/ neqꝫ principatus/ neqꝫ virtutes/ neqꝫ instantia/ neqꝫ futura/ neqꝫ fortitudo/ neqꝫ altitudo/ neqꝫ profundum/ neqꝫ creatura alia poterit nos separare a caritate dei: que est in christo iesu: domino nostro. ℞. Gloriosus deus in sãctis mirabilis in maiestate faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia. ℣. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione et lauerunt stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni. Prosa. Superne matris. In coi folio quinto.

Secundum Marcum. xiii.c.

IN illo tempore. Egrediente iesu de templo: ait illi vnꝰ ex discipulis suis. Magister: aspice quales lapides: et quales structure. Et respondẽs iesus ait illi. Vides has omnes magnas edificationes? Nõ relinquetur lapis super lapidem: qui non destruatur. Et cum sederet in monte oliuarum contra templum: interrogabant eum separatim petrus et iacobus/ et iohannes et andreas. Dic nobis quando ista fiet: et quod signum erit/ quando hec omnia incipient consummari? Et respondens iesus cepit dicere illis. Videte ne quis vos seducat Multi eni venient in nomine meo dicentes/ quia ego sum: et multos seducent. Cum audieritis autem bella et opiniones bellorum: ne timueritis. Oportet enim hec fieri: sed nondum statim finis. Exurget enim gens contra gentem: et regnum super regnum/ et erunt terremotus per loca/ et fames Initium dolorum hec. Videte autem

vosmetipsos. Tradent enim vos in conciliis: et in synagogis va-pulabitis. Et ante reges et presides stabitis propter me: in testimoniū illis. Et in oēs gentes: primū opor-tet predicari euangeliū. Et cū duxe-rint vos tradentes: nolite precogi-tare quid loquamini: sed quod da-tum vobis fuerit in illa hora: id lo-quamini. Non eni vos estis loquē-tes: sed spiritus sāctus. Tradet au-tem frater fratrē in mortē/ et pater filiū: et cōsurgent filii in parentes: et morte afficiēt eos. Et eritis odio omibus propter nomen meū. Qui autē sustinuerit in finē: hic saluus erit. **Offertoriū.** Letamini in dño et exultate iusti et gl'iamini oēs recti corde.

Secreta. Oblatis q̄s dñe placare muneribus: et interce-dentibus sanctis tuis: a cūctis nos defende periculis. Per dñm.

Cōio. Posuerunt mortalia seruorū tuorū escas volatilibus celi carnes sanctorū tuorum bestiis terre secundū magnitudinem bra-chii tui possidé filios morti punitorum.

Postcō. Hec nos cōmunio domine purget a crimine: et intercedentibus sanctis tuis: cele-stis remedii facias esse consortes. Per dominum nostrum iesū chri-stum filium tuum. Qui.

Albani martyris.

Collecta. Deus qui hanc diem beati al-bāi martyris tui ɔsecrasti: tri-bue quesumus: vt cuius ānuo gra-tulamur officio: eius continuo fo-ueamur auxilio. Per do.

Secreta. Sicut in beati albani marty-ris tui domine veneratione te mirabilem predicamus: sic domi-ne clemēciam tuam per hec pie pla-cationis officia pro nobis ipse pius interuentor exoret. Per dominum nostrum iesum christū.

Postcoīo. Vt sumpta nos sacramenta domine purgent a crimine: sanctā maiestatē tuā beatus mar-tyr albanus semper iploret. Per do

In vigilia sancti iohānis bapti-ste. Ad missam.

Introitus. Ne timeas zacharia exaudi-ta est oratio tua: ⁊ elizabeth vxor tua pariet tibi filiū et vocabis nomē eius iohannē: et erit magnus coram dño et spiritu san-cto replebit adhuc ex vtero matris sue et multi in natiuitate eius gau-debunt. **Ps.** Domie in virtute tua leta-bitur rex: et super salutare tuum exulta-bit vehementer.

Collecta. Presta quesumus omnipotēs deus vt familia tua per viam salutis incedat: et beati iohannis p̄-cursoris hortamenta sectando: ad eum quem predixit secura perueni-at. Dominum nostrum iesū christū filium tuum. Qui tecum.

Lectio hieremie prophete. i. c.

In diebus illis. Factum est ver-bū dñi ad me dicens. Priusq̄ te formarē in vtero noui te: et ante q̄ exires de vulua sanctificaui te: et prophetā in gētibus dedi te. Et dixi A/a/a/ dñe deus. Ecce nescio loqui: quia puer ego sum. Et dixit dñs ad me. Noli dicere quia puer ego sum qm̄ ad omnia que mittā te ibis: et vniuersa que mādauero tibi loque-ris. Ne timeas a facie eorum: quia

tecū ego sum vt eruam te dicit dn̄s Et misit dn̄s manum suā: et teti-git os meū. Et dixit dn̄s ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce cōstitui te super gentes et super regna vt euellas et destruas/et disperdas/et dissipes/et edifices/et plātes. Ait dn̄s omipotēs. R. Fuit homo missus a deo cui nomen iohannes erat hic venit V. Vt testimoniū perhiberet de lumie et pararet domino plebem perfectam.

Initium sancti euangelii Secundum Lucam: primo.

Fuit in dieb9 herodis regis iudee sacerdos quidā nomie zacharias de vice abia: et vxor illius de filiabus aaron: et nomen eius elizabeth. Erant autem iusti ambo ante deū: incedētes in omibus mādatis et iustificationibus dn̄i sine querela. Et nō erat illis filius: eo q̄ esset elizabeth sterilis: et ambo processissēt in diebus suis. Factum est autē cū sacerdotio fūgeretur zacharias in ordine vicis sue ante deū: secundū consuetudinē sacerdotii sorte exiit vt incensum poneret: ingressus in templū dn̄i. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus dn̄i: stans a dextris altaris incēsi. Et zacharias turbatus est vidēs: et timor irruit super eū. Ait autem ad illū āgelus. Ne timeas zacharia qm̄ exaudita est deprecatio tua. Et vxor tua elizabeth pariet tibi filiū: et vocabis nomen eius iohannem. Et erit gaudium tibi et exultatio: et multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit eni magnus coram dn̄o et vinū et siceram nō bibet. Et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue: et multos filior̄ isra el conuertet ad dn̄m deū ipsorū. Et ipse precedet āte illum in spiritu et virtute helye: vt conuertat corda patrū in filios: et incredulos ad prudētiam iustorū: parare dn̄o plebē perfectam. Offertoriū. Gloria et honore coronasti eū et constituisti eum super opera manuū tuarū dn̄e. Secreta.

Munera q̄s dn̄e oblata sanctifica: et intercedente beato iohāne baptista: nos per hec a peccatorū nostror̄ maculis emūda. Per do Coio. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impones super eum dn̄e. Postcoio.

Beati iohānis baptiste nos domine preclara comitetur oratio: et quē venturū esse predixit: poscat nobis fore placatum dn̄m nostrū. In die scti iohānis baptiste.

De vētre matris Introit9 mee vocauit me dn̄s nomine meo et posuit os meum vt gladiū acutū sub tegumēto manus sue ꝓtexit me posuit me sicut sagittā electā. ps. Bonū est cōfiteri domino: et psallere nomini tuo altissime.

Deus qui presentē Collecta. diē honorabilē nobis in beati iohānis baptiste natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualiū gratiā gaudiorū: et oīm fideliū mētes dirige in viā salutis eterne. Per dn̄m.

Lectio isaie prophete. xlix. c.

Hec dicit dn̄s deus. Audite insule: et attēdite populi de longe Dn̄s ab vtero vocauit me: de vētre

matris mee: recordatus est nomis
mei. Et posuit os meū: quasi gladi
um acutū. In vmbra manus sue ꝓ
texit me/ et posuit me sicut sagittā
electā. In pharetra sua abscōdit me
et dixit michi. Seruus meus es tu
israel: quia in te gloriabor. Et nūc
hec dixit dn̄s. Formans me ex vtero
seruū sibi. Dedi te in lucē gentium
vt sis salus mea vsqꝫ ad extremum
terre. Reges videbūt/et consurgent
principes et adorabūt dn̄m deū tu-
um/et sanctū israel: qui elegit te.
℞. Priusq̄ͣ te formarē in vtero noui te et
anteq̄ͣ exires de ventre sanctificaui te. ℣.
Misit dn̄s manū suā et tetigit os meum
et dixit michi. Alleluia. ℣. Inter natos
mulierū nō surrexit maior iohē baptista

Gaude caterua diei **Prosa.**
presentis celebrās annuatī fe-
stū per quod totius mūdi gaudent
climata. Honore p̄claro ⁊ pura mēs
exultat pie dignos cōcentus modu
lans ad organa. Angelorū letantur
archāgelorū et agmina. Sanctorū
chorus oīs mira triumphat letitia
Cū quibus ololāpas iohannes mi
cat. Superās solis iubar luce coru-
scat. O quāta dei pietas iā zachari
am senio labentē celestis affat̄ nūci
us proferens talia. Oratio deo tua
est exaudita grauida manebit eliza
beth vxor filiū tibi paritura. Quā
felix q̄ͣ pulcra q̄ͣ sācta ꝓmissio voce
ꝓlata angelica. Quā clarus in mū
do ꝓcessit flos hodie diuina ferens
aromata. Fulgore penni ecce ruti-
lat dies ista seculo donans gaudia
Lucerna iohānes celi ꝓlustrat rem
publicā splēdidus xp̄i gr̄a. Precellit
patriarchas necnō et ꝓphetas. An-
gelus cōsimilis dignitate summa.
O plusq̄ͣ ꝓpheta gēma scōrū clara
paradisi diadema mūdi stella et lā
pas splēdiflua. Victrici palma sub
limatus exultas inter choros ange
lorū cernens altā deitatis vsiā. Tu
seculi dn̄m iordanis īfluēta Merui
sti tingere o iohannes baptista. Tā
beata tā gloriosa meritorū obtines
insignia. Quis sāctorū hac ꝓmeru
it sublimari honoris potētia. Fide
les iā psallite vocibus dantes clara
gaudia. Deuotis obsequiis colite
modo hec solēnia. Precursoris icli-
ta rex regū deus sēper tibi sūma po
testas sit virtus laus et gloria. Qui
gubernas oīa iā nostra clemēs vo-
ta fac tibi dignissima iohannis per
merita. Amore flagrāti nr̄as men-
tes irradia. Cōcedēs beata nobis in
dignis gaudia. Vt tibi melos super
nū laude perpetua. Cātemus tecū
regnātes cūcta per secula. Amē vox
sonet nostra.

Secundum Lucam. i. c.

In illo tempore. Elizabeth im
pletum est tempus pariendi:
et peperit filium. Et audierunt vi-
cini et cognati eius: quia magnifi-
cauit dn̄s misericordiam suam cū
illa. et congratulabantur ei. Et fa-
ctū est in die octauo venerunt circū
cidere puerū: et vocabant eū nomie
patris sui zachariam. Et respon-
dens mater eius: dixit Nequaq̄ͣ:
sed vocabitur iohannes. Et dixe-
runt ad illam. Quia nemo est in
cognatione tua: qui vocetur hoc
nomine. Innuebant autem pa-

tri eius: quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem: scripsit dicens. Johãnes est nomẽ eius. Et mirati sũt vniuersi. Apertũ est aũt ilico os eius et lingua eius: et loquebatur benedicẽs deũ. Et factus est timor super omnes vicinos eorũ: et super oĩa montana iudee: diuulgabãtur omĩa verba hec. Et posuerũt oĩs qui audierant in corde suo: dicẽtes. Quis putas puer iste erit? Et enĩ manus dñi erat cũ illo. Et zacharias pater eius ĩpletus est spiritu sãcto: et prophetauit dicens. Benedictus dñs deus israel: quia visitauit et fecit: redẽptionẽ plebis sue.

Offertoriũ. Justus vt palma florebit sicut cedrus q̃ in libano est multiplicabit

Secreta. Tua dñe muneribus altaria cumulamus: illius natiuitatem honore debito celebrãtes: qui saluatorẽ mundi et cecinit affuturũ et adesse demõstrauit dñm nr̃m iesũ xp̃m filiũ tuũ. Qui tecum. Coĩo. Tu puer propheta altissimi vocaberis preibis enĩ ãte faciẽ dñi parare vias eius.

Postcoĩo. Sumat ecclesia tua deus beati iohãnis baptiste generatione letitiã: per quẽ sue regenerationis cognouit auctorẽ: iesũ xp̃m dominũ nr̃m. Qui tecũ.

Sanctoꝝ iohãnis et pauli martyrũ. Introit⁹ Multe tribulationes iustorũ et de his omnibus liberauit eos dñs: dñs custodit oĩa ossa eorũ vnũ ex his non cõteretur. Ps. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Gloria patri.

Collecta. Quesumus omĩpotẽs deus: vt nos geminata letitia hodierne festiuitatis excipiat: que de beatorũ iohannis et pauli glorificatione procedit: quos eadẽ fides et passio vere fecit esse germanos. Per dominum nostrum iesum christum.

Ad corinthios. i. xv. c

Fratres. Ecce mysteriũ vobis dico. Omẽs quidẽ resurgem⁹ sed nõ oẽs ĩmutabimur. Jn momento in ictu oculi: in nouissima tuba Canet enĩ tuba: et mortui resurgẽt incorrupti: et nos immutabimur. Oportet enĩ corruptibile hoc induere ĩcorruptionẽ: et mortale hoc induere ĩmortalitatẽ. Cũ autem mortale hoc induerit ĩmortalitatẽ: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors ĩ victoriã. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimul⁹ tuus? Stimulus autẽ mortis: peccatum est. Virtus vero peccati: lex. Deo autẽ gratias qui dedit nobis victoriã per dñm nr̃m iesum xp̃m. Jtaq; fr̃es mei dilecti stabiles estote et ĩmobiles: abũdantes in omni opere dñi sẽper: scientes q̃ labor vester: nõ est inanis in dño. ℟. Ecce q̃ bonũ et q̃ iocundum habitare fratres in vnũ. ℣. Sicut vnguentũ in capite quod descẽdit in barbã barbã aaron. Alla. ℣. Isti sũt qui venerunt ex magna tribulatione et lauerunt stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni.

Secundum Lucam. xii. c

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Attendite a fermento phariseorum quod est hypocrisis. Nichil enim opertum est

quod non reueletur: neq3 absconditũ: quod non sciatur. Quoniã que in tenebris dixistis: et in lumine dicentur. Et quod in aure locuti estis in cubili: predicabitur in tectis. Dico autẽ vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidũt corpus: et post hec non habent amplius q̇d faciant. Ostẽdã autẽ vobis: quem timeatis. Timete eũ qui postq̃ occiderit: habet potestatem mittere in gehennã. Ita dico vobis: hunc timete. Nonne quinq3 passeres veneũt dipondio: et vnus ex illis nõ est in obliuione corã deo: Sed et capilli capitis vestri: om̃s numerati sũt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico autẽ vobis: om̃is quicunq3 confessus fuerit me corã hominibus: et filius hoĩs confitebitur illũ: coram angelis dei. Offr.

Gloriabũtur in te omẽs qui diligunt nomen tuum qm̃ tu benedices iusto dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos.

Secreta.

Hostias tibi dñe sanctorũ martyrũ tuorꝝ iohãnis et pauli dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidiũ. Per do.

Coĩo. Et si corã hoĩbus tormenta passi sũt deus tentauit eos tãq̃ aurũ in fornace probauit eos et sicut olocaustũ accepit illos.

Postcoĩo.

Sumpsimus dñe sanctorũ tuorũ iohannis et pauli solennia celebrantes sacramẽta celestia: presta q̃s: vt quod temporaliter gerimus: eternis gaudiis consequamur. Per dñm.

In vigilia petri et pauli apostolorũ. Introitus

Dicit dñs petro: cũ esses iunior cingebas te et ãbulabas vbi volebas cũ autẽ senueris extendes manus tuas et alius te cinget et ducet quo tu nõ vis hoc aũt dixit significãs qua morte clarificaturus esset deũ. Ps. Celi enarrãt gloriam dei: et opera manuũ eius annũciat firmamentũ.

Collecta.

Presta q̃s omp̃s deus: vt nullis nos permittas perturbatiõibus concuti: quos in apostolice cõfessionis petra solidasti. Per do.

Leonis pape. Collecta.

Deus qui beatũ leonẽ pontificẽ sanctorũ tuorũ meritis coequasti: cõcede ꝓpicius: vt qui cõmemorationis eius festa percolimus: vite quoq3 imitemur exẽpla. Per d.

Lectio actuũ apostolorũ. iii. c.

In dieb9 illis. Petr9 et iohãnes ascẽdebant in tẽplũ: ad horam oratiõis nonã. Et quidã q̇ vir erat claudus ex vtero matris sue baiulabat: quẽ ponebãt quotidie ad portã tẽpli que dicit̃ speciosa: vt peteret elemosynã ab ĩtroeũtibus in tẽplũ. Is cũ vidisset petrũ et iohãnẽ incipientes ĩtroire in tẽplũ: rogabat vt elemosynã acciperet. Intuens autẽ in eũ petr9 cũ iohãne: dixit. Respice in nos. At ille intẽdebat in eos: sperãs se aliq̇d acceptuꝝ ab eis. Petr9 autẽ dixit. Argentũ et aurũ non est michi: q̇d autẽ habeo hoc tibi do. In noĩe iesu x̄pi nazareni: surge et ãbula. Et apprehẽsa manu eius dextera alleuauit eum: et protinus consolidate sunt bases eius et plante. Et exiliens stetit et ambulabat: et

intrauit cum illis in templū: am-
bulans et exiliens et laudās deum
Et vidit omnis populus eum am
bulantē et laudantem deū. Cogno
scebāt autem illū ꝙ ipse erat qui
ad elemosynam sedebat ad specio-
sam portam templi. Et repleti sūt
oēs stupore et extasi. in hoc quod ac
ciderat illi. R. In oēm terram exiuit so
nus eorū et in fines orbis terre verba eo-
rum. V. Celi enarrant gloriā dei et ope-
ra manuū eius annūtiat firmamentum

Secundum Johannem. xxi. c

In illo tēpore. Dixit iesus pe-
tro. Simon iohannis: diligis
me plus his? Dicit ei. Etiam dn̄e:
tu scis q̄ amo te. Dicit ei. Pasce a-
gnos meos. Dicit ei iterū. Simon
iohānis diligis me? At ille. Etiam
dn̄e: tu scis q̄a amo te. Dicit ei iterū
pasce agnos meos. Dicit ei tertio
Simō iohānis amas me? Cōtristatus
est petrus: q̄ dixit ei tertio amas me
et dixit ei. Dn̄e: tu omnia nosti. Tu
scis q̄a amo te. dicit ei. Pasce oues
meas. Amē amē dico tibi. Cū esses
iunior cingebas te: et ābulabas vbi
volebas. Cū autē senueris extēdes
manus tuas et alius te cinget: et du
cet quo tu nō vis. Hoc autē dixit: si-
gnificās qua morte clarificaturus
esset deū. Offer. Michi autē nimis ho
norati sūt amici tui deus nimis conforta
tus est principatus eorū. Secreta.

Munus populi tui dn̄e q̄s apo
stolica itercessione sanctifica
nosq̄ʒ a peccatorū nostrorū maculis
emunda. Per dn̄m. Alia Secreta.

Annue nobis dn̄e q̄s vt inter
cessione beati leonis pontifi
cis hec nobis prosit oblatio quā im
molando totius mūdi tribuisti re-
laxari delicta. Per dn̄m. Coio. Si-
mon iohānis diligis me plus his dn̄e tu
oīa nosti tu scis domine quia amo te.

Quos celesti dn̄e Postcoio.
alimēto saciasti: apostolicis
intercessionibus ab omi aduersita
te custodi. Per. Alia postcoio

Deus qui aīe famuli tui leōis
eterne beatitudinis premia cō
tulisti: cōcede propitius: vt qui pec-
catorū nostrorū pondere pmimur:
eius apud te intercessionibus suble
uemur. Per dn̄m. In die sāctorū
petri et pauli. Introitus.

Nunc scio vere q̄a misit dn̄s
angelū suum et eripuit me
de manu herodis et de omi
expectatione plebis iudeorū. Ps. Et
petrus ad se reuersus dixit. Collecta.

Deus qui hodiernā diē aposto-
lorū tuorū petri et pauli mar-
tyrio cōsecrasti: da ecclesie tue eorū
in oībus sequi preceptū: p quos re-
ligionis sumpsit exordiū. Per do.

Lectio actuū apostolorū. xii. c.

In diebus illis. Misit herodes
rex manus vt affligeret quosdā
de ecclia. Occidit aūt iacobū frēm
iohānis gladio. Vidēs aūt q̄ place-
ret iudeis: apposuit apprehēdere et
petrū. Erāt aūt dies azimorū. Quē
cū apprehēdisset misit in carcerem
tradēsq̄ʒ quatuor quaternionibus mi-
litū custodiendū: volēs post pascha
pducere eū populo. Et petrus quidē
seruabat in carcere. Oratio autē fi
ebat sine itermissione ab ecclia ad
deū pro eo. Cū autē pducturus eū esset

herodes in ipsa nocte erat petr⁹ dormiens inter duos milites vinctus cathenis duabus / et custodes ante ostium custodiebant carcerē. Et ecce angelus dn̄i astitit: et lumen refulsit in habitaculo. Percussoq; latere petri: excitauit eū dicens. Surge velociter. Et ceciderunt cathene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Precingere: et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circunda tibi vestimentū tuū: et sequere me. Et exiēs sequebatur eū: et nesciebat quia verū est ꝙ fiebat per angelū. Existimabat autē se visum videre. Transeūtes autē primam et secundā custodiam. venerūt ad portam ferreā que ducit ad ciuitatē: que vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicū vnū et continuo discessit angelus ab eo Et petrus ad se reuersus dixit. Nūc scio vere qui misit dominus angelum suū: ⁊ eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeorum. ℟. Constitues eos principes super oēm terram mēores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sūt tibi filii ꝓpterea ꝑpli ꝯfitebūtur tibi. Alleluia. ℣. Solue iubēte deo terrarum petre cathenas qui facis vt pateant celestia regna beatis. Prosa.

Laude iocunda melos turma personet. Jūgēdo verba symphonia rithmica. Concrepans inclita armonia vera secli lumia. Luce qui aurea illustrarunt mundi regna omnia. Vernant fortia iā quorum trophea in celi regia. Quorū merita dissoluunt crimina hac die fulgida. Nam alter crucis supplicio triumphans alter ensis iugulo vterq; nitet laurea. Et super sublimes sydera insignes victoria celica prelati sunt in curia. Hinc beate petre qui maxima referas claudis verbo celi limina. Sume pius vota fidelia peccati cūcta resoluendo vincula. Sacra paule ingere dogmata illustrās plebis pectora. Et quousq; det deus perfecta vltro firmantes sydera. Dulcis qua resultat musica virtutū fidibus atq; melos cōcinat. Jn qua symphonia nascetur est illa que vera dyatesseron prima. Constans virtute et iustitia. Temperantia et prudentia. Quibus supera agmina rite decusata christo cātica psallāt in armonia. Nostra sūt quorū socia illa dant lumina quis preconia demus ꝑpelirica. Sublime dicant nunc oīa amen redēpta.

Secundum Matheum. xvi. c

In illo tempore venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alii iohānem baptistam. Alii autem helyā alii vero hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dixit illis iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens autem simon petr⁹: dixit. Tu es christus filius dei viui. Respondens autem iesus: dixit ei. Beatus es simon bariona: quia caro et sanguis nō reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis. Et ego dico tibi: quia tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.

Et porte inferi: non preualebũt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunqꝫ ligaueris super terram: erit ligatum et in celis. Et quodcunqꝫ solueris super terram: erit solutũ et i celis. Credo dicit et i oibus festis aplorum. Offer. Constitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui in oi progenie et generatione. Secreta

Hostias domine quas nomini tuo sacrandas offerimus / apostolica prosequatur oratio: per quas nos expiari tribuis et defendi. Per dominum. Prefatio. Te domine suppliciter exorare. Coio. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcoio

Quos celesti domine alimẽto saciasti: apostolicis intercessionibus ab omi nos aduersitate custodi. Per dominũ nostrum.

In cõmemoratione sancti pauli. Ad missam Introitus.

Scio cui credidi et certus sũ: quia potẽs est depositũ meum seruare in illum diem. ℣. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meam et resurrectionem meam. Collecta

Deus qui multitudinem gentium beati pauli apostoli predicatione docuisti: da nobis quesumus ut cuius natalicia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dñm

Ad Galathas. i. ca.

Fratres: Notũ vobis facio euãgelium quod euangelizatum est a me: quia non est secundũ hominem. Neqꝫ enim ego ab homine accepi illud neqꝫ didici: sed per reuelationem iesu christi. Audistis eni cõuersationem meam aliquando in iudaismo / quoniã supra modũ persequebar ecclesiam dei: et expugnabam illam et proficiebam in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo: abũdãtius emulator existẽs paternarũ mearũ traditionum. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris mee et vocauit per gratiam suam ut reuelaret filium suum in me ut euangelizarem illum in gentibus: continuo non acquieui carni et sanguini. Neqꝫ veni hierosolymam ad antecessores meos apostolos sed abii i arabiam: et iterum reuersus sũ damascum. Deinde post annos tres veni hierosolymã videre petrum: et mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum vidi neminem nisi iacobum fratrem dñi. Que autem scribo vobis: ecce corã deo quia non mentior. Deinde veni in partes syrie et cilicie. Erã aũt ignotus facie ecclesiis iudee: q̃ erãt in christo. Tãtũ aũt auditũ habebã quoniam qui persequebat nos aliquãdo: nunc euãgelizat fidẽ quam aliqñ expugnabat: et in me clarificabãt deum. ℟. Qui operatus est petro in apostolatum operatus est et michi inter gentes et cognouerunt gratiã dei que data est michi ℣. Gratia dei in me vacua non fuit sed gratia eius semper i me manet. Alleluia. ℣. Magnus sanctus paulus vas electionis vere digne est glorificãdus. Prosa. Clare sanctorũ. In coi folio. i. Secundum matheũ.

IN illo tempore: Dixit simon
petrus ad iesum. Ecce nos reli
quimus omnia: et secuti sumus te:
Quid ergo erit nobis: Jesus autē
dixit illis. Amen dico vobis: ꝙ vos
qui secuti estis me: in regeneratione
cum sederit filius hominis in sede
maiestatis sue: sedebitis et vos sup
sedes duodecim iudicantes duode-
cim tribus israel. Et omnis qui re-
liquerit domū vel fratres / aut soro
res / aut patrem / aut matrē / aut vxo
rem / aut filios / aut agros / propter
nomen meum: centuplum accipi
et: et vitam eternam possidebit.
Offerto. Michi autē nimis honorati
sunt amici tui deus nimis cōfortatus est
principatus eorū. Secreta.
ECclesie tue quesumus domi-
ne preces et hostias apostolica
commendet oratio: vt quod pro il-
lorum gloria celebramus / nobis p-
sit ad veniam. Per dominū Coio.
Amē dico vobis ꝙ vos qui reliquistis oīa
et secuti estis me centuplū accipietis et vi
tā eternā possidebitis. Postcoio.
PErceptis domine sacramen-
tis beatis apostolis interueni
entibus deprecamur: vt que pro illo
rum celebrata sūt gloria / nobis pro
sint ad medelam. Per dominū.
Sancti theobaldi cōfessoris. Intro.
OS iusti meditabitur sapiē-
tiam et lingua eius loquet
iudicium lex dei eius in cor
de ipsius. Ps. Noli emulari in malignā
tibus neqꝫ zelaueris facientes iniquitatē
Gloria patri. Collecta
DEus qui nobis egregii confes
soris tui theobaldi memoriā
celebrare cōcedis fac nos quesumꝰ
eius semper meritis precibusqꝫ mu
niri cuius deuote vite agonia tribu
is gloriari. Per do. Epla. Justū de-
duxit dominus. In coī folio vii. R.
Inueni dauid seruū meū oleo sācto meo
vnxi eum manus enī mea auxiliabitur ei
et brachium meū cōfortabit eū. V. Nichil
proficiet inimicus in eo et filius iniquita
tis nō nocebit ei. Alleluia. V. Dispo-
sui testamentū electis meis iuraui dauid
seruo meo. Euāg. Vos estis sal terre.
In cōmuni folio. vi. Offer. Inueni
dauid seruū meū oleo sancto meo vnxi eū
manus enī mea auxiliabitur ei et brachi-
um meū confortabit eū. Secreta
HOc domine quesumus futu
ri sacramenti munus iterue-
niente beatissimo cōfessore tuo the-
obaldo tue maiestatis sanctificetur
obtuitu: et eterne conciliet nos vite.
Per dn̄m. Coio. Fidelis seruus et pru-
dens quē constituit dn̄s super familiā su-
am vt det illis in tēpore tritici mēsuram.
COmpleta diuini Postcoio
nos quesumus domine sacra
menti susceptio interueniente san-
ctissimo confessore tuo theobaldo /
⁊ a peccatorum vetustate emaculet:
et ad celestis conuiuii mensam con
fidenter inuitet. P dn̄m
In visitatione beate marie virgi-
nis Ad missam. Introitus.
GAudeamus omnes in dn̄o
diem festum celebrātes sub
honore marie virginis de cu
ius visitatione gaudēt angeli et col
laudant filium dei. Ps. Cantate dn̄o
canticū nouū. quia mirabilia fecit. Glo-
ria patri. Collecta.

Omnipotens sempiterne deus qui mysterium incarnationis filii tui ab angelo nunciatum in visitatione beate marie exultationē iohannis in utero et exclamationē matris eius elizabeth amplius magnificare dignatus es: concede propicius: ut assidua visitatione tua cōsolemur: et a cūctis periclis eruamur. P. Lectio libri sapientie. Cāticorū. ii.

Ecce iste venit saliens in montibus: transiliēs colles. Similis est dilectus meus capree: hinnuloque ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras: prospiciens per cancellos. En dilectus me⁹ loquitur michi. Surge propera amica mea colūba mea formosa mea et veni. Jam enim hiems transiit: imber abiit et recessit. Flores apparuerūt in terra nostra: tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra / ficus ꝓtulit grossos suos: vinee florentes dederunt odorem suū. Surge ꝓpera amica mea speciosa mea et veni: columba mea in foraminibus petre: ī cauerna macerie. Ostēde michi faciē tuam: sonet vox tua ī auribus meis. Vox enim tua dulcis et facies tua decora. ℟. Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera fact⁹ homo. Alleluia. ℣. Respexit dominus humilitatem ancille sue ecce enim ex hoc beatā eam dicēt omnes generationes. Prosa

Ave maria gratia plena. Dominus tecum virgo serena. Benedicta tu in mulieribus. Que peperisti pacem hominibus et angelis gloriam. Et benedictus fructus ventris tui. Qui coheredes ut essemus sui nos fecit per gratiam. Per hoc autem aue mundo tam suaue contra carnis iura. Genuisti prolē nouum stella solem noua genitura. Tu parui et magni leonis et agni saluatoris christi templum extitisti sed virgo intacta. Tu floris et roris panis et pastoris virginū regia rosa sine spina genitrix es facta. Tu ciuitas regis iusticie Tu mater es misericordie. De lacu fecis et miserie. Theophilum reformās gratie. Te collaudat celestis curia. Tu mater es regis et filia. Per te reis donatur venia. Per te iustis confertur gratia. Ergo maris stella verbi dei cella et solis aurora. Paradisi porta per quam lux est orta natum tuum ora. Ut nos soluat a peccatis et ī regno claritatis quo lux lucet sedula collocet per secula. Amen.

Secundum Lucam. .i.

In illo tempore: Exurgens maria abiit in montana cum festinatione in ciuitatem iuda: et intrauit in domum zacharie: et salutauit elizabeth. Et factum est ut audiuit salutationē marie elizabeth: exultauit infans in utero eius Et repleta est spiritu sancto elizabeth: et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus vētris tui. Et unde hoc michi ut veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tue in auribus meis: exul-

tauit in gaudio infãs in vtero meo
Et beata que credidisti: quoniã per
ficientur ea que dicta sunt tibi a do
mĩo. Et ait maria Magnificat ani
ma mea dominũ. Et exultauit spi
ritus meus: i deo salutari meo. Qr
respexit humilitatem ancille sue: ec
ce ex hoc beatam me dicent omnes
generationes Quia fecit michi ma
gna qui potens est: et sanctum no
men eius. Et misericordia eius a p
genie in progenies: timentibus eũ.
Fecit potentiam in brachio suo: di
spersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede: et exal
tauit humiles. Esurientes imple
uit bonis: et diuites dimisit inanes
Suscepit israel puerum suum: me
morari misericordie sue. Sicut lo
cutus est ad patres nostros: abrahã
et semini eius in secula. Mansit au
tem maria cum illa quasi mensib⁹
tribus: et reuersa est in domum su
am. Offer. Filie regum in honore tuo
astitit regina a dextris tuis in vestitu de
aurato circundata varietate. Secreta.

Omnipotens sempiterne deus
qui curam de omibus in te cõ
fidentibus sẽper habes presta que
sumus: vt per oblationem quam ti
bi offerimus: visitationem spiritu
alem gloriose virginis marie in no
stris necessitatibus sẽtiamus. Per.
Cõmunio. Beata viscera marie virgi
nis que portauerunt eterni patris filium

Postcõio. Omnipotens sem
piterne deus qui nos cõmemo
ratione visitationis sanctissime vir
ginis marie matris dei letificare di
gneris presta quesumus per hoc sa
crificium quod sumpsim⁹: vt a tue
visitationis gratia nullatenus exci
damus. Per dominum.

Aliud enim officium in festo visi
tationis beate marie virginis per
Sixtum papam quartum cum in
dulgentiis amplissimis institutum.

Ad missam Introitus

Transite ad me omnes qui
concupiscitis me et a gene
rationibus meis impleme
ni. Ps. In me gratia omnis vie et verita
tis: in me oĩs spes vite et virtutis. Colla.

Deus cuius vnigenitus vtero
adhuc virginis clausus iohan
nem baptistam maria salutãte spi
ritu sãcto priusq̃ nasceretur imple
uit: da ecclesie tue: vt quos spiritali
regeneratione concepit purificatos
tibi filios pariat adoptionis. P eũ.
Lcõ libri sapiẽtie. Ecclesiastici. xxiiii.

Ego quasi terebinthus extendi
ramos meos: et rami mei ho
noris et gratie. Ego quasi vitis fru
ctificaui suauitatem odoris: et flo
res mei fructus honoris et honesta
tis. Ego mater pulchre dilectionis
et timoris: et magnitudis et sancte
spei. In me gratia omnis vie et ve
ritatis: in me omnis spes vite et vir
tutis. Transite ad me omẽs qui cõ
cupiscitis me: et a generationib⁹ me
is adimplemini. Spiritus enĩ me
us sup mel dulcis: et hereditas mea
super mel et fauum. Memoria mea
in generatione seculorum. R. Ego
effudi flumina ego quasi trames aque i
mẽse ego quasi fluuius dorix et sicut aque
ductus exiui a paradiso. V. Rigabo ortũ
plantationum et inebriabo partus mei

fructum. Alleluia. ℣. Ut facta est vox salutationis tue in auribus meis exultauit in gaudio infans in utero meo. Euang. Exurgens maria. vt̃s in missa precedenti. Offertoriũ. Unde hoc michi ut veniat mater domini mei ad me beata que credidisti quoniam perficietur in te que dicta sunt tibi a domino et ait maria magnificat anima mea dominum et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Secreta

Suscipe quesumus domine fidelis populi vota ut qui te ab utero inuiolate virginis precursorem in utero sanctificasse congaudet: ipse quoque a te in utero matris ecclesie sctificari mereatur. Qui viuis et regnas cum deo patre. In vnitate spiritus sãcti deus. Cõmunio. Mãsit autẽ maria cum illa quasi mẽsibus tribus et reuersa est in domũ suã. Postcõ.

Sacra libantes mysteria te domine suppliciter deprecamur ut ecclesia tua visitationis mysteria recolens visitãtis et visitate meritis subleuata ab instantibus malis et periculis eruatur. Per dñm.

Processi et martiniani. Introit⁹

Iudicabunt sancti gentes et dominabuntur populis: et regnabit dominus illorum in perpetuũ. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Gloria patri et filio. Collecta

Deus qui nos sanctorum tuorũ processi et martiniani confessionibus gloriosis circundas et protegis: da nobis et eorum imitatione proficere/ et intercessiõe gaudere. P. Ad Corinthios. ii. i.

Fratres: Benedict⁹ deus et pater domini nostri iesu christi: pater misericordiarum et deus toti⁹ cõsolationis: qui consolatur nos in oĩ tribulatione nostra/ ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationẽ qua exhortamur/ et ipsi a deo. Quoniam sicut abundant passiones christi in nobis: ita et per christum abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur pro vestra exhortatione et salute: siue cõsolamur pro vestra cõsolatione: siue exhortamur: pro vestra exhortatione et salute que operatur tolerantiam earundẽ passionum quas et nos patimur: ut spes nostra firma sit pro vobis. Scientes quoniam sicut socii passionum estis: sic eritis et consolationis. In christo iesu: domino nostro. ℟. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate domino cãticũ nouum laus eius in ecclesia sãctorũ. Alleluia. ℣. Te martyrũ cãdidatus laudat exercit⁹ dñe. Secũdũ Matheũ. xxiiii.

In illo tempore: Sedente iesu super montem oliueti: accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes. Dic nobis quando hec erunt et quod signum aduentus tui: et consummationis seculi: Et respondẽs iesus dixit eis. Uidete ne quis vos seducat. Multi enim veniẽt in nomine meo dicentes ego sum christus: et multos seducent. Audituri enĩ estis prelia et opiniones preliorum: videte ne turbemini. Oportet enim hec fieri: sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem/ et regnũ

in regnũ: et erũt pestilẽtie et fames/ et terremotus per loca. Hec autẽ oia initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem et occidẽt vos et eritis odio oĩbus gẽtibus propter nomẽ meũ. Et tunc scãdalizabunt multi: et inuicẽ tradẽt: et odio habebũt inuicẽ. Et multi pseudo prophete surgent et seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorũ. Qui autem perseuerauerit vsqꝫ i finẽ. hic saluꝰ erit. Offer. Gloriabuntur in te omẽs qui diligunt nomen tuũ quoniam tu benedices iusto domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Suscipe dñe preces nostras et munera que vt tuo sint digna cõspectui: sanctorum tuorũ quesumꝰ precibus adiuuemur. p dñm. Coĩo Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ. Postcoĩo.

Corporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine qs domine deus noster: vt quod pia deuotione gerimus: certa redẽptione capiamus. p dñm. In translatione Sancti martini. Introitus

Statuit ei dominꝰ testamẽtum pacis et principẽ fecit eum vt sit illi sacerdotii dignitas in eternũ. Ps. Misericordias domini: in eternũ cantabo. Gloria. Colla.

Deus qui populo tuo eterne salutis beatũ martinum ministrum concessisti: presta quesumus vt quem doctorem vite habuimꝰ in terris: intercessorem semper habere mereamur in celis. Per do. Epistola. Ecce sacerdos. In coĩ folio. vii. R. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. V. Vitã petiit et tribuisti ei longitudinẽ dierũ in seculum seculi. Alleluia. V. Martinus abrahe sinu letus excipitur. Prosa

Gaude precelsa iubilet nũc oĩs concio deo digna vocis debita retinens dulciter organa. Cõcrepet per auras multiplex melodia p hec presulis summi martini solennia. In quo sibi diuina sedem locauit sophia. Ac septiformi flatu eius rorauit pectora. Digne laudemus cuncta regentem secla. Hac qui lucerna nostra donans fulgida. Sic venustauit climata sydus amenũ gemma sacerdotum et lux seculorum terrea discicens nubila. Sublimatus syderea vernans in aula celi simul omis applaudat chorea dulcia conferens famina. Rigenti pruina diuina algentia membra obtexisti lacerna. Et necdum baptismi sacrata regenerantis contigerat lauachra. Agnosce o inquit iesus cathecuminus tua quis me texisti pallia. Stipatus celestis tibi apparẽs militia eminus nocte serena. Te theotocos agia ob preclara facta. Celsa celorum regia cum virginũ turma asciuit supera vbi prophetis compar pater sãcte tripudias cum gloria nostra excuses scelera. Primꝰ in curia voces inde nũc nostras flagitemus exaudi hũilimas releuãs miserias. Qui prece tartarea ter sol uisti numina. Dilapsos ad infima reduc ad sublimia. Suffragãte dei gratia lepre pellens osculo cõtagia

Imperante iugi precatu viciorum dilue purgamina. O virum omnimoda boni ditatum prerogatiua. Cui vera christ⁹ vita ꝛ mori lucra prestant maxima. Jam pro nobis supplica quo tua prece sancta conscendentes supera carnis abiecta sarcina. Agni post vestigia letemur exornati immarcescenti laurea luce micantes splendida: Digne decusata quia te assumpserunt vna. Electorū sacra congratulantur milia. Cunctorum illud supplicando perferas precamina. Quicunqꝫ hec recolendo gaudent solēnia. Precellēs enarchos in ethera. Amen. Euangeliū Uidete vigilate et orate. In coi fo. ix

Offr. Ueritas mea ꝛ misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta

Omnipotens sempiterne deus munera tue maiestati oblata per intercessionē beati martini confessoris tui atqꝫ pontificis: ad perpetuam fac nobis proficere salutem. Per dn̄m. Coio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem amen dico vobis super oia bona sua constituet eum. Postcoio

Sacramenta salutis nostre suscipientes concede quesumus misericors de⁹ vt beati martini nos vbiqꝫ oratio adiuuet: in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per dn̄m. In octabis apostolorum petri et pauli. Introitus.

Sapiētiam sanctorum narrēt populi et laudē eorum nunciat ecclesia nomina autē eorum viuent in seculum seculi. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Gl̄a. Coll'a

Deus cuius dextera beatum petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit et coapostolum eius paulum tercio naufragantem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propicius ꝛ concede: vt amborū meritis eternitatis gloriam cōsequamur. P. Ep'la. Hi sūt viri misericordie. In cōmuni folio.

V. R. Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie. V. Uisi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. Alleluia. V. Sācti tui domine benedicent te gloriam regni tui dicent. Secundū Matheū xiiii

In illo tempore: Jussit iesus discipulos suos ascendere in nauiculam: ꝛ precedere eum trans fretum donec dimitteret turbas Et dimissa turba: ascendit in mōtem solus orare. Uespere autem facto: solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis: venit ad eos ambulans supra mare. Et videntes eum supra mare ambulantem: turbati sunt dicentes quia fantasma est. Et pre timore clamauerūt. Statimqꝫ iesus locutus est eis/dicens. Habete fiduciam. Ego sum: nolite timere. Respondens autem petrus dixit. Domine si tu es: iube me venire ad te super aquas. At ipse ait. Ueni. Et descendens petrus de nauicula ambulabat super aquam vt veniret ad iesum. Uidens vero ventum validum: timuit Et cum cepis

set mergi: clamauit dicens. Domine saluum me fac. Et continuo iesus extendens manum apprehendit eum: et ait illi. Modice fidei quare dubitasti? Et cū ascendisset in naniculam: cessauit ventus. Qui autē in nauicula erant: venerunt et adorauerunt eum dicentes. Vere: filius dei es. Credo. dicitur. Offertoriū. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Offerimus domine tibi preces et munera que vt tuo sint digna conspectui apostolorum tuorū petri et pauli precibus adiuuemur. Per dominū. Prefatio. Te domine. suppliciter. Cōmunio. Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace.

Protege domine Postcōio populum tuum: et apostolorum tuorum patrocinio confidentē perpetua defensione conserua. p dñm

Marcialis episcopi. Introitus

Statuit ei dominus testamentum pacis et principē fecit eum vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. ps. Misericordias domini in eternum cātabo. Gloria patri. Collecta.

Omnipotens sempiterne deus qui beatum marcialem pontificem tuū ecclesie tue sācte preesse voluisti: pīa q̄s: vt ei⁹ suffragātib⁹ meritis nobis pietatis tue gratiā largiaris. p do. Epla. Ecce sacerdos. In cōmuni folio. vii. R. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi. Alleluia. V. Iustus germinabit sicut lilium et florebit in eternum ante dominum. Euangeliū Designauit.

Offertoriū Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta

Sacrificium tibi domine laudis offerimus pro sancti celebritate marcialis pontificis: vt propiciationem tuam quam nostris operibus nō meremur piis suffragatoris itercessiōibus assequamur. Per dominum nostrū. Cōmunio. Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo gloriam et magnū decorē ipones sup eū dñe

Vna sancta sumen Postcō tes q̄s domie deus noster: vt beati marcialis confessoris tui atq̄ pōtificis nos foueāt cōtinuata psidia p Septē fratrū mar. Introitus

Laudate pueri dominū laudate nomen domini qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum letantem. ps Sit nomen domini benedictū ex hoc nūc et vsq̄ in seculum. Collecta

Presta quesumus omnipotēs deus vt qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. p dominū no. Epistola. Iustorum anime. In cōmuni folio. v. R. Aīa nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. V. Laqueus contritus est et nos liberati sumus adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram. Alleluia. V. Laudate pueri dominum laudate nomē

domini. Euāgelium. Uidēs turbas iesus. In cōmuni folio. vi. Offerto. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium laqueus contritus est et nos liberati sumus. Secreta

Intemerata mysteria domine pro sanctorum tuorum cōmemoratione deuota mēte tractemur quibus nobis et presidium crescat & gaudium. Per dominum nostrum Cōmunio. Quicunqz fecerit voluntatē patris mei qui in celis est ipse meus frater soror et mater est dicit dñs. Postcoio

Presta quesumus omnipotēs et misericors deus vt quorum memoriam sacramenti participatione recolimus fidem quoqz proficiendo sectemur. Per dominū nrm

In trāslatiōe sācti benedicti Intro.

Os iusti meditabitur sapiētiam et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus neqz zelaueris facientes iniquitatem. Gloria pa. Collecta.

Intercessio nos quesumus domine beati benedicti abbatis commendet: vt quod nostris meritis non valemus: eius patrocinio consequamur. p dñm. Epla. Benedictio dñi super caput iusti. Quere supra in vigilia sancti andree. R. Inueni dauid seruū meū oleo sācto meo vnxi eum manus eni mea auxiliabitur ei et brachium meū cōfortabit eū. V. Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis nō nocebit ei. Alleluia. V. Disposui testamentū electis meis iuraui dauid seruo meo. Euangeliū. Uos estis sal terre. In cōmuni folio vi. Offerto. Inueni dauid seruum meum oleo sancto meo vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meū confortabit eū.

Sacris altarib⁹ dñe ho Secre. stias superimpositas sanct⁹ benedictus quesumus in salutē nobis prouenire deposcat. p do. Coio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suā vt det illis in tēpore tritici mensurā. Postcoio.

Protegat nos domie cum tui perceptione sacramenti: beatus benedictus abbas pro nobis intercedendo: vt et conuersatiōis eius experiamur insignia/et tua nos cōsolatio semper extollat. p dñm

In inuētione scti quītini mar. itro.

Letabit̄ iustus in dño et sperabit in eo et laudabuntur oēs recti corde. Ps. Exaudi deus orationem meā cum deprecor: a timore inimici eripe aīam meā. Gla. Colla.

Adesto q̄s dñe supplicationibus nostris: vt qui ex iniq̄tate nostra reos nos esse cognoscim⁹ beati quītini martyris tui intercessione liberemur. p. Epla. Beatus vir q̄ in sapiētia morabit̄. In coi fo. ii. R. Dñe preuenisti eū in benedictionibus dulcedis posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. V. Uitā petiit et tribuisti ei longitudinē dierū in seculū seculi. Alla. V. Letabitur iust⁹ in dño et sperabit in eo et laudabūtur oēs recti corde. Euā. Si quis vult venire post me. In coi folio. iii. Offa. Gloria et honore coronasti eū et cōstituisti eum super opera manuū tuarū dñe. Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusqz susceptis:

et celestibus nos munda mysteriis et clemēter exaudi. Per dñm. Coio.
Magna est gloria eius i salutari tuo gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postcoio
Quesumus omnipotens deus vt qui celestia alimenta percepimus intercedente beato quītino martyre tuo per hec contra omnia aduersa muniamur. Per dñm

Alexii confessoris. Collecta
Deus qui beato alexio confessori tuo tribuisti vt noua mūdū arte illuderet/et de hoste generis humani mirabiliter triumpharet concede propicius: vt eius semper muniamur auxiliis cuius salutiferis erudimur exemplis. Per do. Secre
Propiciare domine supplicationibus nostris: et interueniēte beato alexio confessore tuo his sacramentis celestibus seruientes ab omni culpa liberos esse concede: vt purificante nos gratia tua his quibus famulamur mysteriis emundemur. Per dñm. Postcoio
Et nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus alexius confessor tuus quesumus precator accedat. Per dñm nostrū.

Rethicii epi et cōfesso. eduen. Intro.
Statuit ei dominus testamentum pacis et principem fecit eum vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. Gloria patri et filio. Collecta.
Exaudi dñe pces nostras quas in sancti rethicii cōfessoris tui atqȝ pōtificis solennitate deferimus: et qui tibi digne meruit famulari/ eius intercedentibus meritis/ ab oībus nos absolue peccatis. Per dñm
Epistola. Ecce sacerdos magnus. In cōmuni folio vii. R. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo V. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi. Alleluia. V. Justus germinabit sicut lilium et florebit in eternum ante dominum. Prosa. Psallat edua. In cōmuni folio iii. Euange. Sint lūbi vestri. In cōmuni folio viii. Offer. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta
Hostias tibi domine pro commemoratione sancti rethicii: confessoris tui atqȝ pontificis offerimus suppliciter deprecantes: vt sicut illi prebuisti sacram fidei claritatem/ sic nobis indulgentiam largiaris et pacem. P dñm. Cōmunio
Beatus ille seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem amē dico vobis super omnia bona sua constituet eū. Postcoio:
Sumentes domine gaudia sempiterna participatione sacramenti presta quesumus: vt beati rethicii cōfessoris tui atqȝ pontificis cuius natalicia colimus precibus adiuuemur. P dñm.

Margarete virginis. Introitus.
Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē ppterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi Gloria patri. Collecta.
Deus qui beatam virginē margaretā ad celos per martyrii

palmam venire fecisti concede propicius: vt eius exempla sequentes ad te peruenire mereamur. Per do. Epistola Qui gloriatur. In coi fo. r. R. Specie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua Alleluia. V. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. Euangeliu. Simile est regnu celorum thesauro. In coi fo. xi. Offr. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione adducentur in teplu regi dno. Secreta.

Hec victima quesumus domine pro beate virginis margarete martyrio oblata: et mentium sanctitatem et corporum obtineat sanitatem. Per dominum. Coio. Feci iudicium et iusticiam dne ne calumnientur michi superbi ad omnia mandata tua dirigebar oem viam iniquam odio habui

Huius domine per Postcoio ceptione sacramenti et beate margarete virginis intercessione et tu in nobis manere dignare et nos in te vicissim manere concede. Per dominum nostrum iesum.

Praxedis virginis Introitus

Loquebar de testimoniis tuis in cospectu regum et no confundebar et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis Ps. Beati imaculati in via: qui ambulat in lege domini. Gloria. Collecta.

Presta quesumus domine mentibus nostris cum exultatione prouentum: vt beate praxedis cuius diem passionis annua deuotione recolimus: fidei eius constantiam consequamur. Per dnm no. Epistola Qui gloriatur. In coi fo. r. R. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem. V. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alleluia. V. Adducentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi in leticia. Euagelium. Simile est regnu celoru thesauro. In coi folio. xi. Offr. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum et in seculu seculi. Secreta

Preces nostras quesumus domine propiciatus admitte: et dicandum tibi sacrificiu beate praxedis festiuitas comedet. Per dnm. Comunio. Simile est regnum celoru homini negociatori querenti bonas margaritas inuenta vna preciosa margarita dedit oia sua et coparauit ea. Postcoio

Sancte praxedis virginis tue precibus confidentes: quesumus domine: vt per ea que sumpsimus eterna remedia capiamus. Per dominum nostrum iesum.

Scte marie magdalene. Introitus

Gaudeamus omnes in dno diem festum celebrates sub honore marie magdalene de cuius solennitate gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Gloria pa. Collecta

Largire nobis clementissime pater: quo sicut beata maria magdalene dominum nostrum iesum christum super omnia diligendo suorum obtinuit veniam peccaminum: ita nobis apud misericordiam tuam sempiterna impetret bea

titudinem. Per eundem. Epistola.
Mulierem fortem quis inueniet.
In cõmuni folio .x. R. Cõcupiuit rex
decorem tuum quoniam ipse est domin⁹
deus tuus. V. Audi filia et vide et inclina
aurem tuam et obliuiscere populum tuũ
et domũ patris tui. Alleluia. V. Opti-
mam partem elegit sibi maria que nõ au
feretur ab ea in eternum. Prosa

Summe de⁹ exaudi preces no
stras. Jesu deuote tibi quas
fundimus in tua redempti magna
gratia. Qui es spes sola miseris oĩ-
bus in cuius et nutu prestãt secula.
Cuius maiestas sancta casu perdi-
ta efficit integra. Atq pietas sum-
ma munda noxia hominum scele-
ra. Testis est enim maria magda-
lene tua munera. Adest que sen-
sit lurida viciorum sorde plurima.
Hec quia te dilexit super omnia. Di
missa sunt ei multa crimina. Dei-
tas quam superna respicit clemen-
tia. Hanc sibi facit ferre mistica ser-
uicia. Ecce dei lachrymis pedes irri
gat nitida iam percepta venia. At-
q caput vngit iam virtutis tenens
numina doxa fulta deica. Dũ hoc
egisset tam pie felix maria dans oĩ
bus exempla audit a domio dulcia
verba. Fides te saluat in pace vade.
Dilecta tua tibi manent premia in
me sperantibus maria formia. Er-
go cõpos salutis eterne o beata nos
semper adiuua. Ipsa nos petens a
dño peccatorꝝ veniã impetra. Amẽ.
Ad vs. Prosa. Mane prima sabbati
Que fe. ii. post pascha. S. Lucã. vii.

In illo tempore: Rogabat iesũ
quidam phariseus: vt mãdu-
caret cũ illo. Et igressus domũ pha
risei discubuit. Et ecce mulier que
erat in ciuitate peccatrix: vt cogno-
uit ꝙ iesus accubuit in domũ pha-
risei attulit alabastrũ vnguenti. Et
stans retro secus pedes eius lachry-
mis cepit rigare pedes eius/et capil
lis capitis sui tergebat: et osculaba-
tur pedes eius et vnguẽto vngebat.
Videns autẽ phariseus qui vocaue
rat eum: ait intra se dicens. Hic si es
set propheta: sciret vtiq que et qua-
lis est mulier que tangit eum/quia
peccatrix est. Et respondens iesus:
dixit ad illum. Simõ habeo tibi ali
quid dicere. At ille ait. Magister dic
Duo debitores erant cuidam fene-
ratori: vnus debebat denarios quĩ-
gẽtos/et alius quĩquagĩta. Non ha
bẽtibus illis vnde redderẽt: donauit
vtrisq. Quis ergo eũ plus diligit?
Respõdẽs simõ: dixit. Estimo quia
is cui plus donauit. At ille dixit ei.
Recte iudicasti. Et cõuersus ad mu
lierem: dixit simoni. Vides hãc mu-
lierem? Intraui in domũ tuã: aquã
pedibus meis non dedisti. Hec autẽ
lachrymis rigauit pedes meos: et ca
pillis suis tersit. Osculũ michi non
dedisti: hec autẽ ex quo intraui non
cessauit osculari pedes meos. Oleo
caput meũ nõ vnxisti hec aũt vnguẽ
to vnxit pedes meos. Propter qđ di-
co tibi: remittuntur ei peccata mul
ta: qm̃ dilexit multũ. Cui aũt min⁹
dimittit: minus diligit. Dixit autẽ
ad illã. Remittũtur tibi peccata. Et
ceperũt qui simul accũbebãt dicere
intra se. Quis est hic qui etiã pecca
ta dimittit? Dixit autẽ ad mulierẽ.

fides tua te saluã fecit: vade in pace. Credo. Offr. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Secr.

Hanc nostre seruitutis hostiam quesumus piissime pater beata maria magdalene suarum cumulet precum incremẽtis: et ad nostre restaurationis principium flagitet profuturam. Per do. Coio. Simile est regnum celorũ homini negociatori querenti bonas margaritas inuenta autem vna margarita preciosa dedit oia sua et comparauit eam. Postcoio

Sanctificet nos quesum⁹ dñe et muniat intercedente beata maria magdalene diuini muneris sacra libatio: et celestium virtutum coheredes efficiat. Per dñm.

Appollinaris martyris Introitus.

Sacerdotes tui domine induant iusticiã et sancti tui exultent propter dauid seruũ tuũ non auertas faciem christi tui. Ps. Memento domine dauid: et omnis mãsuetudinis eius. Gloria. Collecta

Omnipotẽs sempiterne de⁹ fortitudo certãtiũ et palma martyrum solẽnitatẽ hodierne diei ppicius intuere: et ecclesiam continua fac celebritate letari: et itercessione beati appolliaris martyris tui oim in te credentium vota perficias. P. Epla. Bñdictio dñi sup caput iusti Quere s. in vigilia sãcti andree. R. Inueni dauid seruũ meũ oleo sãcto meo vnxi eum manus eni mea auxiliabitur ei et brachium meũ cõfortabit eũ. V. Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis nõ nocebit eũ: Alleluia. V. Dispo-sui testamentũ electis meis iuraui dauid seruo meo. Euan. Videte vigilate et orate. In cõmuni folio ix. Offerto. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in noie meo exaltabitur cornu eius.

Hec oblatio dñe sit tibi Secre grata et acceptabilis ei⁹ honore: pro cuius est festiuitate immolata. Per. Coio. Semel iuraui in sancto meo semen eius in eternum manebit et thronus eius sicut sol in conspectu meo et sicut luna perfecta in eternum et testis in celo fidelis Postcoio

Presta quesumus dñe vt hui⁹ sacramenti participatione vegetati: sãcti quoq; appolliaris martyris tui atq; pontificis precib⁹ adiuuemur. Per dñm nostrũ.

Christine virginis Introitus.

Vultũ tuum deprecabuntur oẽs diuites plebis adducentur regi virgines post eã proxime eius adducẽtur tibi i leticia et exultatione. Ps. Eructauit cor meũ verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Collecta

Adesto dñe supplicationibus nostris: et beate christine virginis et martyris tue intercessionibus in tua misericordia confidẽtes nec minis aduersantiũ nec vllo conturbemur incursu. P. Epla. de coi quã volueris fo. x. R. Audi filia et vide et iclina aurẽ tuam et obliuiscere populũ tuũ et domum patris tui. V. Specie tua et pulchritudine tua intẽde prospere procede et regna. Alleluia. V. Specie tua et pulchritudine tua intẽde prospere procede et regna. Quere euangelium. In communi quod volueris.

folio ix.. Offr. Offerentur regi virgi-
nes post eam proxime eius offerentur ti-
bi in leticia et exultatione adducentur in
templũ regi dño. Secreta.

OBlatis quesumus domĩe pla
care muneribus:et beata chri-
stina martyre tua intercedente a cũ
ctis nos defẽde periculis. Per dñm.
Cõmunio. Diffusa est gratia in labiis
tuis propterea benedixit te deus in eter-
num. Postcoio.

CElestibus refecti sacramẽtis
supplices rogamus te domĩe:
vt cuius hodie gloriamur triũphis
protegamur auxiliis. p dñm.

Jacobi apli et xpofori mar. Introit⁹

MIchi autem nimis honora-
ti sũt amici tui deus nimis
confortatus est principatus
eorũ. ps. Domine probasti me et cogno-
uisti me:tu cognouisti sessionem meã et
resurrectionem meã. Gloria. Collecta.

ESto domine plebi tue sancti-
ficator et custos: et beati apo-
stoli tui iacobi munita presidiis/et
conuersatione tibi placeat et secura
deseruiat. p do. Alia collecta

TUus sanctus christofor⁹ mar
tyr quesumus domine vbiqz
nos letificet:vt dum eius merita in
presẽti festiuitate recolim⁹/patroci
nia in augmentũ virtutum sentia-
mus. Per dñm. Epistola. Justũ de-
duxit. In cõmuni folio vii. ℟. Con-
stitues eos principes super omnem terrã
memores erunt nominis tui domine. ℣.
Pro patribus tuis nati sunt tibi filii pro-
pterea populi confitebuntur tibi. Alle-
luia. ℣. Ego vos elegi de mundo vt ea-
tis et fructum afferatis et fructus vester

maneat. Prosa. Clare sanctorum In
cõmuni folio primo. Alia prosa
ad deuotionem.

GRatulemur et letemur cũ sũ-
ma leticia. Letabunda et iocũ
da gaudeat hyspania. In gloriosi ia
cobi prefulgenti victoria. Qui scã-
dens celos hodie coronatur in glo-
ria. Qui cum esset in hoc mũdo tã-
q̃ maris in profundo predicans in-
credulis. Fidem sancte trinitatis ve
lut preco veritatis nunciabat popu-
lis. Quidam magus hermogenes
suum misit discipulum vt tentaret
apostolum qui conuertebat popu-
lum. Cum iacobus zebedei predica
ret verbum dei philetus interfuit.
Falsa tentat asserere et iacobo resi-
stere sed tãdem displicuit. Et nimi
rum dei virum fallere non potuit.
Rationes et sermones eius non su-
stinuit. Jacobus plenus gratia dat
legis testimonia in promptu tenet
omnia. Philet⁹ stupẽs talia de chri-
sto mirabilia reuertitur ad propria
Cum esset in hospicio a magistro
fit questio que sit iacobi ratio. Da-
ta fuit respõsio que esset predicatio
vel sub vno testimonio. Messie in-
carnatio et sub pilato pontio fuit
eius p̃dicatio. Et christi resurrectio
mirabilis astructio sunt eius oris
ratio. Dei dicit magnalia prophe-
tarum preconia ducit ĩ testimonia.
Et dauid vaticinia sunt illi concor-
dantia memoriter scit oĩa. Et dicũt
amici mei apls ille dei vere mortuos
suscitat. Sepe cũ sibi libuit claudis
gress⁹ restituit cecis visũ suppeditat
Tu philete q̇ sic credis deos ⁊ idola

ledis nūc te soluat apl's. Jacob⁹ per vicariū suū mittit sudariū solutus est discipulus. Nunc philetus redit letus ad beatum iacobum. Baptizatus et renatus facit se discipulum. Magus motus insania vocat ad se demonia per quorum magisteria sua regebat studia. Postq̄ venerūt demones iussit eos hermogenes vt caperēt apostolum et cū eo discipulum. Quo cum irent demonia iam censere incendia. Deficiūt imperia sic vlulant clamātia. Serue dei miserere confitemur nos ardere ante tempus incendii. Apostole scte dei pie fili zebedei nūc egem⁹ auxilii. Hic vir plen⁹ virtutibus imperabat demonibus. Faciebat miracula si q̄s narrabat singula. Huic est ostensa visio christi transfiguratio beato petro socio iohanne fratre tercio. Cum duob⁹ discipulis segregatus apostolus deū conspexit oculis transformatū in seculis. Cū esset in thabor monte tres secū sua sponte tria tabernacula. O q̄ beati oculi qui redēptorē seculi viderūt nunc per specula O gloriose iacobe sis protector plebis tue per secula. Dei natū transformatū quem meruisti cernere per secula. Amen.

Secundū Matheum. .x.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Nichil opertū est qđ non reueletur: et occultū quod nō sciatur. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine. Et quod in aure auditis: predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidūt corp⁹: animā aūt nō possūt occidere. Sed potius eū timete qui potest et aīam et corpus perdere in gehennā. Nonne duo passeres asse veneūt: et vnus ex illis nō cadet super terrā sine patre vestro: Vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus: cōfitebor et ego eum coram patre meo qui est in celis. Offer. In oēm terram exiuit sonus eorū et in fines orbis terre verba eorum.

Secreta

Oblationes populi tui domine quesum⁹ beati apostoli tui iacobi passio beata cōciliet: et quia nostris non apte sunt meritis fiant tibi placite eius deprecatione. Alia.

Tanto placabiles dn̄e quesumus nostre sint hostie quanto sancti christofori martyris pro cuius solennitate exhibentur tibi grata sunt merita. Per. Prefa. Te dn̄e

Cōmunio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat.

Postcōmunio.

Beati apostoli tui iacobi cui⁹ hodie festiuitate corpore et sanguine tuo nos refecisti: quesumus domine intercessione nos adiuua/ pro cuius solennitate percepimus tua sancta letantes. Per dominum nostrū iesum. Alia postcoio.

Beati christofori martyris tui domine suffragiis exoratus: in percepti sacramenti tui nos virtute defende. Per dominum nostrum iesum christum filium tuū.

Sancte Anne matris marie virginis Ad missam Introitus.

Gaudeamus omēs in domi-
no diem festum celebrantes
sub honore āne matris ma
rie de cuius solennitate gaudēt an-
geli et collaudant filiū dei. Ps. Eru-
ctauit cor meum verbū bonū dico ego ope
ra mea regi. Collecta.

Deus qui beate anne tātā gra-
tiam donare dignatus es vt be
atissimam mariam matrē tuam ī
suo glorioso vtero portare mereret:
da nobis per ītercessionem matris
et filie tue propiciationis abundā-
tiam: vt quarū memoriā pio amo-
re amplectimur: earum precib9 ad-
iuti ad celestem hierusalē peruenire
mereamur. Q' viuis. Epistola. Muli
erem fortem. In coī fo. x. R. Conci-
piuit rex decorem tuū quoniā ipse est do
minus deus tuus. V. Audi filia et vide et in
clina aurē tuam et obliuiscere populū tu
um et domum patris tui. Alleluia. V.
Diffusa est gratia in labiis tuis propte-
rea benedixit te deus in eternū et in secu
lum seculi. Prosa. Mater matris. vt
sequitur. Offr. Filie regum in hono-
re tuo astitit regina a dextris in vestitu
deaurato circundata varietate. Coio.
Diffusa est gratia in labiis tuis propte-
rea benedixit te deus in eternū. vel vt se
quit. R. Ego sicut vitis fructificaui sua
uitatem odoris et flores mei fructus ho-
noris et honestatis. V. Transite ad me
omnes qui concupiscitis me et a genera-
tionibus meis adimplemini. Alleluia.
V. Veneremur beatam annam matrem
genitricis dei marie ex semine abrahe or-
tam de tribu iuda clara ex stirpe dauid.

Mater matris dn̄i felix Prosa
felicissime ioachim consortia
Singulari studio pauperū solacio
conferens subsidia. Anna diu steri-
lis apud deum humilis ꝑpter virū
anxia Qui turbatus nimiū triste p
eloquiū datum ad altaria. Propter
verba presulis iuxta vicē exulis fu-
git ad ouilia. Quem celestis nunci
us pulcher et propicius blanda per
eloquia soluit a miseria. Per exem
pla veterum cor fouens et miserum
reducens ad gaudia veraci prophe-
tia Confortauit et mōstrauit ꝙ ma
riam egregiam gigneret ex te pia.
O parentes ꝙ̈ gaudentes ꝙ̈ lauda-
tos ꝙ̈ beatos vos fecit hec filia. Hec
est rosa gloriosa que de spinis et rui
nis et cruci inuidia. Antiquorū iu-
deorum fuit nata nobis nata iuxta
vaticinia. O ꝙ̈ bene genuisti et ꝙ̈
mūdo profuisti et quā sublimi glo-
ria nobis plaudāt celestia. Celi arā
obtinetis ꝙ iam mortem non time
tis sed habetis omnia desiderabilia
Quo trahatis nos laudantes nos et
nobis famulantes licet rei sim9 dei
confisos clementia Vt sit nobis tot
adiutrix vestra nata dei nutrix que
nos ponat et coronet ī celesti patria
In qua sim9 coronati cū ipso in glo
ria. Amen. Euangeliū. Liber gene-
rationis iesu christi. Quere post in
festo natiuitatis beate marie. Offr.
Ego mater pulchre dilectionis et timo-
ris et magnitudīs et sancte spei: in me oīs
gratia vite et veritatis allā. Secreta.

Offerim9 domie preces et mu-
nera in honore beate āne ma-
tris genitricis filii tui domini nr̄i
iesu christi gaudentes: presta quesu
mus: vt et conuenienter hec agere:

ut remedium sempiternum valeamus acquirere. Per eundẽ. Coio. Beata viscera anne sacratissime que portauerũt eterni regis genitricẽ glosã alla.

Concede q̃s Postcoio. omps deus: nos sancte anne matris genitricis filii tui domini nostri iesu christi exaltari meritis: et eius beneficiorũ attolli suffragiis. Per eundẽ. In vigilia sanctorũ Nazarii et Celsi martyrũ. Introit⁹.

Iusti epulẽtur et exultẽt in cõspectu dei et delectẽtur in letitia. ps. Exurgat de⁹ et dissipentur inimici ei⁹: et fugeunt qui oderũt eũ a facie eius. Gloria. Collecta.

Concede q̃s omps deus: ut sicut beatorum martyrũ tuorũ nazarii et celsi gloriosa natalicia p̃uenimus: sic ad tua beneficia promerenda: maiestatẽ tuã pro nobis ipsi preueniant. Per dñm nostrum iesum christum filiũ tuum. Qui. Epistola. Iustorũ anime. In coi fo. v. R. Exultabũt sancti in gloria letabũtur in cubilibus suis. V. Cantate dño canticũ nouũ laus eius in ecclesia sãctorum. Euãgelium. Descendens iesus de monte. In coi fo. vi. Offertorium. Letamini in dño et exultate iusti et gloriamini oẽs recti corde. Secreta.

Muneribus nostris dñe beatorũ martyrũ tuorũ nazarii et celsi festa p̃cedemus: da ut q̃ cõsciẽtie nostre prepediunt obstaculis: eorum meritis gratas reddãtur. Per dominum. Coio. Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormẽtum malicie visi sunt oculis insipiẽtium mori illi autem sunt in pace. Postcoio.

Sumpto domine sacramẽto suppliciter deprecamur: ut intercedẽtibus beatis martyribus tuis. quod tẽporaliter gerimus: ad vitam capiamus eternã. P dñm. In die sctõrũ nazarii et celsi. Introit⁹.

Gaudeamus omẽs in domino diẽ festũ celebrantes sub honore Nazarii et Celsi de quorum passione gaudẽt angeli et collaudant filiũ dei. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio.

Exaudi domine pre Collecta ces nostras ut populus tuus q̃ sub tantis sanctorũ martyrũ tuorũ nazarii et celsi patrociniis est cõstitutus: et a suis offẽsionibus liberetur: et ab omibus tueatur aduersis. Per dominũ. Epistola. Sãcti per fidẽ. In coi fo. iiii. et v. R. Timete dominum omnes sancti eius quoniã nichil deest timentibus eum. V. Inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Alleluia. V. Iudicabunt sancti nationes et dominabuntur populis et regnabit illorum rex in eternum. Prosa. Cõcentus vox. In coi fo. xi. Euangeliũ. Videns iesus turbas. In coi fo vi. et vii. Offertorium. Mirabilis deus in sanctis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinẽ plebi sue bñdictus deus alla.

Suscipe quesumus Secre. domine munera populi tui: pro martyrum tuorũ nazarii et celsi festiuitate sanctorum: et sincero nos corde pfice benignus acceptor. Per dominũ. Coio. Gaudete iusti in dño alla rectos decet collaudatio alla.

Protege domine Postcoio. quesumus plebem tuam et fe

stinitatem martyrum tuorum nazarii et celsi quam nobis tradis assidue: debitam tibi persolui precibus ipsorum concede. Per dominum.

Eodem die sancti panthaleonis martyris. Collecta.

Omnipotens sempiterne deus tuorum gloria martyrũ presta quesumus: vt beati panthaleonis martyris tui cuius festa gerimus: auxilium sentiamus. P. Secreta.

Presta quesumus domine vt beati pãthaleonis martyris tui quem ad laudem nominis tui dicatis muneribus honoramus: nobis euidens itercessio semper accrescat Per dominum. Postcoio.

Omnipotens et misericors deus: qui nos sacramentorũ tuorum et participes efficis et ministros: presta quesumus: vt beato pãthaleone martyre tuo interueniente: eorũdem fructum percipere mereamur. Per dominum nostrum.

Lupi episcopi et cõfessoris. Collectã.

Deus qui beatum lupum antistitem christiane fidei tribu isti esse confessorem: presta vt eius suffragãtibus meritis: spiritus sãcti gratia nos illuminare digneris Per dominũ. Secreta.

Interueniente quesumus domine beato confessore tuo lupo atque pontifice purget nos sacrificii presentis hostia: singulis a peccatis: et que totum mundum lauit pendẽs in ara crucis. Per dominũ.

Unigeniti tui domine sacro saciasti libamine Postcoio. quesumus vt gloriosi lupi veneranda intercessione: et presẽtis vite subsidium: et eterne beatitudinis nobis impendas premium. Per eundem. Sanctorum felicis simplicii faustini et beatricis martyrum. Introitus.

Sacerdotes tui domine induant iustitiã et sancti tui exultent propter dauid seruum tuum nõ auertas faciem christi tui. Ps. Memento domine dauid et omnis mansuetudinis eius. Gloria pa.

Collecta.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt sicut populus christianus martyrum tuorũ felicis simplicii faustini et beatricis temporali solennitate cõgaudet: ita perfruatur eterna: et quod votis celebrat pio comprehẽdat effectu. Per dñm nostrum iesum christum filiũ tuũ.

Ad hebreos. vi. c.

Fratres cõfidimus autem de vobis dilectissimi meliora et viciniora saluti: tam et si ita loquimur. Non enim iniustus deus vt obliuiscatur operis vestri/ et dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius qui ministrastis sãctis et ministratis. Cupimus autem vnum quemque vestrum eandem ostentare sollicitudinem: ad expletionem spei vsque in finem: vt non segnes efficiamini: verum imitatores eorum qui fide et patientia hereditabunt promissiones. In christo iesu: domino nostro. R. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. V. Cantate domino canticum nouum laus eius in ecclesia sanctorum. Alleluia. V. Ful

gebunt iusti et tanquam scintille in arundineto discurrent et regnabunt in eternum.

Secundum Lucam ix.

In illo tempore: Conuocatis dominus iesus duodecim apostolis dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia: et vt languores curarent. Et misit illos predicare regnum dei: et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis in via neque virgam/neque peram/neque panem/neque pecuniam: neque duas tunicas habeatis. Et in quamcunque domum intraueritis ibi manete: et inde ne exeatis. Et quicunque non receperit vos exeuntes de ciuitate illa: etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circuibant per castella: euangelizantes et curantes vbique. Offertorium. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus alleluia. Secreta

Hostias tibi domine pro sanctorum martyrum tuorum felicis simplicii faustini et beatricis commemoratione deferimus: suppliciter obsecrantes: vt indulgentiam: nobis pariter conferant et salutem. Per dominum nostrum iesum. Communio. Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. Postcommunio.

Presta quesumus omnipotens deus vt sanctorum tuorum felicis simplicii faustini et beatricis celestibus mysteriis celebrata solennitas: indulgentiam nobis tue propiciationis acquirat. Per dominum nostrum

Sancte marthe. Introitus

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore marthe hospite christi de cuius solennitate gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Collecta.

Omnipotens clementissime deus: cuius filius in ede beate marthe hospitari dignatus est: da quesumus vt eius meritis que illum placide suscepit in ede polorum hospitari misericorditer valeamus. Per eundem. Epistola Qui gloriatur. In communi folio. x. R. Concupiuit rex decorem tuum quoniam ipse est dominus deus tuus. V. Audi filia et vide et inclina aurem tuam et obliuiscere populum tuum et domum patris tui. Alleluia V. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. Prosa

Christi fulget hospite dies festus psallite dicentes alleluia. Dulce melos intonet vox et voci consonet cor deuotum mens pia. Martha gaudens hodie subintrauit curie celestis palatia. Celi ciues obuiant angeli tripudiant et sanctorum milia. Que vel vnde fuerit si quisque quesierit legat euangelia. Cuius sit prosapie perhibent hystorie quod de stirpe regia duxerit exordia. Eius fratrem mortuum in busto quatriduum sede traxit stigia messie potentia. Erat illa soror isti cuius stilla pedes christi lauit in bethania. Dum lauabat lauabatur quam rogabat statim datur peccatorum venia Simon videns subsanabat caput ridens agi

tabat cogitando friuola. Tandem reus intellexit quantū deus hāc dilexit conuictus parabola. Amende dit saluatori vacans dedit et sorori que parabat conuiuia nulla dabat auxilia. Parti marthe christ⁹ fauit sed in parte derogauit pars quam elegit maria magis est necessaria. Qui dant nudis vestimenta et egenis alimenta sursum mentes erigētes martha sunt et maria Cuius festum celebramus nobis vitam exoram⁹ a peccatis expiatis impetres a messia. Ut post mundi secula agni sine macula pfruamur gloria. Amē

Secundum Lucam· x.ca.

In illo tempore: Intrauit iesus in quoddam castellum: et mulier quedam martha nomīe excepit illum in domū suā. Et huic erat soror nomine maria/que etiam sedēs secus pedes domini: audiebat verbū illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Que stetit et ait. Domine: non est tibi cure q soror mea reliquit me solam ministrare: Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et respōdens: dixit illi domin⁹ Martha martha sollicita es: et turbaris erga plurima. Porro: vnum est necessariū. Maria optimā partē elegit: que nō auferetur ab ea. Offr. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Secreta

Suscipe et sanctifica domine deus hoc munus oblatum et cōcede: vt ad salutem nostram corpus et sanguis fiat filii tui meritis illius que illum gratanter hospicio suscepit. Qui tecū. Cōmunio. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. Postcōio

Quesumus omnipotens deus vt piis sacramentis que sumpsimus et meritis beate marthe filii tui hospite gloriose hic et in futuro viuere valeamus. Per dn̄m nr̄m

Abdon et sennes. Introitus.

Intret in conspectu tuo dn̄e gemitus compeditorū redde vicinis nostris septuplū in sinu eorum vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis. Illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Gloria. Collecta

Deus qui sanctis tuis abdon et sennem ad hanc gloriā veniendi copiosum munus gratie cōtulisti da famulis tuis suorum veniam peccatorum: vt sanctorū tuorum intercedentibus meritis ab oībus mereamur aduersitatibus liberari. Per dn̄m nostr. Epistola quā volueris. In cōmuni fo. v. R. Gloriosus deus in sanctis mirabilis in maiestate faciens prodigia. V. Dextera tua domine glorificata est in virtute dextera man⁹ tua confregit inimicos. Alleluia. V. Mirabilis dn̄s noster in sanctis suis. Euāg. quod volueris In cōmuni folio vi. Offertoriū. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis exultationes dei in faucibus eorū. Secreta

Hec hostia quesum⁹ dn̄e quā in sanctorum tuorum natalicia recensentes offerimus: et vincula nostre prauitatis absoluat et tue nobis misericordie dona conciliet.

per dñm. Coio. Justorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormẽtum malicie visi sunt oculis insipiẽtium mori illi autem sunt in pace. Postcõio.

Per huius domine operationem mysterii et vicia nostra purgentur: et intercedentibus sanctis tuis: iusta desideria compleantur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecũ.

Germani episcopi et confessoris.

Statuit ei dñs Introitus testamentum pacis et principem fecit eũ vt sit illi sacerdotiũ dignitas in eternũ. Ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. Gloria patri. Collecta.

Deus qui hodiernam diẽ sacratissimã nobis in beati germani confessoris tui atq; põtificis solennitate tribuisti: adesto propicius ecclesie tue precib9: vt cuius gloriatur meritis: muniatur auxiliis. Per dominum nostrũ iesum christum filium tuum. Epistola. Ecce sacerdos magnus. In coi fo. vii. R. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi qui cõseruaret legem excelsi. All. leluia. V. Justus germinabit sicut lilium et florebit in eternum ante dominum. Prosa Supne matris gaudia. In coi folio v. Alia prosa ad deuotionẽ

Resplendet ecclesia de germani victoria. Per nostra ministeria christo regi solennia. Relictis mundi gaudiis vxore iam et prediis. Christum solum desiderat quez cunctis preposuerat. Armatus armis fidei templum repente fit dei. Votis cunctorũ petitur tractus presul efficitur. Extunc presul fit artius nam panis ordeacius. Semel in die sumit et aqua sitis pellitur. Predura vestis conterit mollem carnẽ et operit. Quis prebet et lectulum tenet cum sopor oculum. Charitatis alis binis volans sursum cum diuinis. Mente manet spretis spinis vite stantis in ruinis. Fultus hiis propugnaculis multis fulget miraculis. Egros sanat oraculis reddit et lumen oculis. Claudos lepram limphaticos curat et paraliticos. Huic respondent propere leti potiti funere. Huius virga iam arida fixa ire fit florida creuit ramis sublimibus eius testis virtutibus. Hic dat defunctos viuere muro ruenti sistere mare quietem ducere et flamina non furere. Angliã bis pfidia purgauit a pelagia. Mutis reddit eloquia verbo frangens incendia. Jtaliam dũ peteret et se mori conspiceret poscit vt corpus redeat vbi presul extiterat. Tempus presens disparuit vita perennis claruit. Nam in celesti solio letus potitur gaudio. Viuens mira multa fecit sed post mortem plus peregit. Facit fecit tunc et modo qui mirãdo vixit modo. Cuius placatus precibus christus peccatis omnibus. Purgatos nos clementia dignos reddat et gratia. Amen. Euangelium quod volueris. In coi fo. viii. Offer. Veritas mea et mia mea cũ ipso et in nomie meo exaltabitur cornu eius.

Sacrificiũ tibi do Secreta mine laudis offerimus: pro

sancti celebritate germani pontificis: vt ppitiationē tuā quā nostris operibus non meremur: pii suffragatoris itercessiōibus assequamur. Per dñm. Coio. Fidelis seruus et prudens quē cōstituit dñs super familiā suā vt det illi in tempore tritici mensuram.

Beati germani Postcoio. cōfessoris tui atq pontificis: nos dñe oratio gloriosa tue concilii et pietati: que sacris virtutibus venerenda refulget. Per dñm nostrū.

Sācti petri ad vincula. Introit⁹

Nunc scio vere quia misit dominus angelū suū et eripuit me de manu herodis ⁊ de omni expectatiōe plebi iudeorū. V. Et petrus ad se reuersus: dixit. Gloria:

Deus qui beatū Collecta. petrū apostolū a vinculis absolutū/illesū abire fecisti: nostrorū q̄s absolue vincula peccatorum: et omīa mala a nobis propitiatus exclude. Per dñm nostrum. Eodē die sanctorū machabeorū martyrū ad vnū Per dñm. Collecta.

Fraterna nos dñe martyx tuorū corona letificet: que et fidei nostre prebeat incremēta virtutū: et multiplici nos suffragio consoletur. Per dñm nostrum. Epla. Misit herodes rex man⁹. Quere supra in die sācto2ū petri et pauli. R. Constitues eos principes super oēm terram memores erunt nois tui dñe. V. Pro patribus tuis nati sūt tibi filii propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia. V. Solue iubente deo terrarum petre cathenas qui facis vt pateant celestia regna beatis. Prosa.

Petrū ligant vincula qui mūdi piacula soluit ⁊ pericula facit stare. Qui spreta nauicula studet mente sedula diuina oracula declarare. Discipulo gratie sub obtētu venie offertur spes copie temporalis. Fidei et operis lucē dat pre ceteris spernēs statū oneris secularis Huius stratis pedibus vndarū a piscibus meritos xp̄i manibus est saluatus. Datis regni clauibus p cūrādis oibus tenet demonibus cōparatus. Vita mors obtēperat vmbra morbos superat et cathena liberat gutturnosā. Nō deest miraculis vita sine saculis q̄ dant ipsā populis gloriosā. Petre doctor strenue mentes nostras instrue viā nobis inueveritatis. Sordes nostras ablue p te nobis ianue pateāt perpetue claritatis. Amē. Euangeliū. Venit iesus in partes cesaree. Quere supra in festo aplorū petri et pauli. Credo. Offr. Constitues eos principes super oēm terram memores erūt nois tui in omi progenie et generatiōe. Secreta.

Oblatū tibi dñe sacrificiū viuificet nos semper: et muniat. Per dñm. Alia. Secreta.

Iterata mysteria dñe p sactorū martyrū deuota mēte tractemus. q̄bus nobis et presidiū crescat et gaudiū. Per dñm. Coio. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcoio

Corporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine: q̄sumus dñe deus noster: vt qd̄ pia deuotione gerimus: certa redēptione capiamus. Per. Alia Postcoio.

PResta q̄s omps deus: vt quorū memoriā sacramēti participatione recolimus: fidē quoqꝫ pficiendo sectemur. Per dn̄m. **Sancti stephani pape et mar. Introit⁹.**

OS iusti meditabit sapiētiā et lingua eius loquet iudiciū lex dei eius in corde ipsius. **ps.** Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris faciētes iniqtatē. Gloria.

DEus qui nos be **Collecta.** ati stephani martyris tui atqꝫ pōtificis annua solēnitate letificas: cōcede propicius: vt cuius natalicia colimus: de eiusdē etiā ptectione gaudeamus. P. **Ad hebreos.** Fratres. Ois nāqꝫ pontifex ex hoibus assūptus: pro hoibus cōstituit in his que sūt ad deū: vt offerat dona et sacrificia p peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant et errāt: qm̄ et ipse circūdatus est infirmitate: et propterea debet queadmodū pro populo: ita etiā et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisq̄ sumit sibi honorē: sed q̄ vocat a deo: tanq̄ aaron. **R.** Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. **V.** Nō est inuentus similis illi qui cōseruaret legem excelsi. **A**lla. **V.** Amauit eū dn̄s et ornauit eū stola glorie induit eū. **Euāgeliū.** Homo quidā peregre. **In coi fo. viii. Offer.** Veritas mea et mia mea cum ipso et in noie meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

MUnera dn̄e tibi dicata sāctifica: et itercedēte beato stephano martyre tuo atqꝫ pōtifice: per eadem nos placatus itēde. Per. **Coio** Beatus seruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amen dico vobis sup omnia bona sua constituet eū. **Postcoio.**

HEc nos cōmunio dn̄e q̄s purget a crimine: et intercedente btō stephano martyre tuo atqꝫ pōtifice: celestis remedii faciat esse cōsortes. P dn̄m. **In inuētione sancti stephani. Introitus.**

GAudeamus oēs in dn̄o diē festū celebrātes sub honore sctōꝝ martyꝝ de quoꝝ inuētione gaudēt angeli et collaudāt filiū dei. **ps.** Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. **Collecta.**

DEus qui es sanctorum tuorum splendor mirabilis qui qꝫ hodierna die beati martyris tui stephani/ nichodemi/ gamalielis atqꝫ abibon: inuētionē gloriosā reuelasti: da nobis in eterna letitia de eorū societate gaudere. P do. **Epl'a.** Reddet deus mercedē laborū sctōꝝ. **In coi fo. v. R.** Timete dn̄m oēs sācti eius qm̄ nichil deest timētibus eū. **V.** Inquirētes autē dn̄m nō deficiēt omi bono. **A**lla. **V.** Isti sūt qui venerūt ex magna tribulatione et lauerūt stolas suas et dealbauerūt eas in sāguine agni. **Prosa.**

PSallat christo chorus iste in honorem agoniste sāctissimi stephani. Colletet in tropicis in cāticis āgelicis nō iubilo inani. Vox cōsona puro cordi cōcinat cātu cōcordi melos propulsās celū. Ab hac laude nō sit exul nichodemus nec sint procul gamaliel abibon. Dies est hec letitie nā illorū est hodie sanctorū inuētio. Pace mūdo hac fruitur egris salus refundit luctus cedit gaudio. Sacrate legis amator

gamaliel pauli doctor et particeps
corone. Luciano dormitanti stratu
suo quiescẽti patet in visione. Vir-
ga manu quã tenebat ter feriẽs hũc
monebat ex noïe vocãdo. Corpora
vt sãcta querat ac in syon sãctã cõ-
dat affatim ĩprecãdo. Sed dubius vi
sionis hesitauit ne demonis illa es
set visio. Propterea orat christũ si vi
sio est per ipsũ appareat tertio Sic
scd̃o huic apparet nec hac vice illi
paret nec agit qd̃ petit. Rursum pa
tens hũc repetit cur nõ egit hũc ĩpe-
tit ⁊ minis exquirit. Ille moras tũc
repellit nec amplius illũ fallit prius
sed sciscitat. Corpora cũ inuenerit
stephani qñ querit corpus recogno
scatur. Vides inq̃t hos calathos au
reos rosis repletos quartũqꝫ argen
teũ. In quo rubẽtes sunt rose reliq̃e
sũt famose stephani iuxta eũ. Nico
demi auditoris iesu xpi saluatoris
in euãgelio. Et quẽ vides croco ple
nũ abibam mõstrat serenũ cũ quo
ego dormio. Mane facto hoc reue-
lat nec vnicũ verbũ celat iohãni põ
tifici. Ambo simul sine mora sãcto
rũ leuãt corpora laude cũ multipli-
ci. Tãtus odor tũc fragrauit qui in
celũ emanauit ꝙ corpora tũc sana-
uit sexaginta et tria. Cecis lumẽ in
fũditur mutorũ lingua soluit audi
tus surdis pandit / fugantur demo
nia. Gressus claudis tũc reddit lan
guor omnis reprimit quod quis pe
tit hoc fruit quis audiuit talia. O
stephane martyr christi qui iudeos
deuicisti et dñi meruisti primus bel-
la certare. Nunc ad tua auxilia cur-
rentes te prece pia poscimus vt cele
stia facias penetrare. O cõsocii co-
rone nũc certãtes in agone partici-
pes vite bone faciatis ingit. Vt pos
simus trabeati et coronis laureati
regẽ videre beati vobiscũ perẽniter
Amẽ. **Secũdum mathei. xxiiii.**

In illo tẽpore. Dixit iesus disci
pulis suis. Videte ne quis vos
seducat. Multi eñi venient in noïe
meo dicẽtes: ego sũ christus: et mul
tos seducent. Audituri eñi estis pre
lia et opiniones preliorũ: videte ne
turbemini. Oportet eñi hec fieri:
sed nondũ est finis. Cõsurget enim
gens in gentẽ: et regnũ in regnum
et erũt pestilencie / et fames / et terre
motus per loca. Hec autẽ omĩa ini-
tia sũt dolorũ. Tunc tradent vos in
tribulationẽ / et occidẽt vos: et eritis
odio oĩbus gentibus propter nomẽ
meũ. Et tunc scãdalizabũtur mul-
ti: et inuicẽ tradent / et odio habebũt
inuicẽ. Et multi pseudo prophete
surgent: et seducent multos Et qm̃
abũdabit iniquitas: refrigescet cha
ritas multorũ. Qui autẽ perseuera
uerit vsqꝫ in finem: hic saluus erit.

Offꝫ. Mirabilis deus in sãctis suis de-
us israel ipse dabit virtutem et fortitudi
nem plebi sue benedictus deus.

Secreta. Munera tibi domi
ne nostre deuotionis offeri-
mus: que et pro tuorum tibi grata
sint honore sanctorum: et nobis sa-
lutaria te miserante reddantur. P
dominum nostrum iesũ christũ.

Coĩo. Posuerunt mortalia seruorum tu
orũ dñe escas volatilibus celi carnes san
ctorum tuorũ bestiis terre secundum ma
gnitudinẽ brachii tui posside filios mor-

et punitorum. **Postcõio.**

Sumpsimus dñe sanctorũ tuorum stephani/nicodemi/gamalielis atq₃ abibon solennia celebrantes sacramenta celestia: prestã q̃s: vt quod temporaliter gerimus: eternis gaudiis consequamur. Per dominum nostrum iesum christũ filium tuum. Qui tecum.

In octa sanctorũ Nazarii et Celsi sicut in die. Sancti cassiani epi et cõfessoris. Introitus.

Statuit ei dñs testamentũ pacis et pricipem fecit eũ vt sit illi sacerdotii dignitas i eternũ. **Ps.** Misericordias dñi: in eternum cantabo. Gloria patri. **Collecta.**

Presta q̃s omp̃s deus: vt qui solennitatẽ beati cassiani cõfessoris tui atq₃ põtificis annua deuotione recolimus: eius intercedentibus meritis: corpore tibi placeamus et mente. Per dominum nostrum iesum christum filium tuũ. Qui tecum vi. **Epistola.** Ecce sacerdos magnus. **In cõi fo. vii. R.** Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. **V.** Non est inuentus similis illi qui cõseruaret legem excelsi. **Al**leluia. **V.** Justus germinabit sicut lilium et florebit in eternum ante dominum.

Psalle sympho **Prosa.** nizando christo regi sydereo qui sãctis rutilas tribuis per secla coronas. Inter quos cassianum cõfessorem precipuum ditauit super astra poli splendore perenni hic tenebrosi culmina regni lumine christi tempsit herilis. Nam redimitus stigmate sacro viribus almis floruit isdem. Hortensem populũ presule cassum. Poscentem variis vocibus ipsũ. Summum quod regeret pontificatum. Rexit celsi throni iura secundum. Postq̃ sedi pontificali inhereret astitit illi per visum martyr laurentius orbe colendus. Hortans illum vt sibi templum cõsecraret que preparato iam celi centum cognouerat arce locandum. Confestim paruit monitis per cũcta serenis. Ex torris fieri deinum cepit meditari. Hic popular voce gemẽti letus egypti rura reliquit. Ad eduorum post iter arctum post q₃ laborem venit ad vrbem in qua simplicio presule functo. Bisdenis viguit inclitus annis. Cuius albicolor petra sepulchri ostendit libari chroma nibẽtis. Jsdem sanctus cespite tectus cum germano viro beato est verbis vsus mirabilis vir memoratus. Per quem nobis christe benignum semper cunctis subsidium fer. Qui solus regnas per secula cuncta gubernas. Amẽ. **Euangelium.** Sint lumbi vestri precincti. **In cõi folio viii. Offr.** Veritas mea et mia mea cũ ipso et in nomie meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

Nostrum tibi domine sacrificium sit acceptum: quod nos et expiando tua gratia dignos efficiat: et ad remedia perducat eterna Per dominum nostrũ iesum christum filium tuum. Qui te. **Coio.** Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua cõstituet eum. **Postcommunio.**

DA nobis dñe salutẽ mẽtis et corporis: intercedẽte btõ cassiano confessore tuo atqȝ pontifice tua semper mereamur protectione defendi. P.

Sixti pape et martyris.

Sacerdotes dei Introitus. benedicite dñm sãcti et humiles corde laudate deũ. Ps. Benedicite oĩa opera dñi dño: laudate et superexaltate eũ in secula. Gloria pa.

Deus qui cõspicis Collecta quia ex nulla virtute subsistimus: concede propicius: vt intercessione beati sixti martyris tui atqȝ põtificis: cõtra omĩa aduersa muniamur. Alia Collecta dicat' cũ pdicta

Deus qui nos cõcedis sanctorũ martyrũ tuorũ felicissimi et agapiti natalicia colere: da nobis in eterna leticia/ de eoꝝ societate gaudere. P dominum nostrum.

Ad Ephesios. iii.c.

Fratres: Michi eñi oim̃ sãctorum minimo data est gratia hec in gentibus: euãgelizare inuestigabiles diuicias christi: et illuminare oẽs que sit dispẽsatio sacramẽti abscõditi a seculis in deo q̃ oĩa creauit: vt inotescat p̃ricipatib⁹ et ptãtib⁹ in celestibus p ecclesiã/ multiformis sapiẽtia dei: secundũ prefinitionẽ seculorũ quã fecit in christo iesu dño nostro: in quo habemus fiduciã et accessũ/ in ɔfidẽtia per fidẽ eius. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: que est gloria vestra. Huius rei gratia: flecto genua mea ad patreȝ dñi nostri iesu christi. R. Sacerdotes eius induant salutari et sãcti eius exultatione exultabũt. V. Illuc producã cornu dauid paraui lucernã christo meo. Alleluia. V. Iustus germinabit sicut liliũ et florebit in eternũ ante dominum.

Secundum Matheum. x.c.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes: et simplices sicut colũbe. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis: et in synagogis suis flagellabunt vos. Et ad reges et ad presides ducemini propter me: in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora: quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri/ qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem: et pater filium/ et insurgent filii in parentes: et morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus: propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit vsqȝ in finem: hic saluus erit. Offertorium. Inueni dauid seruum meum et in oleo sancto vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum. Secreta.

Suscipe domine munera propiciatus oblata: que maiestati tue beatus sixtus sacerdos cõmendet et martyr. Alia Secreta.

Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus: que et pro tuorum tibi grata sint honore iustorum: et nobis salutaria te mise-

rante reddantur. Per dominū no.
Coio. Fidelis seruus et prudens quē cō
stituit dñs super familiā suam vt det il=
li in tempore tritici mēsurā. Postcoio.
Repleti domine sumus mune
re solennitatis optate: qua be
ati sixti et celebritate iuuemur ⁊ me
ritis. Alia postcommunio.
Presta nobis dñe q̄s intercedē
tibus sanctis tuis felicissimo
et agapito vt que ore contingimus
puro corde capiamus. Per dñm.
Donati martyris. Collecta.
Deus qui es tuorū glīa sacer=
dotū: presta quesumus: vt sā
cti martyris et episcopi tui donati:
cuius festa gerimus: auxilium ca=
piamus. Per dñm. Secreta.
Presta q̄s dñe vt sancti marty
ris et episcopi tui donati quē
ad laudem tui nois dicatis mune=
ribus honoramus: pie nobis deuo=
tionis fructus accrescat. Per dñm.
Omnipotens ⁊ mi Postcoio.
sericors deus q̄ nos sacramen
torū tuorum et participes efficis et
ministros: presta q̄sumus: vt inter=
cedente beato martyre et episcopo
tuo donato eisdē proficiamus et fi=
dei consortio et digno seruicio. Per
dñm nostrum iesum In transfi=
guratione domini. Introitus.
In excelso throno vidi sede=
re virū quē adorat multitu
do angelorum psallētes in
vnū cui⁹ iperii nomē est in eternū.
Ps. Jubilate deo ois terra: psalmū dicite
noi eius: date gloriā laudi eius. Collectā
Deus qui hodierna die vnige
nitū tuū mirabiliter trāsfor

matū celitus: vtriusqꝫ testamēti pa
tribus reuelasti: da nobis q̄sumus
beneplacitis actibus ad hanc sēper
contemplandā pertingere gloriam
in qua tue paternitati optime com
placuisse testatus es. Qui tecum vi
uit et regnat in vnitate spūs sācti.
Lectio ep̄le btī petri apl̄i ii. i.
Charissimi: Non enī indoctas
fabulas secuti notā fecimus
vobis dñi nostri iesu xp̄i virtutē et
prescientiā: sed speculatores facti il
lius magnitudinis. Accipiens enī
a deo patre honorē et gloriā voce de
lapsa ad eū huiuscemodi a magni=
fica gloria. Hic est filius meus dile=
ctus: in quo michi cōplacui: ipsum
audite. Et hanc vocem non audiui
mus de celo allatam: cum essemus
cum ipso in monte sancto. Et ha=
bemus firmiorē propheticum ser=
monē/cui benefacitis attendentes:
quasi lucerne lucenti in caliginoso
loco: donec dies elucescat et lucifer
oriatur in cordibus vestris. ℟. Be=
nedictus dominus deus israel qui facis
mirabilia magna solus. ℣. Suscipiant
montes pacem populo tuo et colles iusti=
tiam. Alleluia. ℣. Dominus regnauit
decorem induit: induit dominus fortitu=
dinem et precinxit se virtute. Prosa.
Benedicta sit beata trinitas
deitas eterna pariter coequa
lis gloria. Deus genitor natus ge=
nitus cum sacro pneumate perma
nens super omne quod extat. Qui=
bus est vna semper voluntas et a se
discrepat aut vnq̄ triplicata per=
sona Nam constat deitas vna non
in tres deos diuisa que fides fate=

tur a christo orthodoxe dedita. Hec nāq; pellit delicta patriā sedit serenā quā dulcē iubilant agmia symphonia celica. Alti throni vestigia imitātur stolis candidata. Operiūturq; binas quas captant per secli discrimina. Et nos quos illustrat gracia dei supera demus nostra debita. Quatin⁹ caterua celica nobis maneāt post futura socia. Ultimaq; peracta discrimina petim⁹ alta poloꝝ mox palacia. Quo pspicua flagrat lux accensa constanti flāma que deus est visio nostra et sal⁹ eterna. Angeloꝝq; illustrat fortiter pectora. Ut in xpo sole sua defigāt lumina. Hec nanq; est illa sitis flagrans qua tūc sitient aīe sāctorum vel corpora. Qui fuerint data ppetua nobis pro eis a iudice premia. Amen. Secūdū Matheū. xvii

In illo tpe. Assumpsit iesus petrū ꝛ iacobū ꝛ iohānē fratrē ei⁹ et duxit illos in mōtē excelsū seorsū et trāsfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autē eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerūt illis moyses et helyas cū eo loquētes. Respōdēs autē petrus dixit ad iesū. Dn̄e bonū est nos hic esse. Si vis faciam⁹ hic tria tabernacula. Tibi vnū moysi vnum et helye vnum. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciē suam: et timuerunt valde. Et accessit iesus et tetigit eos: dixitq; eis. Surgite: et nolite timere. Leuantes autem oculos suos: neminē viderunt: nisi solum iesū. Et descendētibus illis de monte: precepit iesus dicens. Nemini dixeritis visionē: donec filius hominis a mortuis resurgat. Offr.

Deus enim firmauit orbem terre qui nō commouebitur parata sedes tua deus ex tunc a seculo tu es. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e sācte pater omnipotens eterne deus munera que pro gloriosa filii tui transfiguratione deferimus: et concede propicius. vt per hec a tēporalibus liberemur incōmodis: et gaudiis cōnectemur eternis. Per dn̄m. Prefatio

Quia per incarnati verbi. Coio.

Reuelabitur gl'ia domini et videbit oīs caro salutare dei nostri. Postcoio

Deus qui hunc diem incarnati verbi tui transfiguratione tueq; ad eū missa paternitatis voce consecrasti: tribue q̄sumus: vt diuinis pasti alimoniis in eius mereamur membra transferri: qui hec in sui memoriam fieri precepit iesus christus dominus noster. Qui tecū

Ciriaci sociorūq; eius. Introitus.

Timete dn̄m oēs sancti eius qm̄ nichil deest timētib⁹ eū diuites eguerunt et esurierūt inquirētes autē dn̄m nō deficient omi bono. Ps. Bn̄dicā dn̄m in omi tēpore: sēper laus eius in ore meo. Gl'ia. patri et filio: Collecta.

Deus qui nos annua beati ciriaci martyris tui sociorumq; eius solennitate letificas: concede propicius: vt quorum natalicia

colimꝰ virtutẽ quoqꝫ passionis imi
temur. Per dñm nostrum.

Lcõ libri sapiẽtie. Ecclesiastici. ii.

Metuentes dominũ sustinete
misericordiam eius: et nõ de=
flectatis ab illo ne cadatis. Qui ti=
metis dominum credite illi: et non
euacuabitur merces vestra. Qui ti=
metis dominũ sperate in illum: et
in oblectationem veniet vobis mise
ricordia. Qui timetis dominũ dili=
gite illum: et illuminabũtur corda
vestra. Respicite filii natiões homi=
num/ et scitote quia nullus sperauit
in domino: et confusus est. Quis ei
permansit in mandatis eius: et de=
relictus est? Aut quis inuocauit eũ:
et despexit illum? Quoniam pius et
misericors est: deus noster. ℟. Time
te dominũ oẽs sancti eius quoniã nichil
deest timentibus eũ. ℣. Inquirentes autẽ
dominũ non deficient omni bono. Alle
luia. ℣. Sancti et iusti in domino gaude
te vos elegit deus in hereditatẽ sibi. Euã.
Nichil opertũ quod non reueletur.
Quere supra in festo sancti iacobi.
Offr. Letamini in domino et exultate
iusti et gloriamini oẽs recti corde. Secr.
Accepta sit in conspectu tuo
domine nostra deuotio: et eo
rum nobis fiat supplicatione salu=
taris pro quorum solennitate defer
tur. Per dñm. Cõmunio. Signa eos
qui in me credunt hec sequentur in nomi
ne meo demonia eiicient super egros ma
nus imponẽt et bene habebũt. Postcõio
Refecti participatione mune=
ris sacri qs domie deus noster
vt quorum exequimur cultum sen
tiamus effectum. Per dñm

Romani martyris. Collecta
Deus qui beatum romanum
martyrem tuũ virtute cõstã=
tie in passione roborasti: ex eius no=
bis imitatiõe tribue pro amore tuo
prospera mundi despicere et nulla
eius aduersa formidare. Per domi=
num nostrum. Secreta.
Accepta sit ĩ cõspectu tuo do=
mine nostra deuotio: et eius
nobis fiat supplicatione salutaris/
pro cuius solennitate defertur. Per
dominũ nostrum iesũ. Postcõio
Sacro munere saciati suppli=
ces te domine deprecamur vt
quod debite seruitutis celebramus
officio/ ĩtercedẽte btõ romano mar=
tyre tuo saluationis tue sẽtiamꝰ au=
gmẽtum. Per dominũ nostrum

In vigilia beati laurẽtii. Introitꝰ.
Dispersit dedit pauperibꝰ iu
sticia eius manet in seculũ
seculi: cornu eius exaltabit
in gloria. ℗. Beatus vir qui timet dñm
in mandatis eius volet nimis. Gloria pa
tri et filio. Collecta
Adesto domine supplicatio=
nibus nostris: et intercessio=
ne beati laurentii martyris tui per
petuam nobis misericordiam beni
gnus impende. Per dominũ nostrũ.
Epistola. Confitebor tibi domine
rex. In cõmuni folio. x. ℟. Dispersit
dedit pauperibus iusticia eius manet in
seculum seculi. ℣. Potens in terra erit
semen eius generatio rectorum benedice=
tur. Euãgelium. Si quis vult post
me venire. In communi folio. iii.
Offr. Oratio mea mũda est et ideo pe
to vt detur locꝰ voci mee ĩ celo quia ibi est

iudex meus et conſcius meus in excelſis aſcendat ad dn̄m deprecatio mea. **Secr.**

Hoſtias domine quas tibi offerimus propicius ſuſcipe: et intercedente beato laurentio martyre tuo vincula peccatorū noſtrorum abſolue. Per dn̄m. **Coīo.** Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum et tollat crucem ſuam et ſequatur mē. **Poſtcō**

Da queſumus domīe deus noſter: vt ſicut btī laurētii martyris tui cōmemoratione temporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aſpectu. Per dn̄m.

In die ſancti Laurētii Introitus

Confeſſio et pulchritudo in conſpectu eius ſanctitas et magnificentia in ſanctificatione eius. **Ps.** Cantate domino canticum nouum: cantate domino omīs terra. Gloria patri. **Collecta.**

Da nobis queſumus omnipotens deus viciorum noſtrorū flammas extinguere: qui beato laurentio tribuiſti tormētorū ſuorum īcēdia ſuperare. Per dn̄m nr̄m.

Ad Corinthios .ii.ix.

Fratres: Qui parce ſeīat parce et metet. Et qui ſeminat in benedictionibus: de benedictionibus et metet. Vnuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo non ex triſticia aut ex neceſſitate hylarē enim datorem diligit deus. Potens eſt autem deus omnem gratiam abūdare facere in vobis vt in oībuſ ſēper oēm ſufficiētiā habentes abūdetis in omē opus bonum: ſicut ſcriptū eſt. Diſperſit dedit pauperibus: iuſticia ei⁹ manet in ſeculum ſeculi Qui aūt admiſtrat ſemē ſeminanti: et panē ad manducandū preſtabit. Et multiplicabit ſemen veſtrū: et augebit īcremēta frugū iuſticie vr̄e. **R.** Probaſti dn̄e cor meū et viſitaſti nocte: **V.** Igne me examinaſti et non eſt inuenta in me iniquitas. **Alleluia. V.** Puer meus noli timere dixit dn̄s dū tranſieris per ignē nō combureris quia ego ſum tecum. **Proſa**

Stola iocunditatis alleluia. Induit hodie dominus militem ſuum laurētium. Solito plaudat alacrior concio leta fideliū. Hodie martyr inſignis hoſtiā deo placentē obtulit. Hodie tormētū ignis grauiter examinatus pertulit. Animatus ad certamen monitis beati ſenis. Grauiſſimis non refugit exhibere membra penis. Ante regem accerſitur et de rebus cōuenitur occultis eccleſie. Sed non cedit blandimentis emolitus aut tormentis eius auaricie. Luditur valerianus et leuite larga manus dum petit inducias. Dat miſter charitatis pauperibus cōgregatis facultatum copias. Furit igitur prefectus et paratur ardens lectus inſultantis viſcera crates vrit aſpera. Sudat martyr in agone ſpe mercedis et corone que datur fidelibus pro chriſto certantibus De cuius militia celi gaudet curia. Quia vicit hodie miſtros nequicie. Vt hunc ergo per patronū conſequamur vite donum in illius die feſto chorus noſter letus eſto. Iocundum in eccleſia decantemus alleluia. Amen. **Euāgeliū.** Amē amē dico vobis. Niſi granum frumenti. **In cōi fo. iiii. Offertorium.** Confeſ-

sio et pulchritudo in conspectu eius san- ctitas et magnificentia in sanctificatio- ne eius. Secreta.

Accipe quesumus domine mu nera dignanter oblata/ et be ati laurentii suffragantibus meri- tis: ad nostre salutis auxilium pro- uenire concede. Per dominum no- Coio Qui michi ministrat me sequatur et vbi ego sũ illic et minister meus erit.

Sacro mune Postcoio. re saciati supplices te domi- ne deprecamur: vt quod debite ser- uitutis celebramus officio: interce- dente beato laurentio martyre tuo saluationis tue sentiamus augmẽ tum. Per dominum nostrum iesũ

Tiburtii martyris. Introitus.

Iustus vt palma florebit si cut cedrus libani multipli- cabitur: plãtatus in domo domini in atriis domus dei nostri. ps. Bonum est confiteri domino: et psal lere noĩ tuo altissime. Gloria Collecta.

Beati tiburcii nos dñe foueãt continuata presidia: quia nõ desinis propitius intueri: quos ta- libus auxiliis concesseris adiuuari Per dñm. Ad thimotheũ. ii. iiii.

Charissime. Dominus autem michi astitit et confortauit me: vt per me predicatio impleatur et audiant omnes gentes: et libera tus sum de ore leõis. Liberauit me dominus ab omi opere malo: et sal uum faciet in regnum suum cele- ste: cui gloria in secula seculorum amen. ℞. Iustus non conturbabitur qa dominus firmat manum eius. ℣. Tota die miseretur et cõmodat et semẽ eius in benedictione erit. Alleluia. ℣. Posuisti domine super caput eius coronam de la- pide precioso. Euangelium. Hoc est preceptum meum. In coi fo. primo Offertorium. In virtute tua domine letabitur iustus et super salutare tuũ ex- ultabit vehemẽter desideriũ anime eius tribuisti ei. Secreta.

Adesto domine precibus po- puli tui: adesto muneribus: vt que sacris sũt oblata mysteriis: tuorum tibi placeant intercessione sanctorum. Per dominũ nostrum. Coio. Posuisti domine in capite eius co ronam de lapide precioso. Postcoio.

Sumpsimus dñe pignus re- demptionis eterne sit nobis quesumus: interueniente beato ti- burtio martyre tuo vite presentis auxilium pariter et future. P dñm

In octauis beati laurentii nisi dominica euenerit. Introitus.

Probasti domine cor meũ & visitasti nocte igne me exa minasti et nõ est inuẽta me iniquitas. ps. Exaudi dñe iustitiã me am: intende deprecationẽ meã. Gloria.

Beati laurentii Collecta. nos faciat dñe passio venerã da letantes: et vt eã sufficiẽter reco- lamus/ dignos efficiat. P dñm.

Epla. Iustus cor suũ tradet. In coi fo. iii. ℞. Probasti domine cor meum et visitasti nocte. ℣. Igne me examinasti et non est inuenta in me iniquitas. Alle luia. ℣. Beatus vir qui suffert tentatio- nem qm cũ probatus fuerit accipiet coro nã vite. Euãgel. Qui amat patrem aut matrẽ. In oi fo. iiii. Offertoriũ In virtute tua domine letabitur iustus

et super salutare tuum exultabit veheme
ter desideriũ aĩe eius tribuisti ei. Secre.
BEati laurentii martyris tui
honorabilem passionem mu
neribus domine geminatis exequi
mur: que licet propriis sit memorã
da principiis indesinenter tamẽ ꝑ
manet gloriosa. Per dñm. Coio.
Qui vult venire post me abneget semet
ipsum et tollat crucẽ suã et sequatur me
SOlennis nobis Postcoio.
intercessio beati laurẽtii mar
tyris q̃sumus domine prestet auxi
lium: et celestis mense participatio
quam sumpsimus/tribuat ecclesie
tue recensitam letitiam. Per dñm.

Ipoliti sociorũqꝫ eius. Introitus

IUsti epulent̃ et exultent in
conspectu dei et delectẽtur
ĩ letitia. ꝑ. Exurgat de⁹ et dis
sipentur inimici eius: et fugiant qui ode
runt eum a facie eius. Gloria Collecta
DA nobis quesumus omnipo
tẽs deus: vt beati ipoliti mar
tyris tui sociorumqꝫ eius venerãda
solennitas: et deuotionẽ nobis au
geat et salutem. Per dñm. Epla.
Omne gaudium. In coi fo. iii. R.
Gloriosus deus in sanctis mirabilis in
maiestate faciens prodigia. V. Dextera
tua dñe glorificata est in virtute dextera
manus tua confregit inimicos. Allelu
ia. V. Isti sũt qui venerunt ex magna tri
bulatione et lauerunt stolas suas et deal
bauerunt eas in sãguine agni. Prosa:
Superne matris. In coi fo. v. Euã
gelium. Attendite a fermento pha
riseorum Quere supra in festo san
ctorũ martyrum Johãnis et pauli:
Offertorium Anima nostra sicut pas
ser erepta est de laqueo venãtiũ laqueus
contritus est et nos liberati sumus.
REspice dñe popu Secreta.
li tui munera sanctorũ festi
uitate votiua: et tue testificatio ve
ritatis nobis proficiãt ad salutem.
Per dominũ. Coio Dico autem vobis
amicis meis ne terreami ab his qui vos ꝑ
sequentur. Postcoio.
SAcramentorum tuorũ domi
ne cõmunio sumpta nos sal
uet: et in tue veritatis luce ꝯfirmet
ꝑ do. Radegũdis regine. Collecta.
DEus qui beatam radegundẽ
reginam gracie tue magni
tudine non solũ temporali/sed etiã
eterna gloria sublimare decreuisti:
concede nobis famulis tuis: vt inter
cessionis eius auxilio: contra omĩa
aduersa muniti. ad eterne beatitu
dinis consortium peruenire merea
mur. ꝑ dominũ. Secreta.
ACcipe quesumus dñe mune
ra dignanter oblata: et beate
radegundis suffragantibus meri
tis ad nostre salutis auxilium pro
uenire concede. ꝑ dñm. Postcoio.
SAciasti domine familiã tuã
muneribus sacris: eius que
sumus interuẽtione nos refoue: cu
ius solennia celebramus. ꝑ dñm.
Nota ꝙ quãdo festum beati lau
rentii feria sexta euenit octaua cele
bratur in vigilia assumptionis be
ate marie. Et tũc sũt due misse. Pri
ma de ꝓprietate octaue beati laurẽ
tii. Et hic dicitur. Gloria ĩ excelsis.
Fit cõmemoratio Eusebii. et A cũ
ctis. Secũda missa fit de beata ma
ria vt hic ordinatur. Si vero dictũ

In vigilia assũptionis btẽ ma.

festũ beati laurentii alia die venerit tũc in dicta vigil. assũptionis nõ est nisi missa de vigilia vt hic sequitur. Et fit cõmemoratio de beato euzebio et de octa. sãcti laurentii per orõem Da nobis quesum⁹ oĩps: In vigilia assumptionis beate marie virginis Ad missam Introitus

Salue sancta parẽs enixa puerpera regem qui celum terrãq3 regit in secula seculorũ Ps Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus vẽtris tui Collecta.

Deus qui virginalem aulam beate marie ĩ qua habitares eligere dignat⁹ es: da q̃s: vt sua nos defensione munitos: iocundos faciat sue interesse festiuitati. Qui vi. Eodẽ die Eusebii cõfessoris. Colla

Deus qui nos beati eusebii cõfessoris tui annua solenni tate letificas/concede propicius: vt cuius natalicia colimus/per eius ad te exempla gradiamur. P dñm.

Lcõ libri sapiẽtie Ecclesiastici. xxiiii

Ab initio et ante secula creata sũ: et vsq3 ad futurum seculũ non desinã: et in habitatione sãcta coram ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum/et in ciuitate sanctificata similiter requieui: et in hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sanctorũ: detẽtio mea. R. Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. V. Virgo dei genitrix quẽ totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Secundũ Lucã xi. ca

In die.

In illo tempore: Loquente iesu ad turbas. Extollens vocẽ quedam mulier de turba: dixit illi. Beatus venter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud. Offertoriũ. Aue maria gratia plena dominus tecum benedicta tu ĩ mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Secreta.

Magna est domiẽ apud clemẽtiam tuam dei genitricis oratio: quam idcirco de presenti seculo transtulisti: vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eũdẽ dñm nostrum. Alia Secreta

Laudis tue domine hostias ĩmolamus in tuorum cõmemoratione sanctorum: quibus nos et presẽtibus exui malis cõfidimus et futuris. Per dñm. Cõmunio. Beata viscera marie virginis que portauerũt eterni patris filium. Postcoio

Concede quesumus omnipotens et misericors deus fragilitati nostre presidium: vt qui sãcte dei genitricis requiem celebramus intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eũdem dñm. Alia Postcoio

Refecti cibo potuq3 celesti de⁹ noster te supplices exoramus: vt in cuius hec cõmemoratione percepimus eius muniamur et precibus. Per dominũ. In die assũptionis beate marie virginis. Introit⁹

Gaudeamus omẽs in domino diem festũ celebrãtes sub honore marie virginis de cuius assumpti-

one gaudent angeli et collaudãt fi-
lium dei. Ps. Magnus dominus et lau-
dabilis nimis: in ciuitate dei nostri in mõ-
te sancto eius. Collecta

Ueneranda nobis domine hu-
ius diei festiuitas opem con-
ferat salutarem in qua sãcta dei ge
nitrix mortem subiit temporalem:
nec tamen mortis nexibus deprimi
potuit que filium tuũ dominũ no-
strum iesum christum de se genuit
incarnatum. Qui tecum.

Lcõ libri sapiẽtie. Ecclesiastici. xxiiii.

In omnibus requiem quesiui:
et in hereditate domini mora
bor. Tunc precepit et dixit michi cre
ator omniũ: et qui creauit me requie-
uit in tabernaculo meo: et dixit mi
chi. In iacob inhabita / et in israel he-
reditare: et in electis meis mitte ra-
dices. Et sic in syon firmata sum: et
in ciuitate sanctificata similiter re-
quieui: et in hierusalẽ potestas mea
Et radicaui in populo honorifica
to: et in partes dei mei hereditas il-
lius: et in plenitudine sãctorum de-
tentio mea. Quasi cedrus exaltata
sum in libano: et quasi cypressus in
monte syon. Quasi palma exalta-
ta sum in cades: et quasi plantatio
rose in hiericho. Quasi oliua specio
sa in campis: et quasi platanus ex-
altata sum: iuxta aquã in plateis.
Sicut cinamomum et balsamum
aromatizans odorem dedi. Quasi
myrra electa: dedi suauitatem odo
ris. R. Cõcupiuit rex decorem tuũ quo-
niam ipse est dominus deus tuus. V. Au-
di filia et vide et inclina aurem tuã et ob-
liuiscere populum tuũ et domum patris
tui. Alleluia. V. Ueni electa mea et po-
nam in te thronum meum quia concupi-
uit rex speciem tuam. Prosa

Area virga prime matris eue
florens rosa processit maria.
Oritur vt lucifer inter astra etherea
perpulchra vt luna. Flagrescit vltra
omnia balsama pigmata et thimi-
amata. Purpurea vt viola roscida
vt rosa candens vt lilia. Patris sum
mi quam elegit proles deica vt assu
meret carnem sacrosanctam ex vir
ginis carne incorrupta. Celsus nũ-
ciat gabriel noua gaudia eterni re-
gis exortum in terra matrẽq; eius
ita salutat. Aue maria domini mei
mater alma celica plena gratia. Tu
benedicta regem in secula paries ef
fecta orbis regina. Fecunda ergo in
quit quomodo esse queam cum vi-
rũ non agnoscã ex quo sum nata et
semper permanens virgo pudica.
Ne timeas respondit angelus san-
ctum pneuma descendet in te casta
quo fecundata paries deũ et homi-
nẽ vna. O vere sãcta atq; amãda ex
qua est orta redemptio nostra salus
quoq; mundi veraq; vita. O dei no
stri genitrix pia suscipe nostra hac
die precata in qua es assumpta ad
celi claustra. Tu es enim patri cha-
ra tu es iesu mater bona tu sancti-
spiritus es templũ facta. Tu es spõ
sa dei pulchra tu regem christũ eni-
xa domina es in celo et in terra. Ho-
die nãq; curie celestis tibi obuiant
agmina te assumpserunt ad pala-
cia stellata. Jesus et ipse festinus ti-
bi matri cum angelis occurrens se-
de paterna secum locauit in secula

Jam cum deo regnas nostra excusa clemens mala poscens cūcta bona o benigna. Mediatrix nostra que es post deum spes sola tuo filio nos representa. Ut in poli aula leti iubilemus alleluia. Amen.

Secundum Lucam. .x.

In illo tempore: Intrauit iesus in quoddam castellum: et mulier quedam martha nomie excepit illum in domū suam. Et huic erat soror nomine maria: que etiam sedens secus pedes domini audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Que stetit et ait. Domine: non est tibi cure ꝙ soror mea reliquit me solam ministrare: Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et respondens: dixit illi dominus. Martha martha sollicita es: et turbaris erga plurima. Porro: vnū est necessarium. Maria optimam partem elegit: que non auferet ab ea. Credo. Dicitur i per octa. Offe. Aue maria gratia plena dominus tecū benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Secreta.

Subueniat domine plebi tue dei genitricis oratio: quam et si pro conditiōe carnis migrasse cognoscimus in celesti gloria apud te pro nobis quesumus orare sentiamus. Per eundem. Prefatio. Et te i assumptione. Dicitur per octabas Cōmunio. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternū

Mense celestis parti Postcoio cipes effecti imploramus clementiam tuam domie deus noster vt qui festa dei genitricis colimus a malis imminentibus eius intercessionibus liberemur. Per eūdem:

Nota ꝙ i crastino et per octabas assumptionis introitus. Epistola. R. Euāgeliū. Offertoriū. Prefatio Cōmunio. Et orationes vt in die. Ad missam dicuntur. Alleluia. vero cum suis v. sequentib9 per ordinem accipiunt. Et primo i crastino assūptionis. Alleluia. V. Assumpta est maria in celum gaudent angeli laudātes benedicunt dnm. Prosa

Hac clara die turma festiua dat preconia. Mariam concrepāda symphonia nectarea. Mundi domina que est sola castissima virginum regina. Salutis causa vite porta atqꝫ celi referta gratia. Nam ad illam sic nuncia olim facta angelica. Aue maria gratia dei plena per secula. Mulierum pia agmina intra semper benedicta. Virgo et grauida mater intacta prole gloriosa. Cui contra maria hec reddit famina In me quomodo tua iā fient nuncia. Viri noui nullam certe copulam. Ex quo atqꝫ nata sum incorrupta. Diua missus ita reddit affata Flatu sacro plena fies maria Noua efferens gaudia celo terre nati p erordia. Intra tui vteri claustra portas qui gubernat eterna Omia qui dat tempora pacifica. Amen.

Secunda die. Alleluia. V. Virga iesse floruit virgo deum et hominē genuit pacem terris reddidit qui poli summa condidit orate. Prosa. Verbum bonum et suaue. Quere supra in annunciatione. Tercia die octabarum. Alleluia. V. Ante thronū trinitatis mi-

serorum miserata pia mater pietatis sis pro nobis aduocata causā nostre paupertatis coram deo sustine et veniā de peccatis seruis tuis obtine. Prosa

HOdierne lux diei celebris in matris dei agitur memoria. Decantemus in hac die semper virgis marie laudes et preconia. Ois homo omni hora ipsam ora et implora eius patrocinia. Psalle psalle nisu toto cordis oris voce voto aue plena gratia. Aue domina celorum inexperta viri thorum parens paris nescia. Fecundata sine viro genuisti modo miro genitorem filia. Florēs ortus austro flāte porta clausa post et ante via viris inuia. Fusa celi rore tellus fusum gedeonis vellus deitatis pluuia. Salue splēdor firmamenti tu caliginose menti desuper irradia. Placa mare maris stella ne inuoluat nos procella et tēpestas obuia. Amē. Quarta die oct assumptionis. Alleluia. ℣. O consolatrix pauperū maria tuis precibus auge virtutum numerū in fidelib⁹ christi quos tu de mortis manibus per filium humilium mater eripuisti. Prosa

VIrgo benignissima mater integerrima regale triclinium. Ex partu castissima quo pl⁹ replet intima celeste mysterium. O felix puerpera que regentem sydera mūdo parens filium. O beata viscera plena celo vbera que rex sugit oim. O stella prefulgida supra lunā fulgida solis vincens radium. O colūna solida virga iesse florida fructū dans et gaudium. O domus eburnea granum sine palea o decus celestium. O engaddi vinea o vita coccinea o vita mortalium. Da nobis propicia in celesti patria salutem et gaudium. Tibi laus et gratia sit et christo gloria decus et īperiū. Amen
v. die. Alla. ℣. Gaude virgo gaude dei genitrix et gaude gaudium maria oim fidelium gaudeat ecclesia in tuis laudib⁹ assidua et pia domina gaudere fac nos tecum in gloria. Prosa

MArie preconia seruiat cū gaudio feruens desiderio verus amor. Amoris suffragio presentet filio matris in obsequio cordis clamor. Aue salus hominum virgo decus virginū te decet post dominum laus et honor. Tu rosa tu lilium cuius dei filium carnis ad cōnubium traxit odor. Aue manās sacie fōs misericordie vera mētis saucie medicina. Tu pincerna venie tu lucerna glorie tu superna gratie es regina. Aue carens carie speculum mundicie venustans ecclesie sacramentum. Tu finis miserie tu ver es leticie pacis et concordie condimentū. O felix puerpera nostra pians scelera iure matris impera redēptori. Da fidei federa da salutis opera da in vite vespera bene mori. Amen. Nota ꝙ sexta feria infra octa. assūptiōis nō dicitur prosa nisi illa sexta feria in crastino vel in ꝑcrastio aut die qua fiunt octa. assūptionis euenerit. In die octabaꝝ. Alleluia ℣. Assumpta est maria in celum gaudent angeli laudantes benedicunt dn̄m. Prosa. Hac clara die turma. vts i p̄ria die octabarū. S. Agapiti martyris Collecta.

LEtetur ecclesia tua deus bea

ti agapiti martyris tui confisa suffragiis: atq; eius precibus gloriosis deuota permaneat et secura consistat. Per dñm: Secreta

Suscipe dñe munera que i ei⁹ solénitate tibi deferim⁹: cui⁹ nos confidimus patrocinio liberari. Per dominũ. Postcõio.

Saciasti dñe familiã tuã muneib⁹ sacris: eius q̃s sẽper interuentione nos refoue: cuius solẽnia celebramus. Per dñm.

Sancti symphoriani mar. intro:

Letabitur iust⁹ in dño et sperabit in eo et laudabuntur omẽs recti corde. ps. Exaudi deus orationem meã cũ deprecor: a timore inimici eripe aiam meã. Gl'a. Colla.

Omnipotens sempiterne deus da q̃s nos sancti martyris tui symphoriani precibus adiuuari: vt cui⁹ festa recolim⁹ auxiliũ capiam⁹ Alia colla et dicunt ad vnũ. P dñm.

Auxiliũ tuũ nobis dñe q̃s placatus impende: et intercedente beato thimotheo martyre tuo dexteram super nos tue ꝓpiciationis extende. Per dñm. Epl'a. Beat⁹ vir qui in sapiẽtia. In coi fo. ii. R. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. V. Vitam petiit et tribuisti ei lõgitudinẽ dieꝝ seculũ seculi. Alla. V. Letabit iust⁹ i dño et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. Prosa.

Pangat nunc chorus dulcia deuote concrepando christo carmina perpulcra dyastema Qui preclara suis sanctis dedicat vite tropheã. Quos lucida gesta perdũt certasse fide per sacra. Sorte de qua prenobilis christola fausens aderat cãdens gemma. Qui proles egregia iam exorta fõte baptismi chorusca bat. Hic diuina ꝓ̃pte ruminãs dogmata studiose cepit tẽnere terrea petens alta. Illustrabat enim celica sophia simplicitas casta dignitet pectora continebat. Symphorianus illi nomen erat sacrum quod olim promplsit baptisma. Quem seuicia minax sacrilega voce imola re suggerebat. Tunc inclita vrbs edua fanatico ritu effluebat stipata. At vir prudens deifica scientia fretus hec diua infit verba. Cessant talia que spondes famina nequit mens mea dona vranica spernere ꝑ prauaa cosmi lucra iam libens suffero tormẽta. Succensus seua mox tortor furia pia hostia data sententia. Ducitur vt ouis mitissima immolanda lege per sacra. Mater alma cernens sepe nate nate itonabat. Dulcis cerne fili christum iam regnare super astra. Etherea sceptra agonizãs possidet semper in dora. Amen. Euãg. Si quis vult post me venire. In coi fo. iii. Offr. Gloria et honore coronasti eũ et constituisti eũ super opera manuum tuarum. Secreta

Tribue nobis quesumus domine sanctis altaribus tuis salutaria adhibere semper mysteria et sancti simphoriani martyris tui intercedentib⁹ meritis mũera que tibi offerimus grata tibi esse concede Per dñm nostrũ. Alia Secreta

Accepta tibi sit dñe q̃s sacrate plebis oblatio pro tuorum

honore sãctorũ quorũ se meritis per
cepisse de tribulatione cognoscit au
xiliũ. P dñm. Coio. Magna est gloria
eius in salutari tuo gloriam et magnum
decorem impones super eũ dñe. Postcõ.

Vda sancta sumentes quesu-
mus dñe: vt beati nos sym-
phoriãi martyris tui foueãt cõtinu
ata presidia: quia non desinis propi
cius ĩtueri quos talibus auxiliis cõ
cesseris adiuuari. P. Alia postcoio

DJuini muneris largitate saci
ati q̃s domine deus noster vt
intercedente beato thimotheo mar
tyre tuo/eius semper participatiõe
viuamus Per dominũ.

Mãmetis martyris. Introitus

IN virtute tua dñe letabitur
iustus et super salutare tuũ
exultabit vehemẽter deside-
rium anime eius tribuisti ei. V. Et
voluntate labiorũ eius non fraudasti eũ.
Gloria patri. Collecta

DEus qui hunc diem nobis con
tulisti in tui martyris mãme-
tis veneratione salutiferum conce-
de propicius vt qui eius nobilem ce
lebramus triumphũ presidiũ senti-
amus ĩperpetuũ. P dñm. Epla. Ex-
pectatio iusti. In coi fo. iii. R. Justus
vt palma florebit sicut cedrus libani mul
tiplicabitur in domo domini. V. Ad an-
nunciandũ mane miam tuam et veritatẽ
tuã per noctem. Alleluia V. Posuisti do
mine super caput eius coronam de lapide
precioso. Prosa

VOce corde iubilemus iubilã
tes exultemus solenni leticia
Et laus christi decantetur et beati
celebretur mãmetis victoria: Qui
spe certa confirmatus non expauit
cruciatus nec mundi supplicia. Pu
er adhuc duodenis nõ humane sed
perennis vite querens gaudia. Ne
colãtur idola hortat christicola rati
one preuia. Feruens zelo charitatis
rebus suis erogatis oppressis ĩopia
Christũ deũ predicat quẽ signis ma
gnificat et virtutum gratia. Quod
vt nouit dux prophanus in hunc sã
ctum iecit manus ducis inclemen-
tia. Dumq; sanctus sic tenetur no-
men christi confitetur constanti fi-
ducia. Martyr enim firme mentis
exultabat in tormentis dans christo
preconia. Sed tyrannus debachatur
quanto sibi nũciatur certantis con
stantia. Ergo sibi presentatũ donis
mulcet dignitatũ pretendens insi-
gnia. Nunc minatur nũc blãditur
sed vir sanctus inuenitur inuictus
per omnia A parentum disciplinis
neq; prece neq; minis tyranni vesa-
nia. Illum valet amouere neq; pos-
sunt hũc terrere tam dura flagicia.
Deuorãdus feris datur sed in agnũ
cõmutatur ferarũ seuicia. Hec sub-
missa pedes lãbit hec ãplexu collu;
ambit pia dans obsequia. Inde sã-
cto que parãtur circa corpus appli-
cantur lampadũ incẽdia. Sed per
illa nec doloris vlla signa nec ardo-
ris apparẽt vestigia Vidẽs iudex nec
tormẽtis hũc nec flecti blãdimentis
nec a fide sue mentis mutari cõstã-
tiã Fornax iubet incendatur in qua
martyr cõburatur sed nec per hanc
molestatur nec sentit ãgustiã. Deo
nãq; protectore nullo lesus est ardo
re nec ĩ veste nec ĩ ore visa est combu

stio Ignis eni cõtra morem rore spi rat non ardorem christi iuuat bellatorem angelorum concio. Preciosa christi rosa pio regi nos presẽta per quem penas et tormenta deuicisti martyr christi christo placens hostia Et te duce vera luce mereamur collocari et cum sanctis epulari vbi datur quod optatur vite pax et gloria. Amen. Euangeliũ. Ponite in cordibus vestris. In communi folio. vi.

Offer. In virtute tua dñe letabit iust⁹ et super salutare tuum exultabit vehementer desideriũ aĩe eius tribuisti ei. Secre.

Grata tibi domine per intercessionem tui martyris mãmetis que tue offerimus dignitati sint mũera: q̃uis ex parte nostre exiguitatis oblata. Per dñm. Coĩo. Qui mihi ministrat me sequatur: et vbi ego sum illic et minister meus erit. Postcoĩo

Consequamur quesumus domine interueniente martyre tuo mammete per hec sãcta que sũpsimus gratiam tue pietatis: et de eius semper erudiamur exemplis. Per dominum nostrum.

Bartholomei apli introitus

Michi autem nimis honorati sũt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Ps. Domie probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionẽ meam. Gloria. Collecta.

Omnipotens sempiterne deus qui huius diei venerandã sanctamq; leticiã beati apostoli tui bartholomei festiuitate tribuisti: da ecclesie tue quesum⁹ id amare quod amauit: et opere exercere quod docuit. P dñm. Epistola. Jam non estis hospites. In cõmuni fo. i. R. In oẽm terram exiuit sonus eorum et in fines orbis verba eorum. V. Celi enarrant gloriã dei et opera manuum eius annunciat firmamentum. Alleluia V. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Prosa. Clare sãctorum. In cõmuni folio primo.

Secundum Lucam. xxii.

In illo tempore. Facta est contentio inter discipulos: quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis iesus. Reges gentium dominantur eorum: et qui potestatẽ habẽt super eos benefici vocãtur. Vos autem: non sic. Sed qui maior est i vobis: fiat sicut iunior. Et qui precessor est: sicut ministrator. Nam q̃s maior est qui recũbit: an qui ministrat? Nõne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum: sicut q̃ ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum: in tentationib⁹ meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnum: vt edatis et bibatis super mensam meam: in regno meo. Et sedeatis super thronos: iudicantes duodeci tribus israel. Offertoriũ. Constitues eos principes super omnẽ terram memores erunt nominis tui domine in omi progenie et generatione. Secreta

Sacrandum tibi domine munus offerimus: quo beati bartholomei apostoli tui solennia colimus purificationem quoq; nostris mentibus imploramus. Per dñm. Cõmunio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus vester

maneat. Postcoio

Sumpsimus dñe pignus salutis eterne celebrãtes beati bartholomei apostoli tui votiua solennia/et perpetua merita venerantes ad vitam nutriamur eternam. Per dñm.

Ruffi martyris Collecta

Adesto domine supplicationibus nostris: et beati ruffi martyris tui intercessionibus confidentes: nec minis aduersantiũ nec vllo cõturbemur occursu. P.

Secreta

Oblatis quesumus domine placare muneribus: et interceden te beato ruffo martyre tuo a cũctis nos defende periculis. P do.

Postcõ

Celestibus refecti sacramẽtis et gaudiis supplices te rogamus domine: vt quorum gloriamur triumphis muniamur auxiliis. P do.

Bernardi abbatis. Introitus

Os iusti meditabitur sapientiã et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignãtibus neqz zelaueris facientes iniquitatẽ Gloria patri.

Collecta

Perfice quesumus domine pium in nobis religionis affectum et ad optinendam tue gratie largitatem: beatus bernardus abbas et doctor egregius suis apud te semper pro nobis meritis et precibus intercedat. Per dominum.

Epistola.

Justum deduxit dñs. In cõmuni folio vii. R. Inueni dauid seruum meum oleo sãcto meo vnxi eum manus eni mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum. V. Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis non nocebit eum.

Alleluia. V. Disposui testamentum electis meis iuraui dauid seruo meo

Prosa

Adest nanqz dies alma. In cõmuni folio vi. Euãgeliũ Vos estis sal terre. In cõmuni folio. vi. Offer. Inueni dauid seruum meum et in oleo sancto vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachiũ meũ cõfortabit eũ.

Secre.

Protegat nos domine cum tui participatione sacramenti beatus bernardus abbas et doctor pro nobis intercedendo: vt et consolationis eius experiamur insignia et tua nos cõsolatio sẽper extollat P.

Coio

Semel iuraui i sãcto meo semẽ eius in eternum manebit et sedes eius sicut sol in cõspectu meo et sicut luna perfecta in eternum et testis in celo fidelis.

Postcoio

Sacris altaribus domine hostias superimpositas: sanctus bernardus abbas et doctor quesumus: in salutem nobis prouenire deposcat. Per dñm nostrum.

Spagrii epi et cõfesso. eduen. intro.

Statuit ei dñs testamẽtum pacis et principẽ fecit eũ vt sit illi sacerdotii dignitas i eternum. Ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. Gloria.

Collecta.

Exaudi domine preces nostras quas in sancti spagrii confessoris tui atqz pontificis solennitate deferimus: et qui tibi digne meruit famulari/eius intercedentibus meritis/ ab omibus nos absolue peccatis. Per dominum nostrum.

Epistola

Ecce sacerdos magnus. In cõmuni folio vii. R. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legẽ ex

celsi. Alla. V. Justus germinabit sicut lilium et florebit in eternum ante dominum. Prosa. Psallat edua nobilis. In cōmuni folio viii. Euangelium. Sint lumbi vestri. In cōmuni fol. viii. Offertoriū. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta

Propiciare domine supplicationibus nostris: et intercedente pro nobis sancto spagrio cōfessore tuo atq̃ pontifice/ hic sacramentis celestibus feruentes: ab omi culpa liberos esse concede: vt purificante nos gratia tua/ his quibus famulamur mysteriis emundemur. Per dominū nostrū. Coio. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnū decorem impones super eū dñe. Postcō.

Sumentes domie gaudia sempiterna participatiōe sacramēti quesumus vt beati spagrii cōfessoris tui atq̃ pontificis cuius natalicia colimus: precib⁹ adiuuemur. Per dominum nostrum.

Sancti augustini epi et confessoris. Ad missam. Introitus.

Os iusti meditabitur sapiētiam et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignātibus neq̃ zelaueris. Et cete. Collecta

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciam sperande pietatis indulges/ intercedente beato augustino confessore tuo atq̃ pontifice consuete misericordie tribue benignus effectum.

Alia collecta hermetis et iuliani que cum predicta dicitur ad vnum. Per dominum. Collecta

Deus qui beatum hermen et iulianum martyres tuos virtute constantie in passione roborasti: ex eorum nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere: et nulla eius aduersa formidare. Per dominum.

Ad Corinthios. xiiii

Fratres: Gratias ago deo meo q̄ omnium vestrum ligua loquor. Sed in ecclesia volo quinq̃ verba sēsu meo loq̄: vt et alios īstruā: q̄ decē milia verborum in lingua. Fratres: nolite pueri effici sensibus: sed malicia paruuli estote. Sensibus autem perfecti estote. In lege enim scriptum est. Quoniam in aliis linguis et in labiis aliis loquar populo huic: et nec sic exaudient me dicit dominus. Itaq̃ lingue in signum sunt non fidelibus: sed infidelibus. Prophetie autem non infidelibus: sed fidelibus. Si ergo conueniat vniuersa ecclesia in vnum: et omēs linguis loquantur: intrēt autē idiote aut infideles: nonne dicent quid insanitis? Si autem omnes prophetent: intret autem quis infidelis vel idiota: conuicitur ab omnibus: diiudicatur ab omnibus: Occulta eni cordis ei⁹ manifesta fiūt: et ita cadens in faciem adorabit deū: pronūciās q̄ vere de⁹ in vobis sit. Quid ergo est fratres? Cū cōuenitis vnusquisq̃ vestrū psalmū habet doctrinam habet/ apocalypsim habet/ linguam habet/ interpretationem habet: omnia ad edificationem fiant.

In christo iesu: domino nostro. ℟. Inueni dauid seruum meum oleo sancto meo vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum cōfortabit eū ℣. Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis non nocebit eum. Alleluia. ℣. Disposui testamentum electis meis iuraui dauid seruo meo. Prosa. Adest nā q dies. In cōmuni fo. vi. Euangel. Cum audieritis prelia. In cōmuni fo. vi. Offer. Desideriū anime eius tribuisti ei dn̄e et volūtate labiorū eius non fraudasti eum posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. Secreta

Sancti confessoris tui augustini nobis domine pia non desit oratio: que et munera nostra cōciliet et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Alia Secreta.

Sacrificium tibi domine laudis offerimus in tuorum cōmemoratione sanctorum da quesumus: vt quod illis contulit ad gloriam/nobis prosit ad salutem. Per d̄.

Cōmunio Domine quinq; talenta tradidisti michi ecce alia quinq; superlucratus sum euge serue fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituā intra in gaudium dn̄i tui. Postcoio

Ut nobis domine tua sacrificia dent honorem: beatus cōfessor tuus augustinus quesumus precator accedat. Alia postcōmunio

Repleti domine benedictiōe celesti quesumus clemētiam tuam: et intercedētibus beato hermete atq; iuliano martyrib9 tuis que humiliter gerimus: salubriter sentiamus. Per dominū.

In decollatione sancti iohannis baptiste. Ad missam. Introitus.

Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur plantatus in domo domini in atriis domus dei nostri. ps. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Gl'a. Colla.

Sancti iohānis baptiste ꝛ martyris tui domine quesumus: veneranda festiuitas: salutaris auxilii nobis prestet effectum. Per do.

Eodem die sancte sabine virgis collecta cum predicta dicenda.

Deus q̄ inter cetera potētie tue miracula etiā in sexu fragili victoriam martyrii contulisti concede propicius: vt cuius natalicia colimus per eius ad te exempla gradiamur Per dn̄m. Epistola. Expectatio iustorum. In cōmuni folio iii. ℟. Posuisti domine super caput eius coronā de lapide precioso. ℣. Desiderium anime eius tribuisti ei et voluntate labiorū eius non fraudasti eum. Alleluia. ℣. Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur. Prosa

Precursoris et baptiste iohannis diem istum chorus iste veneretur cantico leticie. Qui pudorisi preco vere damnans adulterium in herode et vicium arguit luxurie Dū notati sceleris notam vult abstergere penā sentit carceris punit9 in carcere. Quā seua res agitur cum pro tanto scelere tātus vir occiditur traditus adultere. Ortus sui diem festum rex cōmutat in profectum precursoris sanguine. Namq; dies pri9 festus ex festiuo fit ꝓfectus hoc pollut9 crimīe. O mēsa mirabilis imo

miserabilis qua non potus fundi-tur sed sanguis effunditur. Ut ma-iori vicio condiantur epule miscen-tur cõuiuio ludicra virguncule. Ludus placet illi datur petendi mu-nus optio. Precursoris postulatur caput matris consilio. Hec iohan-nis caput petit lictor illud ense me-tit herodis iperio. Rex hoc potu sati-atur quo sitiuit debriatur sãguie in-noxio. Vinũ luxus et furoris nouũ potũ dat cruoris nouus potus fun-ditur. Nouũ ppinat liquorẽ vinum mutans in cruorẽ dũ cruor effundi-tur. O iohannes legis norma lucis splẽdor vite forma totus plen⁹ gra-tia. Post istius fluct⁹ maris nos ad vite salutaris dirige cõpendia. Am.

Secundum Marcum. vi. ca

In illo tempore: Misit herodes ac tenuit iohannem: et vinxit eũ et posuit in carcerẽ propter herodia-dem vxorẽ philippi fratris sui: q: du-xerat eã. Dicebat eni iohannes hero-di. Non licet tibi habere: vxorem fra-tris tui. Herodias autẽ insidiabat il-li et volebat occidere eũ: nec poterat herodes vero metuebat iohãnẽ sci-ens eum virum iustum et sanctum ꝛ custodiebat eũ. Et audito eo mul-ta faciebat: et libenter eũ audiebat. Et cũ dies oportunus accidisset he-rodes natalis sui cenam fecit princi-pibus/ et tribunis: et primis galilee. Cũqꝫ introisset filia ipsius herodia-dis ꝛ saltasset ꝛ placuisset herodi siĩqꝫ discũbẽtib⁹: rex ait puelle Pete a me quod vis: et dabo tibi. Et iurauit il-li: quia quicquid petieris dabo tibi. licet dimidium regni mei. Que cũ exisset: dixit matri sue Quid petam At illa dixit. Caput iohannis bapti-ste. Cumqꝫ introisset statim cum fe-stinatione ad regem: petiit dicens. Volo: vt protinus des michi in di-sco caput iohannis baptiste. Et con-tristatus est rex. Propter iusiuran-dum/ et propter simul discumbẽtes noluit eam cõtristare: sed misso spi-culatore precepit afferri caput eius in disco: et decollauit eum in carce-re. Et attulit caput eius in disco: et dedit illud puelle: ꝛ puella dedit ma-tri sue Quo audito discipuli eius ve-nerunt et tulerunt corpus eius: ꝛ po-suerunt illud in monumẽto. Offr. Posuisti domine super caput eius coronã de lapide precioso vitam petiit a te et tri-buisti ei alleluia. Secreta

Munera tibi domĩe que pro sã-cti martyris tui iohannis ba-ptiste passiõe deferimus quia dũ fi-nitur in terris factus est celesti sede perpetuus quesumus vt eius obten-tu nobis proficiãt ad salutem. Per dominum. Alia Secreta

Hostias tibi domine beate sa-bine martyris tue dicatas me-ritis benignus assume: et ad perpe-tuum nobis tribue prouenire subsi-dium Per dominũ. Cõmunio Qui michi ministrat me sequatur: et vbi ego sum illic et minister meus erit. Postcõ

Conferat nobis domine san-cti iohannis baptiste vtriusqꝫ solennitas: vt et magnifica sacra-menta que sumpsimus et significa-ta veneremur ꝛ in nobis potius edi-ta gaudeamus. Per dominnm no-strum iesum: Alia Postcõio

Diuini muneris largitate saciati quesumus domine deus noster: vt intercedēte beata sabina martyre tua: in huius semper participatione viuamus. P dn̄m. Felicis et audacti martyrū. Introitus

Sapientiā sanctorū narrant populi et laudem eorū nunciat ecclesia nomina autem eorum viuent in seculum seculi. Ps. Exultate iusti in domio: rectos decet collaudatio. Gloria. Collecta

Maiestatem tuam domiē suppliciter deprecamur: vt sicut nos iugiter sanctorum tuorum cō memoratione letificas / ita semper supplicatione defendas. Per dn̄m. Epla. Scimus quoniā diligentib9 deum Quere s in festo sāctorū geruasii et prothasii. R. Clamauerūt iusti et dominus exaudiuit eos et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. V. Iuxta est dn̄s his qui tribulato sūt corde et humiles spiritu saluabit. Alleluia. V. Iustorum anime in manu dei sunt et nō tanget illos tormentū malicie. Euang. Nichil opertum quod nō reueletur. Quere s in festo sācti iacobi. Offr. Letamini in domino et exultate iusti et gloriamini omēs recti corde. Secreta

Hostias domine tue plebis intende: et quas in honore sanctorum tuorum deuota mente celebrat proficere sibi sentiat ad salutē. Per dn̄m. Coio. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine dicit dominus et quod in aure auditis predicate sup tecta.

Repleti domine Postcoio muneribus sacris quesumus vt intercedentibus sanctis tuis in gratiarū tuarū semper actione maneamus. Per dominū.

Sancti prisci martyris. Colla

Omnipotens sempiterne deus fortitudo certantium et martyrum palma solennitatem hodierne diei propicius intuere: et ecclesiā tuā cōtinua fac celebritate letari: ⁊ intercessione beati prisci martyris tui omnium in te credentium vota perficias. Per dominū. Secreta

Eius tibi precibus domine quesumus grata reddat oblatio: pro cuius est festiuitate immolata. Per dominum. Postcoio

Presta quesumus domine: vt sacramenti tui participatiōe vegetati: sancti quoqꝫ martyris tui prisci precibus adiuuemur. Per do.

In die sancti lazari mar. Introitus.

Gaudeamus omnes in dn̄o diem festum celebrātes sub honore lazari martyris de cuius passione gaudēt angeli et collaudant filium dei. Ps. Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer. Collecta

Deus qui per vnigenitum filium tuum beatum lazarum quatriduanum mortuum resuscitasti a monumento / erige nos propicius de tumulis peccatorū: vt mereamur adipisci consortiū electorū tuorū. P eūd. Lcō libri sapiētie xiiii.

Beatus vir qui in sapiētia morabit: et qui in iusticia meditabit: et in sensu cogitabit circūspectionem dei. Cibabit illū pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabi

tur in illo/ et non flectetur: et conti-
nebit illum et non confūdetur: et ex
altabit illum apud proximos suos.
Et nomine eterno hereditabit illū:
dominus deus noster. R. Dñe preue-
nisti eum in benedictionibus dulcedinis
posuisti in capite eius coronam de lapide
precioso. V. Vitam petiit et tribuisti ei lō-
gitudinem dierum in seculum seculi. Al
leluia. V. Letabitur iustus in domino et
sperabit i eo et laudabūtur oēs recti corde
Prosa. Psalle plebs xp̄icola. Quere
sī festo trāslatiōis eiusdē. Alia psa.

Fulget dies celebris mētis pul-
sus tenebris gaudeat ecclesia.
Dies est leticie assunt eni hodie la-
zari solennia. Cuius reuocatio cri-
minū remissio reis prestat gaudia.
Per conceptum virginis formā su-
mens hominis dei sapiētia. Verba
vite predicās vite viam indicans ve
nit in bethania. Preparat hospiciū
cernens dei filium martha quidem
socia felix vnguentaria. Obsequē-
tes homini osculantur pedes dñi et
creberrimis rigant eos lachrymis.
Vt sciat cur lugeant cur gemāt cur
doleant mortem fratris vnici voce
produnt supplici. Vt amica lex po-
scebat fremens flebat et dicebat ie-
sus astans tumulo. Mi dilecte veni
foras appellatus nescit moras respi
rat in patulo. Veterata mors rece-
dit et nouata vita redit ad iubentis
libitum. Rediuiuū reum solui chri-
stus iubet et aduolui lapidē preposi
tum. Quod indicit vox magistri do
cta supplet ars ministri soluti mors
fasciculi resoluunt seras tumuli.
Lapis vrgens degradatur homo vi-
te resignatur astanti loquens popu
lo confracto mortis vinculo. San-
cte dei quiqꝫ rei infra thorū viciorū
iam sepulti spe suffulti tua poscūt
munera. Posce rite regē vite vt nos
tuos atqꝫ suos mundos fece tua pre
ce transferat ad supera. Vbi dies est
et quies pax solennis ꝛ perēnis laus
sanctorum rex eorum vbi cuncta p
spera. Amen.

Secundum Johannem. xi.

In illo tempore. Dixit martha
ad iesum. Domie si fuisses hic
frater meus non fuisset mortuus.
Sed et nunc scio: quia quecūqꝫ po-
posceris a deo/ dabit tibi deus. Di
cit illi iesus. Resurget frater tuus.
Dicit ei martha. Scio quia resur
get in resurrectione: in nouissimo
die. Dicit ei iesus. Ego sum resurre
ctio et vita. Qui credit in me: etiam
si mortuus fuerit viuet. Et omnis
qui viuit et credit in me: non morie-
tur in eternum. Credis hoc? Ait illi.
Vtiqꝫ domine. Ego credidi: quia tu
es christus filius dei viui: qui in hūc
mundum venisti. Dicitur. Credo.
Offr. Gloria et honore coronasti eum:
et constituisti eum super opera manuum
tuarum domine. Secreta

Hanc oblationem domine pro
piciꝰ respice: et meritis famu-
li tui lazari qui tibi extitit dilectus/
vt tanti mysterii sacramentis simꝰ
idonei expurgemur omnium deli-
ctorum sordibus. Qui viuis et reg.
Cōmunio. Videns dominus flentes so
rores lazari ad monumentum lachryma-
tus est corā iudeis et clamabat lazare ve-
ni foras ꝛ p̄diit ligatis manibꝰ ꝛ pedibꝰ q̄

fuerat quatriduanꝰ mortuus. Postcoio

Quibus dignatus es domine largiri salutiferum munus corporis et sanguinis tui interueniente glorioso dilecto tuo lazaro martyre atqꝫ pontifice tribue propicius gaudia lucis perpetue. Qui viuis.

In natiuitate sacratissime virginis marie Ad missam Introitus

Gaudeamus omnes in dño diem festum celebrãtes sub honore marie virginis de cuius natiuitate gaudent angeli ⁊ collaudant filium dei. Ps. Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Collecta.

Supplicationem seruorũ tuorum deus miserator exaudi: vt qui in natiuitate dei genitricis et virginis congregamur/ eius intercessionibus placatus a te de instantibus periculis eruamur. Per eũdẽ.

Lcõ libri sapiẽtie. xxiiii

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchre dilectionis et timoris: et agnitionis et sancte spei. In me omnis gratia vie et veritatis in me oĩs spes vite et virtutis. Trãsite ad me omnes qui concupiscitis me: et a generatiõibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauum. Memoria mea in generatione seculorum. Qui edũt me adhuc esurient: et qui bibunt me adhuc sitient. Qui audit me: non confundetur: et qui operãtur in me nõ peccabunt. Qui elucidant me: vitã eternam habebunt. R. Cõcupiuit rex decorem tuũ quoniã ipse est dominus deus tuus V. Audi filia et vide et iclina aurem tuam et obliuiscere populum tuum et domum patris tui. Alleluia. V. Natiuitas gloriose virginis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara ex stirpe dauid. Prosa.

Ale celeste necnon et perennelnia: Dic paraphonista cum mera symphonia. Tuba et canora pallidonias canta. Nam omis vsia hanc christi genitricem die ista. Cõgaudet exortam per quam sibi sublatam capit vitã Dauitica stirpe sata dauidis ad sceptra est regenda ꝑle fecundata. Nam grauidata viscera sunt tamen per vlla patris membra. Ab arce summa angelus astat maria inquit alma aue plena. Gratia sacra ⁊ benedicta feminas inter omnes paritura Regẽ qui vita mortis vicula damnabit mira cum potentia suum plasma soluens sponte sua atqꝫ beatam donans vitam. Fit mox puella verbis credula et puerpera se stupet castam natum gestans speciosum forma regẽtem cũcta orbis regna. Hec est virga non irrigata sed dei gratia florigera. Hec est sola cũctorum hera materna obscurans piacula. Velut rosa decorãs spineta sic quod ledat nil habet maria. O virgo sola mater casta nostra crimina. Solue dans regna q̃s beata regnant agmina. Patris enĩ cuncta vt mundi regina et iura cũ nato oĩa decernens et vltra in secla subnixa es in gloria Cherubĩ electa seraphiqꝫ agmina nã iuxta filiũ posi

ta sedens in dexterã rutilat virtus lãpas et socia. Natiuitas vnde gaudia nobis hodie affert ãnua. En resonat camenas aula in laude tua virgo maria. Gaudet per climata orbis ecclesia dicens alleluia. Quo et palatia celi clamant didimavsq3 dantia preconia. Amen. Initiũ sancti euangelii Scdm Matheũ. .i.

Liber generationis iesu christi filii dauid: filii abrahã. Abraham genuit isaac: isaac autem genuit iacob. Jacob autem genuit iudam et fratres eius. Judas autem genuit phares et zaram de thamar. Phares autẽ genuit esrom: esrom autẽ genuit aram. Aram autẽ genuit aminadab: aminadab autem genuit naason. Naason autem genuit salmon: salmon autem genuit booz de raab. Booz autem genuit obeth er ruth: obeth autem genuit iesse. Jesse autẽ genuit dauid regẽ: dauid autẽ rex genuit salomonẽ ex ea que fuit vrie: Salomon autẽ genuit roboam: roboam autẽ genuit abiam. Abia autem genuit asa: asa autem genuit iosaphat: Josaphat autem genuit ioram: iorã autẽ genuit oziam. Ozias autem genuit ioathan: ioathan autẽ genuit achaz. Achaz autem genuit ezechiam: ezechias autẽ genuit manassem. Manasses autem genuit amon: amon autẽ genuit iosiam. Josias autẽ genuit iechoniã et fratres eius in trãsmigratiõe babylonis. Et post trãsmigrationẽ babylonis: ieconias genuit salathiel Salathiel autẽ genuit zorobabel: zorobabel autẽ genuit abiud. Abiud autẽ genuit eliachim: eliachim autem genuit azor. Azor autẽ genuit sadoch: sadoch autem genuit achi. Achi aũt genuit eliud: eliud autem genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathan: mathã autem genuit iacob. Jacob autem genuit ioseph virũ marie. de qua natus est iesus: qui vocat christ⁹. dicit. Credo. Offr. Aue maria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui.

Unigeniti tui domine nobis succurrat humanitas: vt qui natus de virgine matris integritatem non minuit/ sed sacrauit: in natiuitatis eius solenniis a nostris nos piaculis exuens/ oblationem nostram sibi faciat acceptam Per eundem. Secreta Prefatio. Et te in natiuitate Cõmunio. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. Postcoio

Sumpsimus celebritatis annue votiua sacramenta prestã quesumus: vt et temporalis vite nobis remedia prebeant et eterne. Per dominũ nostrũ. Eodem die Adriani martyris. Collecta

Presta quesumus omnipotẽs deus vt qui beati adriani martyris tui natalicia colimus: a cunctis malis imminentibus/ eius intercessionibus liberemur. Per dominum nostrum. Secreta

Munera quesumus domine tibi dicata sanctifica: et in tercedẽte beato adriano martyre tuo per eadem nos placatus intende. Per dominum nostrum. Postcoio

Beati adriani martyris tui domine intercessione placatus: presta quesumus: vt quod temporaliter gerimus perpetua saluatione capiamus. Per dñm. Sancti gorgonii martyris. Collecta.

Sanctus dñe gorgonius sua nos intercessione letificet: et pia faciat solennitate gaudere. Per dominum nostrũ. Secreta

Grata tibi sit domine nostre seruitutis oblatio: pro qua sanctus gorgonius martyr interueniat. Per dominum. Postcõio.

Familiam tuam deus suauitas illa contingat et vegetet: que in martyre tuo gorgonio christi tui bono iugiter odore pascatur. Per eũd. Prothi et iacincti. Collecta

Beatorũ prothi et iacincti nos domine foueat preciosa confessio: et pia iugiter intercessio tueatur. Per. Euange. Cum persequẽtur vos in ciuitate ista Quere post in officio nichomedis et valeriãi. Secr

Pro sanctorum tuorũ prothi et iacincti munera tibi domine cõmemoratiõe que debemus exsoluimus presta quesumus: vt remedium nobis perpetue salutis operentur Per dominũ nostrum: Postcõio

Ut percepta nos domine tua sancta purificent: beatorum prothi et iacincti quesumus imploret oratio. Per dominũ nostrum

In exaltatione sancte crucis intro.

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi in quo est salus vita et resurectio nostra per quem saluati et liberati sumus. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Gloria patri. Collecta

Deus qui vnigeniti tui domini nostri iesu christi precioso sanguine humanũ genus redimere dignatus es/ concede propicius: vt qui ad adorandam viuificam crucem adueniũt: a peccatorũ suorum nexibus liberentur. Per eundem.

Cornelii et cipriani. Ad vnũ. Per dñm. dicitur cum predicta collecta.

Infirmitatem nostrã quesumus domine propicius respice: et mala nostra omia que iuste meremur sanctorum tuorũ cornelii et cipriani intercessione auerte. Per dñm.

Ad philippenses. .ii. ca.

Fratres: Hoc sentite in vobis: quod et in christo iesu. Qui cũ in forma dei esset: non rapinam arbitratus est esse se equalem deo/ sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens in similitudinẽ hominum factus et habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum: et donauit illi nomen quod est super omne nomẽ vt in nomine iesu omẽ genu flectatur celestium terrestrium: et infernorum. Et omnis lingua confiteatur quia dominus iesus christus: in gloria est dei patris. R. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortẽ mortem autem crucis V. Propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomẽ quod est super omne nomẽ. Alleluia. V. Dul-

ce lignum dulces clauos dulcia ferens pō dera que sola fuisti digna sustinere regē celorū et dn̄m. Prosa. Laudes crucis attollam⁹. Que in alio festo scz. Inuētionis eiusdē. Scdm Johānē. xii.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum Nunc iudiciū est mundi Nūc princeps huius mundi: eiicietur foras Et ego si exaltat⁹ fuero a terra oīa traham ad meipsum Hoc autē dicebat significās qua morte esset moriturus. Respōdit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia xp̄s manet ī eternū. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filiū homis? Et quis est iste filius homis? Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dū lucem habetis vt nō vos tenebre cōprehendāt. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadat. Dum lucem habetis: credite in lucem: vt filii lucis sitis. Dicit. Credo Offertoriū. Protege dn̄e plebem tuā per signū sancte crucis ab omnibus insidiis inimicorū omniū vt tibi gratam exhibeamus seruitutē et acceptabile tibi fiat sacrificiū nostrū. Secreta.

Iesu xp̄i dn̄i nostri corpore et sanguine saginati per quem crucis est sanctificatū verillum q̄s domine deus noster: vt sicut adorare meruimus: ita perēnitatis eius glorie salutari potiamur effectu. Per eundem. Alia Secreta.

Adesto domine supplicationibus nostris: quas in sanctorum tuorum cōmemoratiōe deferimus: vt qui nostre iustitie fiduciam nō habemus: eorum qui tibi placuerunt meritis adiuuemur. Per dominū nostrū. Prefatio. Qui salutem humani generis. Cōmunio Per signū crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. Postcōio.

Quesumus omipotens deus: vt quos diuina tribuis participatione gaudere: humanis nō sinas subiacere periculis. Alia Postcōio.

Quesumus domine salutaribus repleti mysteriis vt quorū solennia celebramus: eorum orationibus adiuuemur. Per

Nichomedis et valeriani. Introit⁹.

Intret in conspectu tuo domine gemitus cōpeditorū redde vicinis nostris septuplum in sinu eorū vindica sanguinem sanctorū tuorū qui effusus est Ps. Deus venerunt gentes in hereditatē tuam polluerūt templū sanctū tuū: posuerunt hierusalem in pomorum custodiā. Gloria patri. Collecta.

Adesto dn̄e populo tuo: et beatorū martyrū tuorū nichomedis et valeriani merita preclara suscipiēs: ad imprecādā miam tuā sēper eorū patrociniis adiuuemur. Per. Ad Corinthios. ii. iiii.

Fratres. Habētes hāc amministrationē iuxta qd̄ miam ɔsecuti sum⁹: nō deficimus/ sed abdicamus occulta dedecoris. Nō ambulātes in astutia/ neq̄ adulterantes verbū dei/ sed in manifestatiōe veritatis commēdātes nosmetipsos ad oēm cōscientiā hoim corā deo. Qd̄ si etiā opertū est euangeliū nr̄m in hiis qui pereūt est opertū/ in q̄bus deus huius seculi excecauit mētes

infideliũ vt nõ fulgeat illumĩatio euangelii: glorie christi/qui est imago dei. Nõ enĩ nosmetipsos predicamus: sed iesũ christũ dñm nostrum Nos autẽ seruos vestros per iesum qm̃ deus q̃ dixit de tenebris lucem splendescere: ipe illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ sciẽtie claritatis dei: in facie christi dñi nostri ℟. Gloriosus deus in sanctis mirabilis in maiestate faciens prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est in virtute dextera manus tua cõfregit inimicos. Alla. ℣. Justorũ aĩe in manu dei sũt et nõ tanget illos tormentum malicie.

Secundum matheũ. x.c.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Cum persequẽtur vos in ciuitate ista: fugite in aliam Amen dico vobis: nõ cõsũmabitis ciuitates israel: donec veniat filius hominis. Nõ est discipulus super magistrũ: nec seruus super dñm suum Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius: et seruo sicut dñs eius. Si patrẽfamilias beelzebub vocauerũt: quãtomagis domesticos eius Ne ergo timueritis eos. Nichil enĩ est opertũ quod nõ reueletur: et occultũ quod nõ sciatur. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine. Et qd̃ in aure auditis: predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidũt corpus: aĩam autẽ non possũt occidere. Sed potius timete eũ qui potest et aĩam et corpus perdere in gehennã. Nõne duo passeres asse veneunt: et vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro. Vestri autem et capilli capitis: oẽs numerati sunt. Nolite ergo timere multis passeribus meliores estis vos Omnis ergo qui cõfitebitur me coram hominibus: confitebor et ego eũ coram patre meo: qui in celis est.

Offertoriũ. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venãtiũ laqueus cõtritus est et nos liberati sumus. Secre.

Suscipe dñe munera propicius oblata: que maiestati tue beatorũ martyrũ tuorum nichomedis et valeriani commendet oratio Per dñm. Coio. Multitudo languentiũ et qui vexabãtur a spiritibus imũdis veniebant ad eum quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Postcoio

Purificent nos dñe sacramenta que sumpsimus: et intercedentibus beatis martyribus tuis: nichomede et valeriano: a cũctis efficiant viciis absolutos. Per dominum nostrum iesum christũ filiũ.

Lucie et geminiani mar. Introitus.

Clamauerũt iusti et dñs exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Ps. Benedicam dominum i omni tempore: semper laus eius in ore meo. Gloria patri. Collecta.

Presta domine precibus nostris cum exultatione prouentum vt quorum diem passionis annua deuotiõe recolimus: etiam fidei cõstantiam subsequamur. Eodem die eufemie virginis collecta dicitur cum precedenti.

Omnipotens sempiterne deus qui infirma mundi eligis vt fortia queq3 confũdas concede propicius: vt qui beate eufemie marty

ris tue solennia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dnm. Epistola de coi quam volueris. fo. v. ℟. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus est et nos liberati sumus adiutorium nostrum in noie dni qui fecit celum et terram. Alleluia. ℣. Fulgebunt iusti et tanquam scintille in arundineto discurrent in eternum. Euangelium de coi quod volueris fo. vi. Offertorium. Gloriabuntur in te oes qui diligunt nomen tuum quoniam tu domine benedices iusto dne ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Vota populi tui dne propicius intende: ut quorum nos tribuis solennia celebrare: fac gaudere suffragiis. Alia Secreta.

Presta quesumus dne deus noster: ut sicut in tuo conspectu mors est preciosa sanctorum: ita eorum merita venerantium accepta tibi reddatur oblatio. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Coio. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine dicit dominus et quod in aure auditis predicate sup tecta. Postcoio.

Exaudi domine preces nostras et sanctorum tuorum quorum festa solenniter celebramus: continuis foueamur auxiliis. Alia postcoio.

Sanctificet nos domine quesumus tui perceptio sacramenti: et intercessio beate martyris tue eufemie: tibi reddat acceptos. Per dominum nrm. Sequani abbatis. Introitus. Os iusti meditabitur sapientiam. Et cetera que sunt de uno confessore non pontifice. Que ee omnia. In coi folio. vii. et viii. In vigilia sancti mathei apostoli et euangeliste. Introitus.

Ego autem sicut oliua fructificaui in domo dni speraui i misericordia dei mei et expectabo nomen tuum quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum. Ps. Quid gloriaris in malicia qui potens es iniquitate. Gloria patri.

Da nobis qs omnipotens deus: ut beati mathei apostoli tui et euangeliste quam preuenimus veneranda solennitas et deuotionem nobis augeat et salutem. Per dnm. Collecta. Non dicitur Gloria in excelsis. nec Ite missa est. sed Benedicamus dno. in fine misse. Epistola. Beatus homo qui inuenit sapientiam. In coi folio iii. ℟. Justus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam et veritatem tuam per noctem. Secundum Matheum. ix. c.

In illo tempore. Cum transiret iesus: vidit hominem sedentem in teloneo matheum nomine. et ait illi. Sequere me. Et surgens: secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo: ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum iesu: et discipulis eius. Et videntes pharisei: dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester? At iesus audiens ait. Non est opus valentibus medicus: sed male habentibus. Euntes autem discite quid est: misericordiam volo: et non sacri-

ficium. Non eni veni vocare iustos sed peccatores. Offertoriũ. In virtute tua dñe letabitur iustus et super salutare tuũ exultabit vehementer desideriũ anime eius tribuisti ei. Secreta.

Apostolice reuerẽtie culmen offerimus sacris mysteriis imbuẽdũ: pñta dñe q̃s: vt beati mathei apostoli et euangeliste suffragiis: cui⁹ natalicia pũenimus. hec plebs tua sẽper et sua vota depromat: et desiderata percipiat. Per do. Coio. Posuisti dñe super caput eius coronã de lapide precioso. Postcoio.

Beati mathei aplĩ tui et euangeliste q̃s dñe supplicatione placatus: et veniã nobis tribue: et remedia sempiterna cõcede. Per dominũ. In die. Introitus.

Os iusti meditabitur sapiẽtiã et lingua eius loquet̃ iudiciũ lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignãtibus neq3 zelaueris facientes iniq̃tatẽ. Glia.

Beati apostoli tui Collecta et euangeliste mathei dñe p̃cibus adiuuemur: vt quod possibilitas nostra nõ optinet: eius nobis intercessione donet̃. Per dñm nr̃m

Ad Ephesios. iiii. c.

Fratres. Vnicuiq3 nostrũ data est gr̃a/ scdm mensurã donationis xp̃i. Propter qd̃ dicit. Ascendens in altũ: captiuã duxit captiuitatẽ: dedit dona hoibus. Quod aũt ascẽdit qd̃ est: nisi q̃a et descẽdit primũ in iferiores partes tre. Qui descẽdit: ipse est et q̃ ascẽdit sup oẽs celos: vt adipleret omia. Et ipse dedit quosdã quidẽ aplos/ quosdã aũt prophetas/ alios vero euãgelistas/ alios autẽ pastores et doctores ad consũmationẽ sctõrũ in opus misterii in edificationẽ corporis xp̃i. Donec occurramus oẽs in vnitatẽ fidei/ et agnitionis filii dei/ in virũ pfectũ: in mensurã etatis plenitudinis xp̃i.

R. Inueni dauid seruũ meũ oleo sancto meo vnxi eũ manus eni mea auxiliabit̃ ei et brachiũ meũ cõfortabit eũ. V. Nichil proficiet iimicus in eo et filius iniquitatis non nocebit eũ. Alla. V. Iustus germinabit sicut liliũ et florebit in eternum ante dñm. Prosa. Jocundare plebs fi

In coi fo. i. Scdm Matheũ. xix.

In illo tẽpore. Dixit simon petrus ad iesũ. Ecce nos reliquimus oĩa: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis. Jesus aũt dixit illis Amen dico vobis/ ꝙ vos qui secuti estis me in regeneratiõe cũ sederit filius hois in sede maiestatis sue: sedebitis et vos sup sedes duodeci iudicãtes duodeci tribus israel. Et ois q̃ reliq̃rit domũ/ vel fratres aut sorores/ aut prẽ3 aut matrẽ/ aut vxorẽ/ aut filios/ aut agros ppt nomẽ meũ: cẽtuplũ accipiet: et vitã eternã possidebit. Offertoriũ. Veritas mea et misericordia mea cũ ipso et in nomine meo exaltabit̃ cornu eius. Secreta.

Supplicatiõibus aplicis beati mathei aplĩ et euangeliste q̃s dñe ecclesie tue cõmẽdet̃ oblatio cuius magnificis predicationibus erudit̃. Per. Coio. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriã et magnũ decorẽ impones super eũ dñe. Postcoio.

Perceptis dñe sacramẽtis btõ matheo aplo tuo et euangeli

sta interueniente deprecamur: vt q̃
pro eius celebrata sũt gloria: nobis
pficiãt ad salutẽ. Per do. In natali
scti mauricii sociorũq; ei⁹. Introit⁹

Intret in conspectu tuo dñe
gemitus cõpeditorũ redde
vicinis nostris septuplũ in
sinu eorũ: vindica sãguinẽ sãctorũ
tuorũ qui effusus est. ps. Deus vene-
rũt gentes in hereditatẽ tuã: polluerũt tẽ-
plũ sanctũ tuũ posuerũt hierusalẽ in po-
morũ custodiã. Gloria. Collecta.

Deus qui es oĩm sanctorũ tu-
orũ splendor mirabilis quiq;
hunc diẽ honorabilẽ beatorũ marty-
rũ tuorũ/mauricii/exuperii/cãdidi/
victoris/innocẽtii/et vitalis sociorꝫ
q; eorũ martyrio cõsecrasti. da eccle-
sie tue de natalicio hodierne festiui-
tatis letari: vt apud miam tuã exẽ-
plis eorũ/et meritis adiuuemur. P
dñm. Epistola. Sancti per fidẽ. In
coi fo. v. R. Vindica dñe sanguinẽ san-
ctorũ tuorũ qui effusus est. V. Posuerunt
mortalia seruorũ tuorꝫ escas volatilibus
celi carnes sanctorum tuorũ bestiis terre.
Alleluia. V. Sancti tui domine bene-
dicent te gloriam regni tui dicent.

Alludat letus ordo Prosa.
psallens pie dulcifluũ nũc al-
leluia. Carmina cõcrepant tynnu-
la mellea iungens organa. Laudũ
xpo tymiamatha vox canat mens
q; placida. O q̃ veneranda tremẽ-
da amãda trinitas adoranda et dei-
tas vna. Quã poli agmina niuea
iubilant tympanizantes lirica mo-
dulamina. Angelica et archangeli-
ca turma canit cui voce iocunda.
Sãctus sanctus sanctus et dñs de-
us oĩpotens regnans in secla. Apo-
stolica laudat hunc armonia mar-
tyrũ quoq; cithara cõfessorũ et vir-
ginum lyra. Quibus sociata legio
Deus qui nos beati romani martyris tui annua solennitate letificas: cōcede ꝓpicius: vt cuius natalicia colimus: etiā actiōes imitemur. Per dn̄m. Epistola de coī fo. iii. R. Posuisti dn̄e super caput eius coronā de lapide precioso. V. Desideriū aīe eius tribuisti ei et volūtate labiorū eius nō fraudasti eum. Alleluia. V. Gloria et honore coronasti eum domine. Euāgeliū de coī fo. iii. Offertoriū. In virtute tua dn̄e letabitur iustus et super salutare tuū exultabit vehementer desideriū aīe eius tribuisti ei. Secreta.
Hostias tibi dn̄e beati romani martyris tui dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dn̄m. Coio. Qui vult venire post me abneget semetipsū et tollat crucē suā et sequatur me. Postcoio.
Sumptis dn̄e sacramentis q̄sumus: intercedente beato romano martyre tuo: ad redēptionis eterne proficiamus augmentū. Per dn̄m. Pragmacii epī et confessoris Eduen̄. totū de vno cōfessore pontifice. Quere in coī fo. vii. et viii. Cecilie virginis. Introitus.
Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. Ps. Beati imaculati in via: qui ambulant in lege dn̄i. Gloria. Collectā.
Deus qui nos annua beate cecilie martyris tue solennitate letificas: da vt quam veneramur officio: etiam pie cōuersationis sequamur exēplo. Per do. Epl'a. Ego quasi vitis. Quere supra ī festo natiuitatis beate marie. R. Audi filia et vide et inclina aurē tuam et obliuiscere populū tuum et domum patris tui. V. Specie tua et pulcritudine tua intēde prospere procede et regna. Alleluia. V. Adducētur regi virgines post eam proxime eius offerētur tibi in letitia. Euāgeliū. Simile est regnū celorū decē virginibus. In coī fo. xi. Offertoriū. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerētur tibi in letitia et exultatiōe adducētur in tēplū regi dn̄o. Secreta.
Hec hostia dn̄e placationis et laudis q̄s: vt interueniēte beata cecilia martyre tua nos propiciatione dignos semper efficiat. Per Coio. Cōfundantur superbi quia iniuste iniquitatē fecerūt in me ego autē in mandatis tuis exercebor in tuis iustificationibus vt non cōfundar. Postcoio.
Saciasti dn̄e familiā tuā muneribus sacris: eius q̄s sēper interuētione nos refoue: cuius solēnia celebramus. P do. Sācti clemētis pape et martyris. Introitus.
Dicit domin⁹ sermones mei quos dedi in os tuū nō deficient de ore tuo adest enim nomen tuū et munera tua accepta erunt super altare meum. Ps. Dn̄e exaudi orationē meam: et clamor meus ad te veniat. Gloria. Collecta.
Deus q̄ nos ānua bti clemētis martyris tui atq3 pontificis solēnitate letificas: cōcede ꝓpici⁹: vt cui⁹ natalicia colim⁹: virtutē quoq3 passionis imitemur. Per dominū. Eodem die felicitatis. Collecta.

PResta q̄s omp̄s deus: vt beate felicitatis martyris tue solennia recēsentes: meritis ipsius ꝓtegamur et precibus. Per dn̄m no. Ep̄la. Ecce sacerdos. In coī fo. vii. R. Iuravit dn̄s et nō pēitebit eū tu es sacerdos in eternū secundū ordinē melchisedech. V. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis. Alleluia. V. Posui adiutorium super potētē et exaltavi electū de plebe mea. Prosa. Superne matris. In coī fo. v. Eūāgelium. Homo quidā peregre. In coī fo. viii. Offertoriū. Veritas mea et mīa mea cū ipso et ī noīe meo exaltabit͛ cornu eius. Secreta.

MUnera domine oblata sanctifica: et intercedente beato clemente martyre tuo: per hec nos a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per. Felicitatis. Secreta

VOta populi tui dn̄e ꝓpiciatus intende: et quorum nos tribuis solennia celebrare: fac gaudere suffragiis. Per dominum nostrum iesū xp̄m filiū tuum. Coīo. Magna est gloria eius ī salutari tuo gloriam et magnū decorem impones super eum domine. Postcoīo.

COrporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine: quesumus domīe deus noster: vt quod pia devotione gerimus: certa redēptione capiamus. P dominum no. Felicitatis. Postcoīo.

SUpplices te rogamus omnipotens deus: vt intercedentibus sanctis tuis: et tua in nobis dona multiplices: et tempora nostra disponas. Per dominū. Sācti grisogoni martyris. Introit⁹.

IUstus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabit͛ plātatus in domo domini in atriis domus dei nostri. Ps. Bonū est cōfiteri dn̄o: et psallere nomini tuo altissime. Gloria pa. Collecta.

ADesto domine supplicatiōibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus: beati grisogoni martyris tui intercessionibus liberemur. Per dominū nostrum. Epistola de coī fo. iii. R. Iustus nō cōturbabitur quia dn̄s firmat manū eius. V. Tota die miseret͛ et cōmodat et semen illius in benedictione erit. Alleluia. V. Beatus vir qui suffert tētationē quoniā cū probatus fuerit accipiet coronā vite. Eūāgeliū de coī fo. iii. et iiii. Offertorium. In virtute tua dn̄e letabitur iustus et super salutare tuū exultabit vehementer desiderium aīe eius tribuisti ei. Secreta.

OBlatis q̄s dn̄e placare muneribus: et itercedēte beato grisogono martyre tuo a cūctis nos defēde periculis. P do. Coīo. Qui mihi ministrat me sequat͛ et vbi sū ego illic et minister meus erit. Postcoīo.

VBi dn̄e perceptione sacramēti: et a nr̄is mūdemur occultis: et ab hostiū liberemur īsidiis. P. Sācti amatoris epī et ꝯfes. eduen.

STatuit ei dn̄s testamentū pacis et pricipē fecit eū vt sit illi sacerdotii dignitas in eternū. Introit⁹. Ps. Mīas dn̄i in eternū cantabo. Gloria. Collecta.

EXaudi dn̄e p̄ces nostras quas in sancti amatoris confessoris tui atq͛ pontificis solennitate

deferimꝰ: et qui tibi digne meruit
famulari/eius intercedẽtibus meri
tis ab oibꝰ nos absolue peccatis. P
Epl'a. Ecce sacerdos magnꝰ. In coi
fo. vii. R. Ecce sacerdos magnus qui i
diebus suis placuit deo. V. Nõ est inuẽtus
similis illi qui conseruaret legem excelsi.
Alla. V. Justus germinabit sicut liliũ
et florebit in eternũ ante dñm. Prosa.
Adest nãqꝫ dies. In coi fo. vi. Euãg
Sint lũbi vestri precincti. In coi fo
viii. Offer. Veritas mea et mia mea cũ
ipso et in noie meo exaltabit cornu eius.

Hostias tibi dñe Secreta.
pro cõmemoratiõe sãcti ama
toris cõfessoris tui atqꝫ põtificis of
ferimus suppliciter deprecãtes: vt
sicut illi prebuisti sacre fidei clarita
tẽ/sic nobis indulgentiã largiaris/
et pacẽ. Per dñm. Coio. Beatus ille
seruus quẽ cum venerit dñs inuenerit vi
gilantẽ amen dico vobis super omia bo-
na sua constituet eum. Postcoio.

Sumentes dñe gaudia sempi
terna participatiõe sacramẽ
ti presta q̃s: vt beati amatoris cõfes
soris tui atqꝫ pontificis cuius nata
licia colimus: precibus adiuuemur
Per. Sanctorũ agricole et vitalis

Salus autẽ iusto Introitꝰ
rũ a dño et protector eorũ ẽ
in tẽpore tribulationis. Ps.
Noli emulari in malignãtibus: neqꝫ ze-
laueris faciẽtes iniq̃tatẽ. Gloria patri.

Da nobis q̃s ops̃ Collecta.
deus: vt qui gloriosos marty
res tuos agricolã et vitalẽ solẽnia
colimus: eoꝝ apud te ĩtercessionibꝰ
adiuuemur Per. Epl'a de coi fo. v.
R. Vindica dñe sanguinẽ sanctoꝝ tuoꝝ
qui effusus est. V. Posuerũt mortalia ser-
uorũ tuoruꝫ escas volatilibus celi carnes
sanctorũ tuorum bestiis terre. Alla. V.
Gaudete iusti in dño rectos decet collau
datio. Euãgeliũ de coi fo. vi. Offer.
Anima nostra sicut passer erepta est de
laqueo venantiũ laqueus cõtritus est et
nos liberati sumus. Secreta.

Hostias tibi dñe beatorũ mar
tyrũ tuorũ agricole et vitalis
dicatas meritis benignus assume.
et ad perpetuũ nobis tribue proue-
nire subsidiũ. Per dñm. Coio. Et si
corã hoibus tormenta passi sũt deus tẽta
uit eos tanq̃ aurum in fornace probauit
eos et sicut olocaustum accepit illos.

Quesumus ops̃ Postcoio.
deus: vt qui celestia a limẽta
percepimus: intercedentibus sãctis
martyribus tuis agricola et vitale
per hec contra omia aduersa muni
amur. Per dominum nostrum ie.

Sancte katherine virginis et
martyris. Ad missam. Introitus.

Gaudeamus oẽs in dño diẽ
festũ celebrantes sub hono
re katherine virginis de cu
ius passione gaudent angeli et col-
laudant filium dei. Ps. Eructauit cor
meũ verbũ bonũ: dico ego opa mea regi.

Deus qui dedisti Collecta
legem moysi in summitate
mõtis synai: et in eodẽ loco per san
ctos angelos tuos corpus beate ka
therine virginis et martyris tue ho
dierna die mirabiliter collocasti: tri
bue q̃s: vt eius meritis et precibꝰ ad
montẽ q̃ christus est peruenire vale
amus. Per eundẽ dñm nr̃m iesum
Epl'a. Qui gloriatur in dño glie[tur].

In coī fo. x. ℟. Cōcupiuit rex decorē tu um qm̄ ipse est dn̄s deus tuus. ℣. Audi fi lia et vide et inclina aurē tuam et oblivi scere populum tuū et domum patris tui. Alla. ℣. Diffusa est gratia in labiis tu is propterea bn̄dixit te deus in eternū.

Prosa. Gaudeamus sub ho nore virginis eximie. Katheri ne collaudantes christū regē glorie. Qui sic eā decorauit inclyto marty rio et cū sanctis collocauit ī celi pa latio. Spreuit regnū tēporale spre uit mūdi gaudia. Et adhesit sūmo regi qui gubernat oīa. Virgo sacra ta deo nullis deterreri potuit verbe ribus. Nec minis vllis nec verbis emoliri blādis nec muneribus. Ne qȝ retrudi timuit carceris ergastu lo quin cōstanter predicasset verbū dei populo. Nec ferientis gladiū iu dicis ptimuit sed gratāter martyri um pro christo sustinuit. Maxēciū superauit dei potētia despiciēs cor poris sui dira supplicia. Cuius fidē dū attēdit atqȝ constantiā decollari precepit eā mox per inuidiā. O btā katherina que iā gaudes in supna cū celesti curia. Nostri pia miserere nūc et sēper et tuere ab omī tristitia Chorū nostrū tue laudi assistētē tu exaudi impetrans celestia Recolen tes tuū festū hodiernū ꝙ honestum tecū duc ad gaudia. Ubi pax est per petua salus et cōcordia. Ubi vita fi ne carēs vita plena gloria. Katheri na sponsa christi que tyrannū deui cisti fidei constantia. Fac nos hostē superare sequi christū et amare ipsi us vestigia. Nostras preces exaudi re dignetur omp̄s pius pater vt te digne collaudare valeamus iugiter pia mater Amen. Euāgeliū. Simi le est regnū celorū thesauro abscōdi to. In coī fo. xi. dicit' Credo. Offr. Filie regū in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circunda ta varietate.

Secreta. Hostiā quesumus dn̄e quam tibi sācte katerine martyris tue natalicia recensentes offerim⁹: et vincula nostre prauitatis absol uat: et tue nos misericordie dona cō ciliet. Per dominum nostrum iesū christum filium tuū. Coīo. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedi xit te deus in eternū.

Postcoīo. Quesumus domine salutari bus repleti mysteriis: vt cui⁹ solennia celebramus: eius orationi bus adiuuemur. Per dominū nr̄m iesum christū filium tuū.

Sācti saturnini martyris. Collecta

Deus qui nos beati saturnini martyris tui concedis natali cio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per dominum nostrum iesū christū filiū tuū.

Secreta. Munera tibi domine dedicata sāctifica: et intercedente bea to saturnino martyre tuo: per eadē nos placatus intēde. Per dominū nostrū iesum christū.

Postcoīo. Sanctificet nos q̄sumus dn̄e tui perceptio sacramenti: et intercessione scti saturnini marty ris tui tibi reddat acceptos. Per do

Explicit sanctorale.

De sancto ludouico rege franco rum Confessore. Introitus.

Gaudeamus oẽs in dño diẽ feſtũ celebrãtes ſub honore beati ludouici de cuius ſolẽnitate gaudent angeli et collaudãt filiũ dei. Ps. Dñe in virtute tua letabit rex:et ſup ſalutare tuũ exultabit vehemẽt

Deus q̃ beatũ ludouicũ cõfeſſorẽ tuũ de terreno ac tpali regno ad celeſtis et eterni regni gloriã trãſtuliſti:eius q̃s itercesſiõe regis regũ ieſu xpi filii tui nos coheredes efficias:et eiuſdẽ regni tribuas eſſe cõſortes. Per dominum. Collcã

Lectio libri ſapiẽtie: eccliaſtici.xxxi.

Beatus vir q̃ iuẽtus eſt ſine macula:et q̃ poſt auꝝ nõ abiit:nec ſperauit in pecunia et theſauris. Quis eſt hic:et laudabimus eũ fecit enĩ mirabilia ĩ vita ſua. Qui pbatus eſt in illo/et pfectus iuẽtus eſt:et erit illi gloria eterna. Qui potuit trãſgredi/et nõ ẽ trãſgreſſus:et facere mala et nõ fecit. Ideo ſtabilita ſũt bona illius in dño:et elemoſinas illius enarrabit:oĩs ecclia ſãctoꝝ. R. Dñe preueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. V. Vitam petiit et tribuiſti ei longitudinẽ dierũ in ſeculũ ſeculi. Alla. V. Felix corona frãcie ludouici virtutibus cuius corona glĩe refulget in celeſtib9. Scdm Matheũ. vi

In illo tẽpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cõſiderate lilia agri:quomodo creſcũt. Nõ laborant neqꝫ nent. Dico autẽ vobis:q̃m nec ſalomon in omĩ gloria ſua coopertus eſt ſicut vnũ ex iſtis. Si enĩ fenũ agri qđ hodie ẽ:et cras ĩ clibanũ mittitur deus ſic veſtit:quãto magis vos modice fidei. Nolite ergo ſolliciti eſſe dicentes. q̃d manducabimus:aut quid bibemus:aut quo operiemur:hec enĩ oĩa:gentes inq̃runt. Scit enĩ pater veſter: q̃a hiis oĩbus indigetis. Querite ergo primum regnũ dei:et iuſtitiam eius:ꝛ hec oĩa adiicientur vobis. Offerto.

Filie ſyon exultẽt in rege ſuo laudent nomen eius in choro in timpano et pſalterio pſallãt ei allã. Secreta.

Preſta q̃s omp̃s deus:ſicut beatus ludouicus cõfeſſor tuus per abundantiã gracie oblectamẽtis mũdialib9 ſpretis: ſoli regi xpo placere ſtuduit: ita eius oratio nos tibi reddat acceptos. Per do. Coiõ.

Juſtũ deduxit dñs per vias rectas et oſtẽdit illi regnũ dei et dedit illi ſciẽtiam ſãctoꝝ honeſtauit illum in laboribus ſuis et cõpleuit labores illius. Poſtcoiõ.

Deus qui almũ cõfeſſorẽ tuũ ludouicum mirificaſti in terris:q̃s vt iam in celis glorioſũ effectũ eccleſie tue cõſtituas defenſorẽ: eamqꝫ eius meritis et precibus ab oĩ aduerſitate liberare p.

De deſpõſatione marie et ioſeph. Introitus.

Uxor tua ſicut vitis abũdãs in laterib9 dom9 tue et filii tui ſicut nouelle oliuaꝝ in circuitu mẽſe tue. Ps. Bti oẽs q̃ timẽt dñm:q̃ ambulãt in viis eius. Gl̃a. Orõ

Deus q̃ beatiſſimam matrez tuã iuſto ioſeph deſpõſari voluiſti: tribue q̃s: vt q̃ illoꝝ cõiugiũ tue ĩcarnationis myſterio ɔſeciatũ credim9:ad ɔtẽplãdã cũ illis maieſtatis tue gloriã tranſeamus. Qui

Epl̃a. Mulierẽ fortẽ. In coĩ folio.x.

℞. Aut ego indigna illis fuit aut illi mi
chi forsitā fuerūt idigni q̄a alteri viro cō
seruasti me. ℣. Virū cum timore tuo dn̄e
nō cū libidine mea cōsēsi in matrimonio
suscipere. Alla. ℣. Cōfidit in ea cor viri
sui nobilis in portis qn̄ sederit cum sena
toribus terre. **Sequentia.**

Collaudemus cū cāticis oiu
giū vginale qd̄ cōmertiū car
nale nō ptulit. Qr filiū ptulit vgo
maria vocat virū virginē p modū
mirū cōsētiēs. Vxor ioseph ocipiēs
carne sola preter thorū non soli9 sed
ābotū nō plurib9. Sed coi cōiugib9
lege mr̄imoniali vir dat vxori tali
diuinit9. Colūba missa celit9 supra
virgā certū signū dedit ioseph fore
dignū p̄ ceteris. Cōiugio mulieris
supra facultatē rex pariture deū ve
rū et hoiem. Virgo suscipit virginē
sub federe nuptiarū q̄ traxerūt ge-
nus clarū a regib9. Uxor a sacerdo-
tibus clara sacerdotē gignit regem
quoqz q̄ p̄signit oiugiū. In quo se
prebet filiū oi procul a cubili sine se
mine virili pgenitū. Et parētibus
subditū creatorē creatura suscipit i
sua cura fidelit. De9 paret hūiliter
vxor parit genitorē vir suis alit re-
ctorē laborib9. Cōiugatis paupib9
sed iustis hoc dedit donū vt haberēt
oē bonū in vnico. Oibus iustis pu
blico qd̄ circūcidēs vocauit vir iesū
nec dubitauit accipere. Cōiugē ple-
nā onere qd̄ nō dedit descriptū cēsū
soluens in egyptū non distulit. Ire
quē furor cōpulit herodis mr̄em et
natū portās p dei mādatū post refe
rēs. Quo adiri nō deserens audiuit
celi cātores magos vidit et pastores
cū gaudio. Dātes decus p̄sepio in
quo fuit reclinatus puer mox in tē
plo lat9 ad dn̄m. Puo p̄cio virginū
redēptus eū iuenitur duodenis cu-
stodit in p̄ciū. O felix matrimoniū
nulla tale tulit etas qd̄ supra natu-
re metas deducit. Textrix pauperi
subdit fabro p̄sidet regina vtrisqz p
les dina se subicit. Quos nūc i celo
reficit vxorē matrē coronans iperiū
orbis donās sublimiter. Aluno dat
felicit pfrui se cūctis horis vbi deū
iūctis choris angelicis collandem9
cū cāticis. Amē. **Euāg.** Cū esset de-
spōsata. **q̄re i vigilia nat do.** **Credo**

Offr. Tu scis dn̄e qm̄ nō luxurie causa
suscepi sororē meā cōiugio sz sola posteri
tatis dilectione in qua bn̄dicat ab oibus
gētibus nomē tuū in secula. **Secreta.**

Tibi dn̄e scte pater hostiā lau
dis imolamus illius oiugii
mēorā recolētes: in quo sine seie vi
rili cōceptus est de virgie fili9 tuus
vnigenitus dn̄s noster iesus christ9
Qui te. **Prefatio.** Eine deus Et te
in despōsatiōe. **Coio.** Filiis noctib9 iū-
gemur deo filii q̄ppe sāctor sumus et nō
possumus ita cōiūgi sicut gentes que ig
norant deum. **Postcoio.**

Maiestati tue dn̄e grārū actio-
nes referimus p cōiugio io-
seph ⁊ marie quod sicut p nostra sa
lute celebratū cognouimus: ita fru
ctū in eo natū nobis ad eternā sa-
lutē pdesse sētiamus. Qui tecum.

**Quisquis in hoc presso diuina vo-
lumine tractas.
Pro directore te rogo funde preces.**

Incipit Cõmune sãctoꝝ missalis ad vsum insignis ecclesie eduen. Et primo de sãctis apl'is. Introitus

In medio ecclesie aperuit os eius et impleuit eū dominus spiritu sapientie et intellectus stola glorie induit eū. ps. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Gloria patri et filio. Alius Introitus

Ego autem sicut oliua fructificaui in domo domini: speraui in misericordia dei mei et expectabo nomen tuū quoniam bonū est ante cõspectū sanctoꝝ tuoꝝ. ps. Quid gloriaris in malicia qui potẽs es iniquitate. Gl'a. Ali⁹ Introit⁹.

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meam et resurrectionẽ meã. Gl'a. Collecta

Quesumus oĩpotens deus: vt beatus. N. apostolus tuū pro nobis imploret auxiliū: vt a nostris reatibus absoluti a cunctis etiã periculis eruamur. P. Alia Collecta.

Deus qui nos ãnua apostoloꝝ tuoꝝ. N. et. N. solẽnitate letificas presta quesumus: vt quoꝝ gaudemus meritis instruamur exemplis. P. do. Ad Ephesios. .ii.

Iam non estis hospites et aduene: sed estis ciues sãctoꝝ et domestici dei. Superedificati sup fundamentū apl'oꝝ et ꝓphetarum: ipo summo ãgulari lapide xp̃o iesu. In quo oĩs edificatio cõstructa: crescit i tẽplū sãctū in dño. In quo et vos coedificamini in habitaculū dei: i spiritu sãcto. Ad Corinthios. i.ix.

Fratres: Qui altario deseruiunt: cū altario participãt. Ita et dominus ordinauit his qui euangelium annunciant: de euangelio viuere. Ego autẽ: nullo hoꝝ vsus sum. Non autem scripsi hec vt ita fiant in me. Bonum est enim michi magis mori: ꝙ vt gloriam meã quis euacuet. Nam et si euangelizauero: non est michi gloria. Necessitas enĩ michi incūbit. Ve enim mihi est si non euãgelizauero. Si enĩ volens hoc ago: mercedem habeo. Si autem inuitus: dispensatio michi credita est. Que ẽ ergo merces mea vt euangeliū predicãs: sine sumptu ponam euangelium: vt nõ abutar potestate mea in euangelio. Nã cū liber essem ex omibus oĩm me seruum feci: vt plures lucrifacerẽ. Et factus sum iudeis tanꝙ iudeus: vt iudeos lucrarer. His qui sub lege sūt quasi sub lege essẽ cū ipse nõ essem sub lege: vt eos qui sub lege erant lucrifacerẽ. His qui sine lege erant tanꝙ sine lege essem cū sine lege dei nõ essem sed in lege essem christi vt lucrifacerẽ eos q̃ sine lege erãt. Factus sū ĩfirmis infirm⁹: vt infirmos lucrifacerẽ. Oĩb⁹ oĩa factus sū: vt oẽs facerẽ saluos. Omia autẽ facio ꝓpter euãgeliū: vt ꝑticeps ei⁹ efficiar. ℞: In omnẽ terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eoꝝ. ℣. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annūciat firmamentū. ℞. Constitues eos principes super omnẽ terrã memores erūt noĩs tui domine ℣. Pro patribus

tuis nati sunt tibi filii propterea populi confitebuntur tibi. ℟. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis cōfortatus est principatus eorū. ℣. Dinumerabo eos et super arenā multiplicabūtur. Alleluia. ℣. Ego vos elegi de mūdo vt eatis et fructū afferatis et fructus vester maneat. Alleluia. ℣. Primus ad syon dicet ecce adsum et hierusalem euangelistam dabo

Cesare sāctoꝝ senatus **Prosa** apl'oꝝ pīceps orbis terrarū rectorūq; regnorū. Ecclesiarū mores et vitā moderare Que per doctrinam tuā fideles sunt vbiq; Anthiocus et remus concedūt tibi petre regni solium. Tirannidē tu paule alexādrinam inuasisti greciam. Ethiopes horridos mathee agnelli vellere Qui maculas nesciat aliquas vestisti cādido. Thoma bartholomee iohannes philippe simon Jacobiq; pariles andrea thadee dei bellatores incliti. En vos oriens et occidens imo teres mundi circul⁹ se patres habere gaudet et expectat iudices. Et idcirco mundus omnis laudes vobis et honorem sāctis debitum supplex impēdit. Amē.

Prosa

Iocundare plebs fidelis cuius pater est in celis recolēs ezechielis ꝓphete preconia. Est iohānes testis ipi dicens in apocalipsi vere vidi vere scripsi vera testimonia. Circa thronū maiestatis cū spiritibus beatis quattuor diuersitatis astant aīalia. Formā primā aquilinā et secūdā leoninā sed humanā et bouinā duo gerunt alia. Forme formāt figurarū formas euāgelistarū quorū imber doctrinaꝝ stillat in ecclesia. Hi sunt marcus et matheus lucas et quem zebedeus pater misit tibi deus dum laxaret rethia. Formā viri dat matheo quia scripsit sic de deo sicut descendit ab eo quem plasmauit hominem. Lucas bos est in figura vt premonstrat in scriptura hostiarū tangens iura legis sub velamine. Marcus leo per desertū clamās rugit in apertum iter fiat deo certū mundū cor a crimine. Sed iohannes ala bina charitatis aquilina forma fertur in diuina puriori lumīe. Quattuor describūt isti quadriformes actus christi et figurant vt audisti q̄sq́ue sua formula. Natus homo declaratur vitulus sacrificatur leo mortem depredatur sed ascendit aquila. Ecce forma bestialis quā scriptura prophetalis notat sed materialis hec est īpositio. Currunt rotis volāt alis visus lux est discretalis rota sensus litteralis equalis ala cōtemplatio. Paradisus his rigatur viret floret fecundatur his abundat his latatur quattuor fluminibus. Fōs est christus hi sunt riui fons est altus hi proclivi vt saporem fontis viui ministrent fidelib⁹ Horū fonte debriatis sitis crescat caritatis vt de fōte deitatis saciemur plenius Quorū trahat nos doctrina viciorum de sentina sicq; ducat ad diuina ab imo superius. Amen.

Secundum Johannem. xv.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Hoc est preceptū meū: vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionē nemo habet: vt animā suam ponat quis pro

amicis suis. Uos amici mei estis: si feceritis que ego precipio vobis. Iā nō dicā vos seruos: quia seruus nescit qd faciat dñs eius. Uos aūt dixi amicos: q2 omīa q̄cūq3 audiui a prē meo: nota feci vobis. Nō vos me elegistis sed ego elegi vos ⁊ posui vos vt eatis et fructū afferatis: et fruct9 vester maneat. Ut quodcūq3 petieritis patrē in noīe meo: det vobis. Notandū q̄ in cunctis festiuitatibus apostolorum dicitur post euangelium: Credo in vnum deum.

Secundum iohannem. xv.c.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Hec mādo vobis. vt diligatis inuicē. Si mūdus vos odit: scitote quia me priorē vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suū erat diligeret. Quia vero de mūdo non estis: sed ego elegi vos de mundo: ꝓpterea odit vos mundus. Memētote sermonis mei quē ego dixi vobis. Nō est seru9 maior dño suo. Si me persecuti sunt: ⁊ vos persequent. Si sermonē meū seruauerūt: et vestrū seruabūt. Sed hec omīa facient vobis ꝓpter nomē meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si nō venissem ⁊ locutus fuissem eis peccatū non haberēt. Nunc autē excusationē non habent de peccato suo. Qui me odit: et patrē meū odit. Si opera non fecissē i eis q̄ nemo alius fecit: peccatū non haberēt. Nunc autē viderunt: et oderunt, et me et patrem meū. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorū scriptus est: quia odio habuerūt me gratis.

Secundum lucam. x.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum neq3 peram, neq3 calciamenta et nemiē per viā salutaueritis. In quamcunq3 domū intraueritis primum dicite: pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet super illum pax vestra. Sin autē: ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete: edentes et bibentes que apud illos sunt. Dignus est eni operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domū: Et in quamcunq3 ciuitatem intraueritis et susceperint vos: manducate que apponuntur vobis: et curate infirmos qui in illa sunt, et dicite illis: appropiquabit in vos regnū dei

Secundū iohannem. xv

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Ego sū vitis vos palmites. Qui manet in me et ego i eo hic fert fructū multū: quia sine me nichil potestis facere. Et si quis in me nō māserit mittetur foras sicut palmes et arescet: et colligent eum, et in ignem mittēt et ardet. Si mānseritis in me: et verba mea in vobis manserint: quodcūq3 volueritis petetis et fiet vobis. In hoc clarificat9 est pater meus vt fructū plurimū afferatis: et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pr̄: et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea: sicut et ego patris mei precepta seruaui: et maneo in eius dilectione. Hec locutus sum vobis vt gaudium meum in vobis

sit: et gaudiū vestrū impleatur. Offr. Constitues eos principes super oēm terram memores erunt nois tui in omni generatione et progenie. Offr. Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Offr. In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum.

Secreta

SAcrandum tibi dñe munus offerimus: quo beati. N. apostoli tui solennia recolentes: purificationē quoqz nostris mentibus imploram⁹. P do.

Alia Secreta

MUnera domine que pro apostolorum tuorū. N. et N. solennitate deferim⁹ propicius suscipe: et mala omnia que meremur auerte. P dñm. Coio. Ego vos elegi de mūdo vt eatis et fructum afferatis et fruct⁹ vester maneat. Coio. Amē dico vobis q̄ vos qui reliquistis omnia et secuti estis me cētuplum accipietis et vitam eternam possidebitis. In tēpore paschali Coio. Ego sum vitis vera et vos palmites qui manet in me et ego in eum hic fert fructum multum alleluia alleluia.

Postcoio

PErceptis domine sacramētis suppliciter exoramus vt intercedēte beato. N. apostolo tuo que p illius veneranda gerimus passione nobis proficiant ad medelam. Per dominum nostrū.

Alia Postcoio

QUesum⁹ dñe salutarib⁹ repleti mysteriis vt quorū solēnia celebramus eorū oratōibus adiuuemur. P

In natali vnius mar. Introitus

LEtabitur iustus in dño et sperabit in eo et laudabuntur oēs recti corde. ps. Exaudi deus orationē meā cū deprecor a timore inimici eripe aiam meā. Gl'a. Ali⁹ itroit⁹.

IN virtute tua dñe letabitur iustus et super salutare tuū exultabit vehementer: desiderium aie eius tribuisti ei. ps. Quoniam preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti i capite eius coronā de lapide precioso. Gloria. Alius introitus

IUstus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur plantatus in domo dñi in atriis domus dei nostri. ps. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Gloria patri.

Alius Introitus

IUstus non cōturbabitur qr dñs firmat manū eius tota die miseretur et cōmodat et semen eius in benedictione erit: et in eternum non cōmouebitur. ps. Noli emulari in malignantibus: neqz zelaueris facientes iniquitatē. Gl'a. Alius itroitus

GLoria et honore coronasti eū et constituisti eū super opera manuū tuarum. ps. Dñe dñs noster: q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Gloria.

Collecta

DEus q̄ nos beati N. martyris Et si fuit eps adde atqz pōtificis annua solēnitate letificas: cōcede propicius: vt cuius natalicia colimus: etiā actiones imitemur. P do.

Lectio libri sapientie. xiiii ca

BEatus vir qui in sapiētia morabitur et qui in iusticia meditabitur: et in sensu cogitabit circūspectionem dei. Cibabit illum pane vite et intellectus et aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo et non flectet: et con

tinebit illum/et non confundetur:
et exaltabit illum apud proximos su
os. Et nomie eterno hereditabit il
lum: dominus deus noster.

Lcō libri sapiētie Ecclesiastici. xxxi.

Beatus vir qui inventus est si
ne macula: et qui post aurum
non abiit: nec speravit in pecunia et
thesauris. Quis est hic: et laudabi
mus eū? Fecit enim mirabilia in vi
ta sua. Quis probatus est in illo: et p
fectus inventus est: et erit illi gloria
eterna. Qui potuit transgredi et nō
est trāsgressus: et facere mala et nō
fecit. Ideo stabilita sunt bona illius
in domino: et elemosynas illi⁹ enar
rabit: omnis ecclesia sanctorum.

Lcō libri sapiētie Proverbiorū. x.

Expectatio iusti leticia: spes au
tem impiorū peribit. Fortitu
do simplicis via dñi et pavor his q
operantur malum. Iust⁹ in eternū
non cōmovebit: ipii autem non ha
bitabunt super terrā. Os iusti par
turiet sapiētiā: lingua pravorū peri
bit. Labia iusti cōsiderant placita: et
os impiorum perversa. Simplici
tas iustorū diriget eos: et supplan
tatio perversorū vastabit illos. Non
proderūt divitie in die ultionis: iu
sticia autem liberabit a morte. Iusti
cia simplicis diriget viam eius et in
impietate sua corruet impius. Iu
sticia rectorum liberabit eos: et in i
sidiis suis capientur iniqui. Iustus
de angustia liberatus est: et tradet
impius pro eo. Simulator ore decipit
amicū suū. iusti aūt liberabūtur sci
entia. In bonis iustorū exaltabitur
civitas: et in perditiōe ipiorū erit lau
datio. Benedictiōe iustorū: exaltabit
civitas.

Lcō epl'e btī iacobi apli. i.

Omne gaudium existimate fra
tres mei cū in tētatiōes varias
incideritis: sciētes q probatio fidei
vestre patientiā operat. Patientia
autē op⁹ perfectū habeat: ut sitis p
fecti et integri in nullo deficientes.
Si quis autē vestrū indiget sapien
tia postulet a deo qui dat omnibus
affluenter: et non improperat et dabi
tur ei. Postulet aūt in fide: nichil he
sitās. Qui eni hesitat similis est flu
ctui maris: qui a vento movetur et
circumfertur. Non ergo estimet ho
mo ille q accipiat aliquid a domino
Vir duplex aiō: incōstās est in omi
bus viis suis. Glorietur autē frater
humilis in exaltatiōe sua: dives au
tem i humilitate sua: quoniā sicut
flos feni transibit. Exortus est eni
sol cum ardore: et arefecit fenum et
flos eius decidit: et decor vultus ei⁹
deperiit: ita et dives in itinerib⁹ su
is marcescet. Beatus vir qui suffert
tentationē quoniā cū pbatus fuerit
accipiet coronā vite: quam repromi
sit deus diligētibus se.

Lcō libri sapiētie Ecclesiastici. xxxix

Iustus cor suū tradet ad vigilā
dū diluculo ad dñm qui fecit
illū: et in conspectu altissimi depre
cabit. Aperiet os suū in orōe: et pro
delictis suis deprecabit. Si eni dñs
magnus voluerit: spiritu intelligē
tie replebit illū. Et ipse tanq imbres
mittet eloquia sapiētie sue: et i orōe
confitebit dño. Et ipse diriget cōsi
liū eius et disciplinā: et in abscondi
tis suis consiliabit. Ipse palā faciet

disciplinā doctrine sue: et in lege te-
stamēti dñi gloriabit. Collaudabūt
multi sapiētiā eius: et vsqz in seculū
nō delebitur. Non recedet memoria
eius: et nomen eius requiretur a ge
neratione in generationem.

Lcō libri sapiētie. Prouerbiorū. iii

Beatus homo qui inuenit sapi-
entiā: et q̄ affluit prudētia. Me
lior est acquisitio eius negotiatione
auri et argenti: primi et purissimi
fruct⁹ eius. Preciosior est cūctis opi-
bus: et oīa que desiderātur huic nō
valent cōparari. Longitudo dierū i
dextera eius: et in sinistra illius di-
uitie et gloria. Vie eius vie pulchre:
et oēs semite illius pacifice. Lignū
vite est his qui apprehenderit eam:
et qui tenuerit eā beatus. Domin⁹
sapientia fundauit terrā: et stabili-
uit celos prudentia. Sapientia illi-
us erupērūt abyssi: et nubes rore cō
crescunt. ℟. Domine preuenisti eū in be
nedictionibus dulcedinis posuisti in capi
te eius coronā de lapide precioso. ℣. Vitā
petiit et tribuisti ei longitudinē dierū in
seculū seculi. ℟. Posuisti dñe super caput
eius coronā de lapide precioso. ℣. Deside
riū aīe eius tribuisti ei et volūtate labiorū
eius nō fraudasti eū. ℟. Btūs vir qui ti-
met dñm in mandatis eius cupit nimis.
℣. Potēs in terra erit semen eius genera
tio rectorū benedicetur. ℟. Justus vt pal-
ma florebit sicut cedrus libani multipli-
cabitur i domo dñi. ℣. Ad annūciandum
mane miam tuā et veritatē tuam per no-
ctē. ℟. Justus nō conturbabitur q2 dñs fir
mat manū eius. ℣. Tota die miseretur et
cōmodat et semen illi⁹ in benedictōe erit.
Alleluia. ℣. Letabitur iust⁹ in dño et spe
rabit in eo et laudabuntur oēs recti corde.
All'a. ℣. Posuisti dñe super caput ei⁹
coronā de lapide precioso. Alleluia. ℣.
Gloria et honore coronasti eū dñe. All'a
℣. Justus vt palma florebit sicut cedrus li
bani multiplicabitur. All'a. ℣. Beatus
vir qui suffert temptationē quoniā cū pro-
batus fuerit accipiet coronā vite. All'a ℣.
Beatus vir qui timet dñm in mandatis
eius cupit nimis. Scdm Matheū. xvi

In illo tp̄e: Dixit iesus discipu
lis suis. Si quis vult post me
venire abneget semetipsum: et tol-
lat crucē suā/ et sequatur me. Qui
eni voluerit aīam suā saluā facere:
perdet eā. Qui aūt perdiderit aīam
suā ppter me inueniat eā. Quid ei p-
dest hoī si mūdum vniuersū lucre-
tur: aīe vero sue detrimētū patiatur.
Aut quā dabit homo cōmutationē
pro aīa sua. Filius eni hoīs vēturus
est in gloria patris sui/ cū āgelis su-
is: et tūc reddet vnicuiqz secundum
opera eius. Amē dico vobis sunt q-
dā de hic stātibus qui nō gustabunt
mortem: donec videāt filiū hoīs: ve-
niētē in regno suo. Se. Lucam. xiiii

In illo tp̄e. Dixit iesus discipu
lis suis. Si q̄s venit ad me et
nō odit patrem suū/ et matrē/ et vxo
rē/ et filios/ et fratres et sorores/ ad-
huc aūt et aīam suā: nō potest me⁹
esse discipul⁹. Et qui nō baiulat cru
cē suā et venit post me nō potest me⁹
esse discipul⁹. Quis eni ex vobis vo-
lens turrī edificare nonne prius se-
dens cōputat sumptus qui necessa-
rii sunt si habeat ad perficiendum
ne postea q̄ posuerit fūdamentum
et non potuerit perficere omnes q̄

vident incipiant illudere ei dicētes:
quia hic homo cepit edificare/ et nō
potuit cōsūmare. Aut quis rex itu=
rus cōmittere bellū aduersus aliū
regem nōne sedēs pri⁹cogitat si pos
sit cū decem milibus occurrere ei q̄
cum viginti mil ib⁹ venit ad se: Alio=
quin adhuc illo lōge agente: legati=
onē mittens rogat ea que pacis sūt
Sic ergo oīs ex vobis qui nō renun
tiat oib⁹ que possidet: nō potest me⁹
esse discipulus. Secūdū Johēm. xii.

In illo tpe Dixit iesus discipulis
suis. Am̄ am̄ dico vobis. Nisi
granū frumēti cadēs ī terrā mortu
um fuerit: ipsū solū manet. Si aūt
mortuū fuerit: multū fructū affert.
Qui amat aīam suā: perdet eam.
Et qui odit animā suā in hoc mū=
do: ivitā eternā custodit eā Si quis
michi mistrat: me sequatur. Et vbi
sū ego: illic et minister me⁹ erit. Si
quis michi ministrauerit honorifi=
cabit eū pater meus: qui est in celis.
Secundū Matheū: x.

In illo tpe. Dixit iesus discipu
lis suis. Qui amat patrē aut
matrē plus q̄ me: nō ē me dign⁹ Et
q̄ amat filiū aut filiā sup me: nō est
me dign⁹ Et q̄ nō accipit crucē suā ⁊
seq̄r me: nō ē me dign⁹. Qui iuenit
aīam suā perdet illam. Et qui pdi
derit aīam suā pp̄ter me: iueniet eā
Qui recipit vos: me recipit. Et qui
me recipit. recipit eū qui me misit
Qui recipit prophetā in nomine p̄=
phete: mercedem pphete accipiet Et
q̄ recipit iustū in noīe iusti: mercedē
iusti accipiet. Et quicūq; potū dede
rit vni ex minimis istis calicē aque
frigide tātū in noīe discipuli: amen
dico vobis: non perdet mercedē suā.
Offr. Gloria et honore coronasti eum
et cōstituisti eum super opera manuum
tuarū dn̄e. Offr. Justus vt palma flo=
rebit sicut cedrus q̄ in libano ē multipli=
cabitur Offr. Posuisti dn̄e ī capite ei⁹
coronam de lapide precioso vitā petiit a
te et tribuisti ei alla. Offr. In virtute
tua dn̄e letabitur iustus et super salutare
tuum exultabit vehementer desideriū aīe
eius tribuisti ei. Secreta

Hostias tibi domine beati. N.
martyris tui. Et si fuerit eps̄
adde atq; pōtificis dicatas meritis
benignus assume: et ad ppetuū no=
bis tribue puenire subsidiū. p. Cō.
Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo glo
riam et magnū decorē ipones super eum
dn̄e. Coīo. Letabitur iustus in dn̄o et spe
rabit in eo et laudabūtur oēs recti corde
alla alla. Coīo. posuisti dn̄e in capite
ei⁹ coronā de lapide precioso. Coīo. Qui
vult venire post me abneget semetipsum
et tollat crucē suā et sequatur me. Coīo.
Qui michi ministrat me sequatur et vbi
ego sum illic et mister meus erit. Postcō

Sumptis dn̄e sacramentis q̄s i=
tercedēte beato. N. martire tuo
Et si fuerit eps̄ adde atq; pōtifice ad
redēptionis eterne pficiam⁹ augmē
tū. p dn̄m. In natali plurimorū
martyrū ad missam. Introitus

Intret in cōspectu tuo dn̄e ge
mitus cōpeditorū redde vici
nis nostris septuplū in sinu
eorū vindica sanguinē sanctorū tu=
orū qui effusus est. ps. Deus venerunt
gentes in hereditatē tuam polluerūt tē=
plum sc̄tum tuū posuerunt hierusalem

in pomorũ custodiam. Gl'a Ali⁹ itroit⁹.

SAncti tui dñe benedicẽt te: gloriã regni tui dicent all'a ps Exaltabo te deus meus rex: et benedicã noĩ tuo in seculum et in seculum seculi Gloria pa. Alius itroitus.

ECce oculi dñi super timentes eũ sperãtes in mĩa eius allã vt eripiat a morte aĩas eorũ quoniã adiutor et ꝓtector noster est alleluia all'a. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio Gloria patri. Alius Introitus.

CLamauerũt iusti et dñs exaudiuit eos et ex oĩbus tribulatiõib⁹ eoꝝ liberauit eos ps Benedicam dñm in oĩ tẽpore semper laus eius in ore meo Gl'a. alius itroit⁹.

SApientiã sctõꝝ narrant populi et laudẽ eorũ nũciat ecclesia noĩa aũt eorũ viuẽt in seculũ seculi. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Gl'a. Ali⁹ itro.

SAlus aũt iustorũ a dño et ꝓtector eorũ est in tẽpore tribulationis. ps. Noli emulari ĩ malignantibus: neqȝ zelaueris facientes iniquitatẽ. Gloria. Alius introitus

LOquetur dñs pacem in plebem suã et super sãctos suos et ĩ eos qui cõuertũtur ad ipsum. ps. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob. Gloria pa. Alius Introitus.

MUlte tribulationes iustorũ et de his oĩbus liberauit eos dñs: dñs custodit omĩa ossa eorũ vnum ex his nõ conteretur. ps. Benedicam dñm in oĩ tẽpore: sẽper laus eius in ore meo. Gl'a. Alius. Introitus

IUdicabũt sãcti gẽtes et dñabuntur populis et regnabit dñs illoꝝ ĩperpetuũ. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Gloria patri. Alius Introitus

SAcerdotes eius induãt salutari et sãcti eius exultatiõe exultabũt. ps. Memẽto dñe dauid et oĩs mansuetudinis eius. Gloria patri et filio. Alius Introitus.

TImete dñm oẽs sancti eius quoniã nichil deest timẽtibus eũ diuites eguerũt ⁊ esurierũt: inqrentes aũt dñm nõ deficient oĩ bono. ps. Benedicam dñm in oĩ tempore: semper laus eius in ore meo. Gloria. Alius introitus

IUsti epulent̃ ⁊ exultẽt in cõspectu dei: et delectent̃ in leticia. ps. Exurgat deus et dissipẽtur inimici eius: et fugiant qui oderũt eum a facie eius Gloria. Collecta.

DA nobis q̃s oũs deus: vt qui beatorũ martyrũ tuorũ. N. et. N. solennia colimus eoꝝ apud te intercessiõib⁹ adiuuemur. P. Alia collc̃a.

PResta q̃s oũs deus vt qui gloriosos martires tuos. N. ⁊. N. fortes in sua cõfessione cognouim⁹ pios apud te in nr̃a ĩtercessione sentiamus. P. Ad hebreos.

FRatres: Sãcti per fidẽ vicerũt regna operati sunt iusticiam: adepti sũt repromissiões. Obturauerũt ora leonũ: extĩxerũt impetum ignis Effugauerũt aciẽ gladii conualuerũt de infirmitate: fortes facti sunt in bello Castra verterũt exterorũ: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos Alii aũt distẽ-

ti sunt nō suscipiētes redēptionē: vt meliorē inuenirent resurrectionē. Alii vero ludibria/et verbera experti: insuper et vincula/et carceres. Lapidati sunt/secti sunt/tentati sunt: in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis: et in pellibus caprinis. Egentes/āgustiati/afflicti: quibus dignus nō erat mūdus. In solitudinib⁹ errantes: in mōtibus et in speluncis: et in cauernis terre. Et hi oēs testimonio fidei: probati inuenti sunt. In christo iesu: dño nostro.

Lectio libri sapientie. x. ca.

Reddet deus mercedē laborum sanctorū suorꝫ: et deducet illos in via mirabili. Et fuit illis in velamēto diei: et in luce stellarū per noctē. Et transtulit illos per mare rubrū: et transuexit illos per aquā nimiā. Inimicos autem illorꝫ demersit in mare: et ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerūt spolia impiorum: et decātauerūt dñe nomē sanctum tuum. Et victricem manum tuā laudauerūt pariter: domine deus noster.

Lectio libri sapientie. iii.

Iustorum aīe in manu dei sūt et non tanget illos tormentū mortis. Visi sunt oculis insipiētium mori: et estimata est afflictio exitus illorū: Et ꝙ a nobis est iter exterminii: illi autē sunt in pace. Et si corā hoībus tormēta passi sunt: spes illorū imortalitate plena est. In paucis vexati: in multis bene disponētur: quoniā deus tētauit illos: et iuenit illos dignos se. Tanꝙ aurū i fornace pbauit illos: et quasi hostiā olocausti accepit illos: et in tpe erit respect⁹ illorū. Fulgebūt iusti: et tanꝙ scītille in arūdineto discurrēt. Iudicabunt natiōes et dñabunt ppl'is: et regnabit dñs illorum in perpetuum.

Lectio libri sapiētie. v.

Stabūt iusti i magna cōstātia aduersus eos qui se angustiauerūt: et qui abstulerūt labores illorū. Videntes turbabūtur timore horribili et mirabūtur in subitatione insperate salutis gemētes pre āgustia spiritus dicētes ītra se penitētiā agētes: et pre āgustia spiritus gemētes. Hi sūt quos habuim⁹ aliqn̄ i derisū: et i silitudinē iproperii. Nos insēsati vitā illorū estimabamus insaniā et finē illorꝫ sine honore. Ecce quomodo cōputati sūt inter filios dei: et inter sanctos: sors illorum est.

Lcō libri sapiētie. Prouerbiorꝫ. xv

Lingua sapiētū ornat sciētiā: os fatuorꝫ ebulit stulticiā. In oī loco oculi dñi: cōtēplātur bonos et malos. Ligua placabilis lignū vite: ꝙ autē imoderata est/cōteret spm̄. Dom⁹ iusti pluria fortitudo: et i fructib⁹ ipii cōturbatio. Labia sapiētiū disseīabūt sciētiā: cor stultorū dissimile erit. Victime ipiorū aboiabiles domino: vota iustorum placabilia. Qui sequitur iusticiam: diliget a dño.

Lcō libri sapiētie v.

Iusti aūt ippetuū viuēt et apud dñm ē merces eorꝫ: et cogitatio illorꝫ apud altissimū. Ideo accipient regnū decoris et diadema speciei de manu domini: quoniā dextera sua teget eos: et i brachio scō suo defēdet illos. Et accipiet armaturā zelus

illius et armabit creaturā ad vltionē inimicorū. Induet pro thorace iusticiā: et accipiet p galea iudiciū certum Sumet scutū iexpugnabile eqtatē: ibūt directe pmissiones. Et ad certū locum deducet illos: dñs deus noster. Lcō libri sapie. Eccl'a. xliiii.

Hi sunt viri mie: quorum iusticie obliuionē nō acceperunt. Cū semine eo permanēt bona: hereditas sancta nepotes eorū. Et i testamētis stetit semen eo: et filii eorū ppter illos vsqz in eternū manēt. Generatio eorū et gloria eo: nō derelinquetur. Corpora eorū in pace sepulta sunt: et noia eorū viuent in secula. Sapientiā ipso narrāt populi: et laudē eorum pnūciet: omis ecclesia sācto. ℞. Gloriosus deus i sāctis mirabilis in maiestate faciēs prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est in virtute dextera manus tua cōfregit iimicū. ℞. Aia nostra sicut passer erepta ē de laqueo venātiū. ℣. Laqueus cōtritus est t nos liberati sumus adiutoriū nostrum in nomine dñi qui fecit celū et terrā. ℞. Clamauerūt iusti et dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorū liberauit eos. ℣. Iuxta est dñs his qui tribulato sūt corde et humiles spū saluabit. ℞. Iustorū anime in manu dei sunt et nō tāget illos formētū malicie. ℣. Visi sūt oculis insipientiū mori illi autē sunt in pace ℞. Vindica domine sanguinē sanctorū tuorū qui effusus ē ℣. Posuerūt mortalia seruorū tuorū escas volatilib9 celi carnes scōrū tuorū bestiis terre. ℞. Ecce qꝫ bonū et qꝫ iocundū habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguentum in capite quod descēdit in barbā barbam aaron. ℞. Exultabunt sancti in gloria letabūtur in cubilibus suis. ℣. Cātate domino cāticum nouum laus eius i ecclesia sanctorū. ℞. Timete dominum omnes sancti eius quoniam nichil deest timētibus eum. ℣. Inquirentes autē dñm non deficient omni bono. Alleluia ℣. Isti sunt qui venerunt e magna tribulatione et lauerunt stolas suas et dealbauerunt eas in sanguie agni Alleluia ℣. Sancti tui domine benedicet te gloriam regni tui dicent. Alleluia. ℣. Gaudete iusti in domino rectos decet collaudatio. Alleluia. ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua domine etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Alleluia. ℣. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Alleluia. ℣. Iustorum anime in manu dei sūt et non tanget illos tormentum malicie. Alleluia. ℣. Fulgebunt iusti et tanqꝫ scintille in arundineto discurrent et regnabunt in eternum. Alleluia. ℣. Mirabilis deus in sanctis suis Alleluia ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine Alleluia. ℣. Sancti et iusti in domino gaudete vos elegit deus in hereditatē sibi. Alleluia. ℣. Iudicabūt sancti nationes et dominabuntur populis et regnabit illorū rex in eternū. Prosa

Sypreme matris gaudia repręsētat ecclia Dum festa colit annua suspirat ad celestia In hac valle miserie mater succurrat filie hic celestes excubie nobiscū stāt in acie Mūdus caro demonia diuersa mouēt p̄lia. In cursu tot fantasmatū turbatur cordis sabbatū. Dies festos cognatio simul hec habet odio. Certantqꝫ pari federe pacē de terra tollere. Confusa sunt hec oia spes me-

tus meroꝛ gaudiū. Vix hōia vel di-
midia fit in celo silētiū. O quā felix
illa ciuitas in qua iugis solennitas
Et ꝙ iocūda curia que cure pꝛoꝛsus
nescia. Nec languoꝛ hic nec senium
nec fraus nec terroꝛ hostiū sed vna
vox letantiū et vnus ardoꝛ coꝛdium
Illic ciues āgelici sub hierarchia tri
plici trine gaudēt et simplici se mo-
narchie subiici. Mirātur nec defici-
unt in illū quē ꝓspicuūt fruūtur nec
fastidiunt quo frui magis sitiūt. Il
lic patres dispositi ꝓ dignitate me-
riti semota iam caligie lumē vidēt
in lumine. Hic sanctus cui⁹. Vel. Hi
sācti quoꝛū hodie recēsent solennia.
Jam reuelata facie deum cernit. vel
cernūt in glīa. Illic regina virginū
transcendēs culmē oꝛdinū. Excuset
apud dñm nostroꝝ lapsus criminū
Nos ad sāctoꝝ gloꝛiā per ipsius. vel
ipsoꝝ suffragia. Post presentē mise
riā xp̄i ꝑducat gratia. Amē. Pꝛosa

Adest nāqꝫ dies alma ī magno
gaudio plena. In qua sctā deo
grata cōgaudet hec ecclesia. Hodie ce
lestis letat̄ turma que gloꝛiā cātat ī
excelsis voce dulcissona cū simpho-
nia: Hodie poloꝝ sctā agmina collau
dāt regē regū deū nostrū natū ex vir
gine sctā maria. Aue inclite presul
chꝛisti. N. flos pulcherrime Tu vesti
gia iesu chꝛisti secutus es fide deuota
Eterni regis adeptus es regna Jam
gratularis ī domo sup̄na possidēs
sedes almas. Jā postulam⁹ et posci-
mus vna. Adiuuēt tua sācta suffra-
gia cōsona voce nostra. O btē o san
cte N. laus tibi gloꝛia. O beate o sā-
cte N salua cateruam hāc. Nos vna
mereamur sācta poloꝝ templa: pos
sidere leti cernentes alma gaudia q̄
sūt plena. Sit deo laus honoꝛ et iu-
bilatio casta. Qui regnat per oīa se
culoꝝ secula. Amen dicāt omia.

Secūdū Lucam. vi.

In illo tp̄e: Descēdens iesus de
mōte stetit ī loco cāpestri et tur
ba discipuloꝝ eius: et multitudo co
piosa plebis ab omi iudea, et hiꝛlm
et maritima, et tyri, et sydonis, qui
venerāt vt audirēt eū: et sanarent̄ a
lāguoꝛib⁹ suis. Et qui vexabātur a
spiritib⁹ imūdis: curabātur. Et oīs
turba querebat eū tāgere q2 virt⁹ de
illo exibat: et sanabat oēs. Et ipe ele
uatis oculis in discipulos suos: dice
bat. Beati pauperes: quia vestrū est
regnū dei. Beati q̄ nūc esuritis: q2 sa
turabimini. Beati qui nūc fletis q2
ridebitis. Bti eritis cū vos oderit ho
mies et cū separauerit vos, et expꝛo-
brauerit: et eiecerit nomē vestrū tāꝙ
malū ꝓpter filiū hoīs. Gaudete ī il-
la die: et exultate. Ecce eī merces vr̄a:
multa est ī celis. Scdm Lucā. xxi

In illo tp̄e: Dixit iesus discipu
lis suis. Ponite ergo ī coꝛdib⁹
vr̄is: nō p̄meditari quēadmodū re-
spōdeatis. Ego eñi dabo vobis os et
sapientiā cui nō poterūt resistere et
cōtradicere oēs aduersarii vr̄i. Tra-
demini eñi a parētib⁹ et frīb⁹ et co-
gnatis et amicis: et moꝛte afficiēt ex
vobis. Et eritis odio oīb⁹ hoīb⁹ ꝓpt
nomē meū. Et capill⁹ de capite vr̄o
nō peribit. In paciētia vr̄a possidebi
tis aīas vestras. Secūdū lucā xxi

In illo tēpoꝛe: Dixit iesus disci
pulis suis. Cū audieritis ꝓlia

et seditiones:nolite terreri. Oportet
primũ hec fieri:sed nõdũ statĩ finis.
Tunc dicebat illis. Surget gens cõ
tra gentẽ/et regnũ aduersus regnũ:
et terremotus magni erũt per loca/
et pestilentie et fames terroresq; de
celo et signa magna erunt. Sed an
te hec omĩa iniicient vobis manus
suas: et persequẽtur tradẽtes in sy⸗
nagogas et custodias:trahentes ad
reges et presides propter nomẽ me⸗
um. Contiget aũt vobis in testimo⸗
niũ. Ponite ergo in cordibus vestris
non premeditari queadmodũ respõ
deatis. Ego enĩ dabo vobis os et sa
pientiã cui non poterunt resistere et
cõtradicere omẽs aduersarii vestri.
Trademini enĩ a parẽtibus et fra⸗
tribus et cognatis et amicis:et mor
te afficiẽt ex vobis. Et eritis odio oĩ
bus hoĩbus: propter nomen meum
Et capillus de capite vestro nõ peri
bit. In patientia vestra possidebitis
aĩas vestras. *Secũdũ Matheũ.* v.

IN illo tẽpore: Dixit iesus disci
pulis suis. Vos estis sal terre.
Qd̃ si sal euanuerit:in quo salietur
Ad nichilum valet vltra:nisi vt mit
tatur foras/et conculcetur ab hoĩb⁹
Vos estis lux mundi. Non potest ci
uitas abscondi supra montẽ posi⸗
ta neq; accendunt lucernã et ponũt
eam sub modio/sed supra candela⸗
brum: vt luceat omnibus qui in do
mo sunt. Sic luceat lux vestra co⸗
ram hoĩbus: vt videant opera vr̃a
bona: et glorificent patrem vestrũ:
qui ĩ celis est. *Scd̃m Matheũ.* xxiiii

IN illo tempore: Sedente iesu
super mõtẽ oliueti: accesserũt
ad eũ discipuli secreto dicẽtes. Dic
nobis quando hec erunt ⁊ quod erit
signum aduentus tui: et consum⸗
mationis seculi. Et respondens ie⸗
sus:dixit eis. Videte ne quis vos se⸗
ducat. Multi enim venient in nomi
ne meo dicentes ego sum christus: ⁊
multos seducent. Audituri enim
estis prelia et opiniones preliorum:
videte ne turbemini. Oportet enĩ
hec fieri:sed nondum est finis. Con
surget enim gens in gentem/et re⸗
gnũ in regnum:et erunt pestilentie
et fames/et terremotus per loca. Hec
autem omnia:initia sunt dolorum
Tunc tradent vos in tribulationẽ:
et occident vos. Et eritis odio oĩbus
gẽtib⁹ propter nomen meũ. Et tũc
scandalizabuntur multi ⁊ inuicem
tradent:et odio habebunt inuicem:
Et multi pseudo prophete surgent:
et seducent multos. Et quoniã abũ
dabit iniquitas refrigescet charitas
multorũ. Qui autem perseuerauẽ⸗
rit vsq; in finem:hic saluus erit.
Secundum Lucam. xii.

IN illo tempore: Dixit iesus di
scipulis suis. Nolite timere pu
sillus grex: quia complacuit patri
vestro dare vobis regnum. Vendite
que possidetis:et date elemosynam
Facite vobis sacculos qui non vete⸗
rascunt thesaurum non deficientẽ
in celis. Quo fur non appropiat ne
q; tinea corrumpit. Vbi enim the⸗
saurus vester est: ibi et cor vestrum
erit.
Secundum Matheum. v.

IN illo tp̃e. Vidẽs iesus turbas
ascẽdit in mõtẽ. Et cũ sedisset

accesserunt ad eū discipuli eius. Et aperiens os suum: docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnū celorū. Beati mites: quoniam ipsi possidebūt terram. Beati qui lugēt: quoniā ipsi consolabūtur. Beati qui esuriūt et sitiunt iusticiā: quoniā ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniā ipsi misericordiā consequentur. Beati mundo corde: quoniā ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii dei vocabūtur. Beati qui persecutionem patiūtur propter iusticiam: quoniam ipsorū est regnū celorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint: et dixerit omne malum aduersum vos: mētiētes propter me. Gaudete et exultate: quoniā merces vrā copiosa est i celis. Offer. Aia nostra sicut passer erepta est de laqō venātiū laqꝰ cōtritus est et nos liberati sumus. Offer. Letamini in dn̄o et exultate iusti et gl'amini omēs recti corde. Offer. Repleti sumꝰ mane mia tua exultauimꝰ et delectati sumus. Offer. Confitebuntur celi mirabilia tua domine et veritatem tuā in ecclesia sanctorum alla. Offer. Mirabilis deus in sāctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinē plebi sue benedictus deus alleluia. Offer. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis exultationes dei in faucibus eorum. Offer. Gloriabuntur in te omēs qui diligūt nomen tuum quoniā tu benedices iusto dn̄e vt scuto bonevolūtatis tue coronasti nos. Secreta

Hostias tibi dn̄e beatorum martyrū .N. et .N. dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. P dn̄m. Alia Secreta

Benedictio tua domine larga descendat: que et munera nostra deprecantibus sanctis tuis tibi reddat accepta: et nobis sacramentum redemptionis efficiat. Per do. Coio. Multitudo languentiū et qui vexabantur a spiritibus immundis veniebāt ad eum quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. In tēpore paschali Coio. Gaudete iusti in domino alleluia rectos decet collaudatio alleluia. Coio. Iustorū anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentū malicie visi sunt oculis insipientiū mori illi autē sunt in pace. Coio. Posuerunt mortalia seruorū tuorū escas volatilibus celi carnes sanctorū tuorū bestiis terre secūdum magnitudinē brachii tui posside filios mortipunitorū. Coio. Amē dico vobis qḋ vni ex minimis meis fecistis michi fecistis venite benedicti patris mei possidete ꝑparatū vobis regnū ab initio seculi. Coio. Et si coram hominibus tormenta passi sunt deus tētauit eos tanq̄ aurum in fornace probauit eos et sicut olocaustū accepit illos. Coio. Aia nostra sicut passer erepta est de laqueo venātiū. Coio. Signa eos qui in me credūt hec sequentur in nomie meo demonia eiicient super egros manus imponent et bene habebunt. Coio. Dico autem vobis amicis meis ne terreamini ab his qui vos persequuntur. Coio. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine dicit dominus: et quod i aure auditis predicate sup tecta. Postcōio.

Quesumus oīps deꝰ vt q̄ celestia alimēta ꝑcepimꝰ intercedētibꝰ sctis tuis p hec cōtra oīa aduersa muniamur. P. Alia postcō

Celestibus refecti sacramentis et gaudiis supplices te domine deprecamur: vt quorum gloriamur triumphis ꝓtegamur auxiliis ꝑ do.

De cõfessoribus. Introitus

Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudiciũ lex dei eius in corde ipiꝰ. ps. Noli emulari in malignantibus neqꝫ zelaueris facientes iniquitatẽ. Glã. Aliꝰ Introitꝰ

Statuit ei dñs testamẽtum pacis et principem fecit eũ vt sit illi sacerdotii dignitas in eternũ. ps. Misericordias domini in eternũ cantabo. Glã. Alius Introitus

Sacerdotes tui domine induant iusticiã: et sãcti tui exultẽt propter dauid seruũ tuũ non auertas faciem christi tui. ps. Memento domine dauid: et omis mãsuetudinis eius. Gloria. Alius Introitꝰ

Sacerdotes dei benedicite dominũ sancti et humiles corde laudate deũ. ps. Benedicite omia opera dñi domino laudate et superexaltate eum in secula. Gloria patri.

De confessore pontifice. Collecta.

Exaudi domine preces nostras quas in sancti. N. confessoris tui atqꝫ pontificis solennitate deferimus: et qui tibi digne meruit famulari eius itercedẽtibꝰ meritis ab oĩbus nos absolue peccatis. ꝑ dñm

De cõfessore nõ põtifice. Collecta

Adesto dñe supplicationibꝰ nostris quas in sancti. N. cõfessoris tui solennitate deferimꝰ: vt qui nostre iusticie fiduciã non habemꝰ eius qui tibi placuit meritis et precibus adiuuemur. ꝑ dñm.

De abbate. Collecta

Intercessio nos ꝗs domĩe beati. N. abbatis commẽdet: vt qđ nostris meritis non valemus: eius patrocinio assequamur ꝑ dñm

Lcõ libri sapiẽtie. Ecclesiastici. xliiii

Ecce sacerdos magnus qui in diebꝰ suis placuit deo: et inuentus est iustus. Et in tempore iracundie factus est reconciliatio. Non est inuẽtus similis illi: qui cõseruaret legẽ excelsi. Ideo iureiurando: fecit illum dominus crescere in plebẽ suã Benedictionẽ omniũ gentiũ dedit illi: et testamentũ suũ confirmauit super caput eius. Cognouit eũ ĩ benedictionibus suis et conseruauit illi misericordiam suam: et inuenit gratiã corã oculis domini. Magnificauit eũ in cõspectu regũ: et dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamẽtũ sempiternũ et dedit illi sacerdotiũ magnũ: et beatificauit illum in gloria. Fũgi sacerdotio: ⁊ habere laudẽ in noie ipsiꝰ Et offerre illi icẽsũ dignũ: in odorẽ suauitatis.

Lectio libri sapientie. x.

Iustũ deduxit dñs ꝑ vias rectas et ostẽdit illi regnũ dei: et dedit illi sciẽtiã sctõꝝ. Honestauit illũ in laboribꝰ: et cõpleuit labores illiꝰ. In fraude circũuenietiũ illi affuit: ⁊ honestũ fecit illũ. Custodiuit illũ ab inimicis et a seductoribꝰ tutauit illũ. Et certamẽ forte dedit illi vt vinceret: et sciret qm̃ oĩm potẽtior ẽ sapiẽtia. Hec venditũ iustũ nõ dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eum. Descenditqꝫ cum illo in foueam: et in

vinculis non dereliquit eum donec afferret illi sceptrū regni et potētiā aduersus eos qui eum deprimebāt Et mendaces ostendit qui macula uerunt illum: et dedit illi claritatē eternam: dn̄s deus noster.

Ad hebreos. v. ca.

FRatres: Omnis namq pontifex ex hominibus assumptꝰ pro hominibus constituitur in his que sunt ad deum: vt offerat dona et sacrificia pro peccatis. Qui cōdolere possit his qui ignorant et errāt quoniā et ipse circundatus est infirmitate: et propterea debet quemadmodū pro populo: ita etiā et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec qs ꝙ sumit sibi honorem: sed qui vocat a deo tanꝙ aaron.

Ad hebreos. vii. ca.

FRatres. Plures facti sunt sacerdotes secundū legem idcirco ꝙ morte prohiberentur permanere Jesus autem eo ꝙ maneat in eternū sempiternū habet sacerdotium. Unde et saluare ī perpetuū potest accedēs per semetipm ad deū: sēper viuens ad interpellādū pro nobis. Talis enim decebat vt nobis esset pōtifex sanctus innocens īpollutus: segregatus a peccatoribus: et excelsior celis factus. Qui nō habet quotidie necessitatem quēadmodū sacerdotes priꝰ pro suis delictis hostias offerre: deinde pro populo. Hoc enī fecit semel se offerendo: dn̄s noster iesus christus. ℟. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuētus similis illi qui cōseruaret legē excelsi. ℟. Jurauit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. ℣. Dixit dn̄s domino meo sede a dextris meis. ℟. Inueni dauid seruum meū oleo sancto meo vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meū confortabit eum. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis non nocebit ei. ℟. Sacerdotes eius induant salutari et sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu dauid paraui lucernā christo meo. ℟. Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudiciū. ℣. Lex dei eius in corde ipsius et non supplantabūtur gressus eius. Alleluia. ℣. Disposui testamentū electis meis iuraui dauid seruo meo. Alleluia. ℣. Amauit eum dn̄s et ornauit eum stola glorie induit eum. All'a. ℣. Justus germinabit sicut liliū et florebit in eternū ante dn̄m. Allā. ℣. Posui adiutoriū super potentē et exaltaui electū de plebe mea. All'a. ℣. Inueni dauid seruū meū oleo sancto meo vnxi eū

De sāctis presulibꝰ eduen̄. Prosa

PSallat edua nobilis psallat sospes et debilis ꝑsulū ꝑconia Psallat chorꝰ sctis aue psallat aliqd suaue et plenū melodia. Nos pr̄es honoremꝰ honorādo ꝑdicemꝰ meritorū ꝑmia Ratione presulatus his debet famulatꝰ honor reuerētia Ut imago trinitatis sub noīe sāctitatis exhibetur dulia. Ergo clerus cū populo hoꝝ patrū cū modulo recolat festalia Patres nostri extiterūt cura patres nostri regeneratura pr̄es nos familia Patres nostri in verbi doctrina patres nostri morū disciplia pr̄es puidētia Pr̄es nr̄i mira scitate pr̄es nr̄i sūma dignitate pr̄es dei

gratia. Patres nostri quia profue-runt patres nostri quia prefuerunt in ista ecclesia. Hi nos fidem docue-runt et in christo instruxerunt omi diligentia. A peccatis nos lauerunt cum nos regenerauerũt baptisma-tis gratia. Ipsos ergo collaudemus et vt patres inuocemus ad nostra au xilia. Supplicando corde mũdo: vt erutos ab hoc mundo ducant ad ce lestia. Et degentes in hoc mari non sinant periclitari nec pati naufra-gia. Sed post maris huius cursum nos ad celos ducãt sursum vbi pax et gloria. Amen.

Secundum Lucam. xii.

In illo tempore: Dixit iesus di scipulis suis. Sint lumbi ve-stri precincti: et lucerne ardentes in manibus vestris Et vos similes ho minibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptiis vt cum venerit et pulsauerit confe-stim aperiẽt ei. Beati serui illi: quos cum venerit dominus inuenerit vi-gilantes. Amen dico vobis: ꝙ preci-get se et faciet illos discumbere: et transiens ministrabit illis. Et si ve nerit in secunda vigilia: et si in ter-cia vigilia venerit: et ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem sci-tote quoniam si sciret paterfami-lias qua hora fur veniret vigilaret vtiqꝫ. et nõ sineret perfodi domum suam: Et vos estote parati: quia qua hora non putatis: filius homi-nis veniet.

Secundũ Matheum. xxiiii

In illo tempore: Dixit iesus di scipulis suis. Vigilate: quia ne scitis qua hora dominus vester ven turus sit. Illud autem scitote: quia si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset vigilaret vtiqꝫ: et nõ sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seruus et pru dens quem constituit dominus su-pra familiam suam: vt det illis ci-bum in tempore: Beatus ille ser-uus: quem cum venerit dominus eius inuenerit sic facientem. Amen dico vobis: quoniam super omnia bona sua: constituet eum.

Secundum Matheũ. xxv.

In illo tempore: Dixit iesus di scipulis suis parabolam hanc Homo quidam peregre proficiscens vocauit seruos suos: et tradidit il-lis bona sua. Et vni dedit quinqꝫ ta lenta alii autem duo: alii vero vnũ. Vnicuiqꝫ secundum propriam vir-tutem: et profectus est statim. Abiit autem qui quinqꝫ talẽta acceperat: et operatus est in eis: et lucratus est alia quinqꝫ. Similiter qui duo ac-ceperat: lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat / abiens fo-dit in terram: et abscondit pecuni-am domini sui. Post multum ve-ro temporis venit dominus seruo-rum illorum: et posuit rationem cũ eis. Et accedens qui quinqꝫ talenta acceperat: obtulit alia quinqꝫ talen ta dicens. Domine quinqꝫ talenta tradidisti michi: ecce alia quinqꝫ su-perlucratus sum. Ait illi dñs ei⁹ Eu ge serue bone et fidelis qꝛ super pau ca fuisti fidelis supra multa te con-

stituam: intra in gaudium dñi tui. Accessit autē et qui duo talenta acceperat: et ait. Domine duo talenta tradidisti michi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dñs eius. Euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis: supra multa te constituam. Intra in gaudium domini tui.

Secundum Lucam. xix.c.

In illo tempore. Homo quidam nobilis abiit in regionē longinquā accipere sibi regnum: et reuerti. Vocatis autē decem seruis suis: dedit eis decem mnas: et ait ad illos. Negociamini dum venio. Ciues autē eius oderant eum: et miserunt legationem post illum dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factū est vt rediret accepto regno: et iussit vocari seruos quib⁹ dedit pecuniā: vt sciret quātū quisqȝ negociatus esset. Venit autem primus dicens. Domine mna tua decē mnas acqsiuit. Et ait illi. Euge serue bone: quia in modico fuisti fidelis: eris potestatē habens supra decem ciuitates. Et alter venit dicens Dñe: mna tua fecit quinqȝ mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinqȝ ciuitates. Et tercius venit dicens. Dñe: ecce mna tua: quam habui repositā in sudario. Timui enim te quia homo austerus es: tollis quod nō posuisti: et metis quod nō seminasti. Dixit ei. De ore tuo te iudico serue nequā. Sciebas quod ego homo austerus sum: tollens quod nō posui: et metens quod non seminaui. Et quare nō dedisti pecuniā meam ad mensam: et ego veniens cum vsuris vtiqȝ exegissem illud. Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnā: et date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei. Domine: habet decem mnas. Dico eni vobis: quia omni habenti dabitur: et abundabit. Ab eo autē qui non habet: et quod habet auferetur ab eo.

Secundum Marcum. xiii.c.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Videte vigilate: et orate. Nescitis eni quando tēpus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam: et dedit seruis suis potestatem cuiusqȝ operis: et ianitori precepit vt vigilet. Vigilate ergo. Nescitis eni quādo dñs domus veniat. Sero an media nocte: an gallicantu: an mane. Ne cum venerit repente: inueniat vos dormientes. Quod autē vobis dico: omnibus dico: vigilate. Offr. Inueni dauid seruū meū oleo sācto meo vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum.

Offertoriū. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomie meo exaltabitur cornu eius. Offertoriū. Desiderium anime eius tribuisti ei domie et voluntate labiorum eius nō fraudasti eum posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Secreta.

Hostias tibi domine pro commemoratione sācti cōfessoris tui N. atqȝ pōtificis offerimus suppliciter deprecātes: vt sicut illi pbuisti sacre fidei claritatē: sic nobis indulgentiam largiaris et pacem.

Alia Secreta.

PRopiciare dñe supplicationibus nostris: et intercedente pro nobis sancto N. confessore tuo his sacramentis celestibus feruentes: ab omni culpa liberos esse cõcede: vt purificãte nos gratia tua his quib⁹ famulamur mysteriis emundemur. Per. Alia Secreta.

SAcris altaribus domine hostias superpositas sãctus N. abbas q̃sumus in salutem nobis prouenire deposcat. Per dñm. Coio. Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ amen dico vobis sup omia bona sua constituet eum. Coio. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnũ decorem ipones super eũ domie. Coio. Fidelis seruus et prudens quẽ cõstituit dñs super familiã suam vt det illis in tempore tritici mensuram. Coio. Domine quinqȝ talenta tradidisti michi ecce alia quinqȝ superlucratus sũ euge serue bone et fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam intra in gaudium dñi tui. Coio. Semel iuraui in sancto meo semen eius in eternum manebit et thronus eius sicut sol in conspectu meo et sicut luna pfecta in eternum et testis in celo fidelis. Postcoio.

SVmentes dñe gaudia sẽpiterna participatione sacramenti presta q̃s vt beati N confessoris tui atqȝ pontificis cuius natalicia colimus: precibus adiuuemur. Per dominum. Alia Postcoio.

VT nobis domine tua sacrificia dent salutẽ: beat⁹ cõfessor tu⁹ N. q̃s p̃cator accedat. P. Alia Postcoio

PRotegat nos dñe cũ tui pceptione sacramẽti beatus N abbas pro nobis intercedẽdo: vt conuersationis eius experiamur insignia et intercessiõis ei⁹ pcipiam⁹ suffragia p do. De sacris virginibus Introitus.

GAudeamus oẽs ĩ dño diẽ festũ celebrãtes sub honore N. virginis de cuius solẽnitate gaudẽt angeli ⁊ collaudãt filiũ dei. Ps. Eructauit cor meũ verbũ bonum dico ego opera mea regi. Gloria

DIlexisti Alius Introitus. iustitiã et odisti iniquitatẽ propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie p̃ cõsortibus tuis. Ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ dico ego opa mea regi. Gl'a. Al'i⁹ itroit⁹.

ME expectauerũt peccatores vt perderẽt me testimonia tua dñe itellexi: oĩs cõsũmationis vidi finẽ latũ mandatũ tuũ nimis. Ps. Beati imaculati in via q̃ ãbulãt in lege dñi. Gloria. Ali⁹ itroit⁹.

LOquebar de testimonis tuis in cõspectu regũ et nõ cõfũdebar et meditabar ĩ mãdatis tuis que dilexi nimis. Ps Beati imaculati in via qui ambulãt in lege dñi. Gloria. Alius Introitus.

VUltũ tuũ deprecabũt oẽs diuites plebis adducẽt regi v̾gines post eã prime ei⁹ adducẽtur tibi in letitia et exultatiõe. Ps. Eructauit cor meum verbũ bonũ dico ego opa mea regi. Gl'ia. Ali⁹ itroit⁹

COgnoui dñe q2 equitas iudicia tua et in veritate tua hũiliasti me cõfige timore tuo carnes meas a mandatis tuis nõ me repellas. Ps. Beati imaculati

in via q̃ ãbulãt in lege dñi. Gl'ia Collectã

Exaudi nos deus salutaris noster vt sicut de beate N. virgis tue festiuitate gaudem⁹: ita pie devotionis erudiamur affectu. Per d

Ad corinthios. ii. x. c.

Fratres. Qui gloriatur in domino glorief. Non eni qui se ipsũ cõmendat ille probatus est: sed quẽ deus cõmendat. Vtinã sustineretis modicũ quid insipientie mee: sed et supportate me. Emulor eni vos dei emulatione: despõdi enim vos vni viro virginẽ castam: exhibere xp̃o. Lectio li. sapiẽtie. vii. viii

Sapientia vincit maliciam. Attingit ergo a fine vsq3 ad finẽ fortiter: et disponit omia suauiter: Hanc amaui et exquisiui a iuuẽtute mea: et quesiui spõsã michi eam assumere: et amator factus sũ forme illius. Generositatẽ illius glorificat contuberniũ habens dei: sed et dñs oim dilexit illã. Doctrix eni est discipline dei: et electrix operum illius. Et si diuitie appetũtur in vita: quid sapiẽtia locupletius q̃ operatur omia. Si autẽ sensus operat quis hor̃ que sunt magis q̃ illa est artifex. O q̃ pulchra est casta generatio: cũ claritate. Immortalis est eni memoria illius: quoniã ⁊ apud deũ nota est: et apud homies. Cum presens est imitantur illã: et desiderant eã cũ se eduxerit: et i perpetuũ coronata triũphat. Lectio libri sapientie. ecclesiastici vltio. c.

Confitebor tibi dñe rex: et collaudabo te deũ saluatorẽ meum. Cõfitebor noi tuo qm̃ adiutor et protector factus es michi: et liberasti corpus meũ a perditione. A laqueo lingue inique: et a labiis operantiũ mendatiũ. Et in cõspectu astantium factus es michi adiutor Et liberasti me scd̃m multitudinẽ mie nomis tui/ a rugiẽtibus preparatis ad escam/ de manibus querẽtiũ aiam meã/ et de multis tribulationibus que circũdederũt me. Et a pressura flãme q̃ circũdedit me et ĩ medio ignis nõ sũ estuata vel tus De altitudine vẽtris inferi/ et a lingua coinquinata/ et a verbo mẽdacii/ a rege iniquo: et a lingua iiusta Laudabit vsq3 ad mortem aĩa mea dñm: et vita mea appropinquans erat in iferno deorsũ Circũdederũt me vndiq3: ⁊ nõ erat qui adiuuaret Respiciẽs erã ad adiutoriũ hoim/ et non erat. Memorata sũ mĩe tue domine: et cooperationis tue que a seculo sũt. qm̃ eruis sustinentes te: et liberas eos de manu gentiũ: dñe deus noster. Lectio libri sapientie. ecclesiastici vltio: c

Domine deus meus. Exaltasti sup terrã habitationẽ meã et pro morte defluenti deprecata sũ Inuocaui dñm patrem dñi mei vt nõ derelinquat me in die tribulationis mee: et in tẽpore superbor̃ sine adiutorio. Laudabo nomen tuũ assidue: et collaudabo illud in cõfessione: et exaudita est oratio mea. Liberasti eni me de pditione: et eripuisti me de tẽpore iniquo. Propterea confitebor et laudem dicam nomini tuo domine deus noster.

Lectio libri sapiẽtie. puerbior̃ vltio

Mulierē fortē qs iueniet pcul & de vltimis finib⁹ preciū eius Cōfidit in ea cor viri sui: et spoliis nō indigebit. Reddet ei bonū et nō malū: oibus diebus vite sue. Quesiuit lanā et linū: et operata est ɔsilio manuū suarū. Facta est quasi nauis istitoris: de lōge portās panē suum. De nocte surrexit: deditq; predā domesticis suis et cibaria ancillis suis. Considerauit agrū et emit eū: de fructu manuū suaꝝ plātauit vineā. Accīxit fortitudine lūbos suos: et roborauit brachiū suū. Gustauit et vidit qa bona est negotiatio eius: nō extinguet in nocte lucerna eius. Manū suā misit ad fortia: et digiti eius apprehēderūt fusū. Manū suā aperuit inopi: et palmas suas extēdit ad pauperē. Non timebit domui sue a frigorib⁹ niuis oēs eni domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatā vestē fecit sibi: byssus et purpura indumētū eius. Nobilis in portis vir eius: qn̄ sederit cū senatoribus terre. Syndonē fecit et vendidit: et cingulū tradidit chananeo. Fortitudo et decor indumentū eius: et ridebit ī die nouissimo. Os suū aperuit sapientie: et lex clementie in lingua eius. Considerauit semitas domus sue: & panē ociosa nō comedit. Surrexerūt filie ei⁹: et beatissimā predicauerūt: et vir ei⁹ laudauit eā. Multe filie cōgregauerūt diuicias: tu supgressa es vniuersas Fallax gratia: et vana est pulcritudo. Mulier timēs dn̄m: ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuū suarū: et laudēt eā in portis opa eius.

℟. Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo letitie. ℟. Specie tua et pulcritudine tua intende pspere procede et regna. ℣. Propter veritatē et mansuetudinē et iustitiā et deducet te mirabiliter dextera tua. ℟. Diffusa est gratia in labiis tuis ppterea bn̄dixit te de⁹ in eternū. ℣. Propt̄ veritatē et māsuetudinē & iustitiā et deducet te mirabilit̄ dextera tua. ℟. Adiuuabit eā deus vultu suo deus in medio eius nō cōmouebit̄. ℣. Fluminis ī petus letificat ciuitatē dei sanctificauit tabernaculū suū altissimus. ℟. Cōcupiuit rex decorē tuū: qm̄ ipse est dn̄s deus tuus. ℣. Audi filia et vide et iclina aurē tuam et obliuiscere ppl'm tuū et domū patris tui. ℟. Propter veritatē et mansuetudinē et iustitiam et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurē tuā qa concupiuit rex speciē tuā. ℟. Audi filia et vide et iclina aurē tuā et obliuiscere populum tuū et domū patris tui. ℣. Specie tua et pulcritudine tua intēde prospere procede et regna. Alleluia. ℣. Specie tua et pulcritudine tua intēde prospere procede et regna. Alleluia. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis ppterea benedixit te deus in eternū. Alleluia. ℣. Adducētur regi virgines post eā proxime eius offerentur tibi in letitia. Alleluia. ℣. Veni electa mea et ponam in te thronum meū quia concupiuit rex speciē tuam.

Prosa.

Virgines egregie virgines sacrate corā vestri facie sponsi coronate. In eterna requie sursum sublimate canticū letitie dn̄o cātate. Castitatis liliū olim custodistis propter dei filiū cui placuistis. Tēplum sancti spiritus esse voluistis

tactus et concubitus ideo fugistis. Flore pudicitie vestre reseruato car nalis lasciuie motu refrenato. De= bito mūdicie premio donato assidē tis socie virginali nato. Non estis de fatuis que cū vasis vacuis xpm prestolātur. Imo de prudentibus q̄ plenis lāpadib⁹ bene p̄parātur. Fa tuis virginibus oleo carētibus spō sus est dicturus. Vobis non aperiā prudētes recipiā premiū datur⁹. O N. veneranda cui⁹ festa recolenda redierūt ānua. Casta prudens et fi= delis ipetrare nobis velis gaudia ppetua. Amē. Scdm matheū. xxv.

In illo tēpore Dixit iesus disci pulis suis parabolā hāc. Si= mile est regnū celorū decem virgi= nibus: que accipientes lāpades su= as exierunt obuiā sponso et sponse Quinqꝫ autem ex eis erāt fatue: et quinqꝫ prudētes. Sed quinqꝫ fatue acceptis lāpadibus: non sūpserunt oleū secū. Prudētes vero/acceperūt oleū in vasis suis cum lāpadibus. Moram autē faciente spōso: dormi tauerūt oēs/et dormierūt. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit exite obuiā ei. Tunc surrexerūt omēs virgines ille: et or nauerūt lāpades suas. Fatue autē sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: q̄a lāpades nostre ex tiguūtur. Respōderūt prudētes dicē tes. Ne forte nō sufficiat nobis ꝛ vo bis: ite potius ad vēdentes/et emite vobis. Dū autē irent emere/venit spōsus: et que parate erant intraue rūt cū eo ad nuptias. et clausa est ia nua. Nouissime vero veniunt et re= lique virgines dicentes. Dn̄e dn̄e: aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico vobis: nescio vos. Vigi late itaqꝫ: q̄a nescitis diē neqꝫ horā.

Secundum matheum. xiii. c.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipu lis suis parabolā hāc. Simi= le est regnū celorū thesauro abscon dito in agro: quē qui inuenit homo abscōdit. et pre gaudio illius vadit/ ꝛ vēdit vniuersa que habet: et emit agrū illū. Iterum simile est regnū celorū homini negociatori querēti bonas margaritas. Inuēta autem vna presiosa margarita. abiit et vē didit vniuersa que habuit ꝛ emit il lam. Iterū simile est regnū celorum sagene misse in mare: et ex omi ge= nere pisciū congreganti. Quā cum ipleta esset educētes/ et secus littus sedētes/elegerūt bonos in vasa sua malos autē foras miserūt. Sic erit in cōsūmatione seculi. Exibunt an geli: ꝛ separabunt malos de medio iustorū. Et mittent eos in caminū ignis. Ibi erit fletus et stridor dētiū Intellexistis hec oīa? Dicūt ei. Etiā Ait illis. Ideo oīs scriba doct⁹ in re= gno celorū: similis est homini patri familias qui p̄fert de thesauro suo noua et vetera. Offertorium.

Offerentur regi virgines post eā proxi= me eius offerentur tibi. Offꝛ. Offeren tur regi virgines post eā proxime eius of ferēťur tibi in letitia et exultatiōe addu= centur in tēplum regi dn̄o. Offꝛ. Filie regum in honore tuo astitit regina a de= xtris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Offꝛ. Diffusa est gratia in labiis tuis p̄pterea benedixit te deus in

eternũ et in seculũ seculi. **Secreta.**

Accepta tibi sit dñe sacrate ple
bis oblatio ꝓ tuorũ honore sã-
ctorũ: quorum se meritis percepisse
de tribulatiõe cognoscit auxilium.
Per dominũ. **Coĩo** Diffusa est gratia
in labiis tuis propterea benedixit te deus
in eternũ. **Coĩo.** Feci iudicium et iustiti
am domine nõ calũnientur michi super-
bi ad oĩa mandata tua dirigebar oẽm vi
am iniquam odio habui. **Coĩo.** Quinqꝫ
prudentes virgines acceperunt oleum in
vasis suis cum lampadibus media au-
tem nocte clamor factus est ecce sponsus
venit exite obuiam christo dño. **Coĩo.**
Simile est regnũ celorum homini nego-
ciatori querenti bonas margaritas inuẽ
ta vna margarita preciosa dedit oĩa sua
et comparauit eam. **Coĩo.** Principes per
secuti sũt me gratis ⁊ a verbis tuis formi
dauit cor meum letabor ego super eloq̃a
tua quasi qui inuenit spolia multa cõcu-
piuit anima mea testimonia tua domie
et dilexit ea vehemẽter **Coĩo.** Confũdan
tur superbi q̃r iniuste ĩiquitatẽ fecerũt in
me ego aũt ĩ mãdatis tuis excercebor in
tuis iustificatiõibꝰ vt nõ ꝯfũdar **Postcõ**

Saciasti dñe familiam tuam
muneribus sacris: eius quesu
mus semper interuentione nos re-
foue: cuius solẽnia celebramꝰ. Per
dominũ nostrum iesum christum.

Concentus vox et **Prosa.**
organa resultent tibi nr̃a chri
ste iocunda cui recitemꝰ odas. Quẽ
totus in sctĩs orbis predicat voce so
nora. Mirabilem nimis quos mar
tyrii donis adornat. Qui grauia
pertulerunt supplicia pro sibi pro-
missa corona. Intra quorũ nazariꝰ
collegia tua triumphat agonista.
Qui paterni cultus respuens sab-
bata iuuẽtutis sue florẽ cõpsit fide
gloriosa. Matris atqꝫ volens sequi
vestigia baptismatis sacri meruit
consequi sacramẽta. Cui totus ro-
me religionẽ pater se daturũ ꝓmit
tebat. Et cũ gaudio romane vxorẽ
plebis illi dare ꝑtractabat. Hec oĩa
seu stercora iam sapiẽs tuus respu-
ebat athleta. Sed ne suo patri pa-
raret scandala discessit ab vrbe ro-
mana. Egressus ab hac altius pre-
dicans means singulas vrbes itali
cas docuit serere dans semina seu
prudens agricola conda. Matre pro
pria fante per sõnia vrbes etiam ve
nit ad gallicas exhortans populos
posse sacra saluari baptismatis vn
da. Sed cupiens cursum morte pre
parare preciosa. Romã iterũ petẽs
orando prostrauit simulachra. Mar
tyrii palmam sic palmam trium-
phans per secula. Amen. **Prosa.**

Letabũdꝰ exultet fidelis cho-
rus alleluia. Regẽ regũ inta-
cte profudit thorus res mirãda. An
gelus cõsilii natꝰ est de virgine sol
de stella. Sol occasũ nesciens stella
sẽper rutilans semp clara. Sicut si
dus radiũ profert virgo filiũ pari
forma Neqꝫ stella radio neqꝫ mater
filio fit corrupta. Cedrus alta liba-
ni conformatᷣ hysopo valle nostra:
Verbũ ens altissimi corporali pas-
sum est carne sũpta. Isaias cecinit
synagoga meminit nunq̃ tamen
desinit esse ceca. Si nõ suis vatibꝰ
credat vel gentilibus sibilinis ver-
bus hec predicta. Infelix ꝓpera cre-

de vel vetera cur damnaberis gens misera. Natū cōsidera quē docet littera ipsū genuit puerpera. Alleluia

In dedicatione ecclesie beati lazari prosa. Ac etiā oīm aliarū ecclesiarū

Clara chorus dulce Prosa. pangat voce nūc alla. Ad eterni regis laudē qui gubernat omīa. Cui nos vniuersalis sociat ecclesia Scala virens et ptingēs ad poli fastigia. Ad honorē cuius leti psallamus melodia. Persoluētes hodiernas laudes illi debitas. O felix aula quā vicissim cōfrequentāt agmina celica. Diuinis verbis alternati iūgentia mellia cantica. Dom⁹ hec de qua vetusta sonuit hystoria ꝛ moderna protestat christū fari pagina Quoniā elegi eā thronū sine macula requies hec erit mea p eterna secula. Turris supra montē sita in dissolubili bitumine fundata vallo perenni munita. Atq; aurea colūna miris ac variis lapidibus distincta stilo subtili polita. Aue mater preelecta christus ad quā fertur ita pphete facūdia. Spōsa mea speciosa super filias formosa super solē splendida. Caput tuū vt camel⁹ et ipsius come tincte regis vti purpura. Oculi vt colūbarū gene tue punicorū seu maloꝝ fragmina. Collū tuū vt colūna turris et eburnea Mel et lac sub lingua tua fau⁹ dulcis lilia. Ergo nobis sponse tue famulātib⁹ o xpe pietate sedula. Clemens adesse dignare et in tuū salutare nos vbiq; visita. Ipsaq; mediatrice sūme rex pcetue voce vna. Flagitamus da gaudere paradisi i gloria Alla.

De sācto spū per totū annū. Ad missam. Introitus.

Spirit⁹ dn̄i repleuit orbem terraꝝ alleluia ꝛ hoc qd cōtinet oīa scientiā habet vocis alla alla alla. ps. Exurgat deus et dissipētur inimici eius et fugiāt qui oderunt eū a facie eius.

A septuagesima vsq; ad pascha dr seqns Introit⁹

Dum sāctificatus fuero ī vobis congregabo vos de vniuersis terris ꝛ effūdā super vos aquā mundā et mūdabimini ab oībus iquinamētis vestris et dabo vobis spiritū nouū: ps. Benedicā dn̄m in omi tēpore. sēper laus eius in ore meo.

Collecta.

Deus qui corda fideliū scti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodē spiritu recta sapere: ꝛ de eius sēper sācta cōsolatione gaudere. P dn̄m. In vnitate eiusdem.

Lectio actuū apostoloꝝ. viii.

In diebus illis. Cū audissent apostoli q̄ erāt hierosolymis: quia recepisset samaria verbū dei: miserūt ad eos petrū ꝛ iohānē. Qui cū venissent orauerūt pro ipsis/ vt acciperēt spiritū sanctū. Nōdū enī in queq̄ illorū venerat: sed baptizati tantū erant in nomine dn̄i iesu. Tūc iponebāt manus sup illos: et accipiebāt spm̄ sanctū. R. Beata gēs cuius est dn̄s deus eorū populus quē elegit dn̄s in hereditatē sibi. V. Verbo dn̄i celi firmati sūt et spū oris eius oīs virtus eorū. Alla. V. Veni sācte spūs reple tuorū corda fideliū et tui amoris in eis ignē accende.

Prosa.

Veni sācte spūs et emitte celit⁹ lucis tue

radiū. Ueni pater pauperū veni dator munerū veni lumen cordiū. Cōsolator optime dulcis hospes aime dulce refrigeriū. In labore requies in estu tēperies in fletu solaciū. O lux beatissima reple cordis intima tuorū fideliū. Sine tuo numine nichil est in lumine nichil est innoxiū Laua quod est sordidum riga quod est aridū sana quod est sauciū. Flecte quod est rigidū foue quod est frigidū rege qd est deuiū. Da tuis fidelibus in te cōfidentibus sacrū septenariū. Da virtutis meritū da salutis exitū da perenne gaudiū. Amē.

Secundum Johannem. xiiii.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si qs diligit me sermonē meū seruabit. Et pater meus diliget eū: et ad eū veniemus: et mansionē apud eū faciemus. Qui non diligit me: sermones meos nō seruat. Et sermonē quē audistis nō est meus: sed ei⁹ q̄ misit me patris. Hec locutus sū vobis: apud vos manens. Paraclitus autē spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia/et suggeret vobis oīa quecūq3 dixero vobis. Pacē relinquo vobis: pacē meam do vobis. Nō quomodo mūd⁹ dat: ego do vobis. Nō turbetur cor vestrū: neq3 formidet. Audistis q̄a ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos Si diligeretis me gauderetis vtiq3 quia vado ad patrē: quia pater maior me est. Et nūc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cum factum fuerit credatis Iā non multa loquar vobiscū. Uenit enī princeps mundi huius. et in me nō habet quicq̄ Sed vt cognoscat mundus/quia diligo patrē: et sicut mandatum dedit michi pater sic facio. Offertoriū. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in hierusalē tibi offerēt reges munera alleluia. Secreta.

Munera dn̄e oblata sanctifica et corda nostra sācti spiritus illustratione emūda. Per dn̄m. In vnitate eiusdem. Coīo. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehemētis vbi erant sedētes allā et repleti sunt omēs spiritu sancto loquentes magnalia dei allā allā. Postcoīo.

Sancti spirit⁹ dn̄e corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per do. In vnitate eiusdē. De sācta cruce ad missam per annū. Introitus.

Nos autē gloriari oportet in cruce dn̄i nostri iesu christi in quo est salus vita ⁊ resurrectio nostra per quē saluati et liberati sumus. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis illuminet vultum suū sup nos et misereat̄ nostri. Collectā.

Deus qui vnigeniti filii tui domini nostri iesu xp̄i p̄cioso sāguine viuifice crucis vexillū sanctificare voluisti: cōcede q̄s eos q̄ eiusdē sancte crucis gaudēt honore tua quoq3 vbiq3 protectione gaudere. P eūdē. Ad philippenses. ii. c.

Fratres. Christus factus est p nobis obediens vsq3 mortem mortē autē crucis. Propter quod et de⁹ exaltauit illū: et donauit illi nomen quod est super omēe nomen: vt in noīe iesu omēe genu flectatur ce-

lestiū terrestriū/et infernorum. Et omnis lingua cōfiteat᷑: quia dñs noster iesus xp̄s: i gloria est dei patris R. Christus factus est pro nobis obediēs vsq₃ ad mortē mortem autem crucis. V. propt᷑ q̄d et de⁹ exaltauit illū et dedit illi nomen quod est sup omne nomē. Alleluia. V. Dulce lignū dulces clauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dñm.

Secundum Matheum. xx.c.

In illo tēpore. Ascēdens iesus hierosolymā: assumpsit duodecim discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascēdimus hierosolymā: et filius hominis tradetur principibus sacerdotū et scribis: et condēnabūt eū morte. Et tradēt eū gētibus ad illudendū/et flagellandū/et crucifigendum: et tertia die resurget. Offertoriū Protege dñe plebē tuam per signū sancte crucis ab oībus insidiis inimicorū oīm vt tibi gratā exhibeamus seruitutē et acceptabile fiat tibi sacrificium nostrum alleluia. Secreta.

Hec oblatio dñe ab oībus nos purget offēsis: que in ara crucis imolata: totius mūdi tulit offēsam. Per. Coio Per signū sācte crucis de īimicis nostris libera nos deus noster.

Adesto nobis dñe de⁹ Postcō. nr̄ et quos scte crucis letari fecisti honore eius quoq₃ perpetuis defende subsidiis. Per dominū nr̄m.

De btā maria vgie p ānū. Introit⁹

Salue sācta parēs enixa puerpera regē q̄ celū terraq₃ regit in secula seculorum. Ps. Bn̄dicta tu in mulieribus et bn̄dict⁹ fructus vētris tui. Per ebd. Collecta.

Deus qui de beate marie virginis vtero vbū tuū āgelo nūciāte carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt qui vere eā dei genitricē credimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. P eūdē

Sabbatis diebus. Collecta.

Concede nos famulos tuos q̄sumus dñe deus perpetua mētis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beate marie sēper virginis intercessione: a presēti liberari tristitia et eterna perfrui letitia. Per do.

Lectio libri sapientie xxiiii.c.

Ab initio et ante secula creata sū: et vsq₃ ad futurū seculū nō desinā: et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in syō firmata sū: et in ciuitate sanctificata similiter requieui: et in hierusalē potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sanctorū: detētio mea R. Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuēta es mater saluatoris. V. Virgo dei genitrix quē totus nō capit orbis in tua se clausit viscera factus homo Alleluia. V. Post partū virgo inuiolata permāsisti dei genitrix itercede p nobis. Nota q̄ singulis dieb⁹ sabbatis. All'a sequētia dicūtur p ordinē et cū finita sūt reicipiūtur All'a. V. Virga iesse floruit virgo deū et hoiem genuit pacē terris reddidit q̄ poli sūma condidic orate. All'a. V. O cōsolatrix pauperū maria tuis pcib⁹ auge virtutū nūerū in fidelib⁹ xp̄i quos tu de mortis manib⁹ p filiū humiliū mat᷑ eripuisti. All'a. V. Ad thronū trinitatis miserorū miserata pia

mat̃ pietatis sis ꝑ nobis aduocata causã
nrẽ paupꝑtatis corã deo sustine ꝛ veniã de
pctis seruis tuis obtine. Alleluia. ℣. Sal
ue mater virgo christi templũ sancti spi=
ritus que sola vocari digna meruisti regi
na celorum et dñа. Alleluia. ℣. Dulcis
mater dulci nato dulcia prebens vbera q̃
fuisti digna generare regẽ celorũ et dñm
Alleluia. ℣. Ora pro nobis pia virgo
maria vnde xp̃s natus est nobis pro pec=
catoribus sis miserta.

Sequũtur prose ad deuotionem
dicende per totũ annum. Prosa.

VEni virgo virginũ veni lu=
mẽ luminũ veni vena venie
Veni salus hominũ veni splẽdor or
dinũ celestis militie. Cõsolatrix icli
ta veni vide visita certãtes in acie.
Nos rege nos visita nos foue nos
suscita de lacu miserie. Vẽi iesse vir
gula veni rosa primula rosa carẽs
carie. Peccatorũ vincula rũpe pre=
ce sedula presẽtis familie: Magna
maior maxima reple cordis itima
celestis temperie. O lux beatissima
esto nobis prima rogans regẽ glo=
rie. Vt nos iũgas superis dans no=
bis in dexteris post spem frui spe=
cie Que regina diceris miserere mi
seris virgo mater gratie. Amen.

Alia Prosa.

BEnedicta
es celorũ regina et mũdi toti⁹
domina et egris medicina. Tu pre
clara maris stella vocaris que solẽ
iustitie paris a quo illumiaris. Te
deus pater vt dei mater fieres et ip
se frater cuius eras filia. Sanctifi=
cauit sanctã seruauit ꝛ mittens sic
salutauit aue plena gratia. Per il=
lud aue prolatũ et tuum respõsum
gratũ et ex te verbũ incarnatũ quo
saluantur oĩa. Nũc mater exora
natũ vt nostrũ tollat reatum et re=
gnũ det nobis paratum i celesti pa
tria: Amen.

Alia. Prosa.

STella maris o maria expars
paris parens pia plebẽ tuã re=
spice, vitã portãs vite porta nos sup
portãs nos cõforta nosqꝫ fortes effi
ce. Tu matrona sancte spei mater
bona mater dei virgo vena venie.
Tu suauis delicata celi clauis fa=
bricata manu sapiẽtie. Spes salu=
tis pacis portus vas virtutis florẽs
ortus aromatũ area. Tu serena so
le vero cella plena vino mero gra=
nũ sine palea. Tu fecunda tu fecũ=
dans mater munda mundũ mun=
dans exemplar munditie. Tu ma=
gistra generalis tu ministra specia
lis dulcoris et gratie. Pietatis fons
amenus charitatis calix plen⁹ de=
uotos inebrians. In deuotis tu vir
tutẽ et egrotis dans salutẽ reos re=
concilians. O benigna virgo gau=
de summe digna summa laude sũ
me venerabilis. Gaude rosa pura
decens speciosa sẽper recẽs flos im=
marcessibilis. Stirps beata fac pla
catũ patrẽ nata parens natũ nobis
peccatorib⁹. Vt te duce serui tui pos
sit luce vera frui cũ choris celestib⁹
Amen.

Scd̃m Lucam. xi.c.

IN illo tp̃e. Loq̃nte iesu ad tur=
bas extollẽs vocẽ q̃dã mulier
de turba dixit illi. Beat⁹ venter q̇ te
portauit: ꝛ vbera q̃ suxisti. At ille di
xit. Quinimo beati q̇ audiũt verbũ
dei: et custodiunt illud.

Dieb⁹ sabbatis. Scd̃m Lucã. i.c.

In illo tēpore. Exurgens maria abiit in mōtana cū festinatione in ciuitatē iuda: et intrauit in domum zacharie: et salutauit elizabeth. Et factū est vt audiuit salutationē marie elizabeth: exultauit infans i vtero eius. Et repleta est spiritu sancto elizabeth et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fruct⁹ ventris tui. Et vnde hoc michi vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce eni vt facta est vox salutationis tue in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidisti. quoniā perficientr ea q̄ dicta sūt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aīa mea dñm: et exultauit spūs me⁹: in deo salutari meo Offertoriū. Aue maria gratia plena dñs tecū benedicta tu i mulieribus et bñdictus fruct⁹ vētris tui. Aliud offertoriū. Mediatrix virgo maria sis p̄ nobis in cōspectu sūmi regis fac in veste nuptiali nos cū sanctis collocari. O benigna. O benigna super celos exaltata et a nato coronata in hac valle miserie sis nobis vena venie allā. Per ebd. Secreta.

In mentibus nostris q̄s dñe vere fidei sacramēta cōfirma: vt qui conceptū de virgine deū verū et hoīem confitemur: per eius salutifere resurrectionis potentiā: ad eternā mereamur puenire letitiā. P. e.

Diebus sabbatis: Secreta.

Tua dñe propitiatione: et beate marie sēper virginis intercessione: ad perpetuā atq̄z presentē hec oblatio nobis proficiat prosperitatē et pacem. Per dñm. Per ebdomadā Prefatio cōis. Diebus vero sabbatis. Prefatio. Et te in veneratione. Sabbatis autē infra octauas festorū beate marie dicitur Prefatio festi cuius est octaua. Et ita obseruandum est de prefationibus pasche ↄ pēthecostes singulis diebus octauarū suarū. Coio Beata viscera marie virginis q̄ portauerūt eterni patris filiū. Alia Coio. Aue regina celorū mater regis angelorū o maria flos virginū velut rosa vel liliū fūde preces ad filiū pro salute fidelium.

Per ebdomadam. Postcoio.

Gratiam tuā q̄s dñe mētibus nostris infūde: vt qui angelo nūciante xp̄i filii tui incarnationē cognouimus: per passionis eius et crucē ad resurrectiōis gloriā perducamur. Per eūdē. Dieb⁹ sabbatis. Postcoio.

Sumptis dñe salutis nostre subsidiis: da q̄s beate marie nos patrociniis semper et vbiq̄z protegi: in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per dñm nostrū. De beata maria in aduentu. Ad missā. Introit⁹.

Rorate celi desuper ↄ nubes pluant iustū: aperiatur terra et germinet saluatorem Ps. Celi enarrāt gloriā dei: et opera manuū eius annūciat firmamētū. Collectā

Deus qui de beate marie virginis vtero verbum tuum angelo nunciante carnem suscipere voluisti: presta supplicib⁹ tuis: vt qui vere eam dei genitricem credimus eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem dominū nostrum iesum christum.

Lectio isaie prophete. xi. c

Hec dicit dñs deus. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet. Et requiescet sup eū spūs dñi: spūs sapiētie ꝛ itellect⁹, spūs ꝯsilii et fortitudis, spūs sciētie et pietatis: et replebit eū spūs timoris dñi. Nō scdꝫ visionē oculoꝝ iudicabit: neqꝫ scdm auditū auriū arguet. Sed iudicabit in iustitia pauperes: et arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terrā virga oris sui: et spiritu labiorū suorum interficiet ipiū. Et erit iustitia cingulū lumborū eius: et fides cinctoriū renū eius. R. Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. V. Quis ascendet in montē dñi aut quis stabit in loco sancto eius innocēs manibus et mūdo corde. Alla. V. Veni dñe et noli tardare relaxa facinora plebis tue.

In diebus sabbatis. Prosa.

Mirandū cōmertiū virginis in gremiū deitatis. Et carnis cōnubiū transit ad iperiū pietatis. Lapso nāqꝫ genere hūano pro scelere matris eue. Missus ad hanc propere gabriel cum federe prōpsit aue Aue inquit maria grā plena dñs tecū. Audi virgo regia nec sis dubia paries iesū. Respōdit hec quomodo fiet angele dei nā virum non ptuli Eya fert hic quomodo sciē nā virt⁹ tibi vmbrabit altissimi. Et virgo ecce ācilla dei fiat vt dixisti. O grāde verbum in illa quod factū est caro christi. Vox vt fiat incepit verum deū concepit et hominē. Quo qui euā decepit deceptū se decepit p virginē. O verbū nectareū quo gignit virgo. Sed o virgo que deū hinc p fert mūdo. Quantū decet venerari humana nec lingua fari nec angelus sufficit. Ipsā tamen collaudantes pro modulo et orantes dicat qsqꝫ sicut sit. Aue virgo virginum lumen gestans luminū aue et gaude Placa nobis dñm ipsos hostes hominū seruans a fraude. Amen.

Secundum Lucam. pmo. c.

In illo tpe. Missus est angel⁹ gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomen nazareth ad virginē desponsatā viro cui nomen erat ioseph de domo dauid: et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eā: dixit. Aue gratia plena dñs tecū: benedicta tu in mulieribus. Que cū audisset turbata est in sermone eius: ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei Ne timeas maria: inuenisti eni gratiā apud deū. Ecce concipies in vtero et paries filiū: et vocabis nomē ei⁹ iesū. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus sedē dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternum: et regni eius nō erit finis. Dixit autem maria ad angelū. Quomodo fiet istud qm̄ virū non cognosco? Et respondens angelus: dixit ei. Spiritus sāctus superueniet in te: et virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoqꝫ et quod nascet ex te sanctū vocabit fili⁹ dei. Et ecce elizabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua Et hic mēsis est sext⁹ illi q̄ vocatur sterilis: quia non erit ipos-

sibile apud deū omne verbū. Dixit autem maria. Ecce ācilla dñi. Fiat michi: secundū verbū tuum. Offr. Aue maria gratia plena dñs tecū: benedicta tu in mulieribus et benedictus fruct⁹ ventris tui. Secreta.

In mētibus nostris q̄s dñe vere fidei sacramēta cōfirma: vt qui conceptū de virgine deū verum et hoīem cōfitemur: per eius salutifere resurrectionis potentiā ad eternam mereamur peruenire letitiā. Per eundē. Coio. Ecce virgo cōcipiet et piet filiū et vocabit nomē ei⁹ emanuel

Gratiā tuā q̄s dñe Postcoio. mētibus nostris īfūde: vt qui angelo nūciante christi filii tui icarnationē cognouimus: per passionē eius et crucē ad resurrectionis gloriā perducamur. Per eundem.

Item de beata maria vgine missa per octauas natiuitatis dñi vsq̄ in crastinū circūcisionis Introit⁹.

Puer natus est nobis et filius dat⁹ ē nobis cuius iperium super humerum eius: et vocabitur nomen eius magni cōsilii angelus. Ps. Cantate dño canticū nouū quia mirabilia fecit. Collecta.

Concede quesumus omp̄s deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruit⁹ tenet. Per eundē. Lectio ep̄le bti pauli apli Ad tytum. iii. c.

Charissime. Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei. Non ex operibus iustitie que fecimus nos: sed secundū suam misericordiā saluos nos fecit. Per lauacrū regenerationis ꝛ renouationis spūs sancti: quē effudit in nos abunde per iesū xp̄m saluatorem nostrū: vt iustificati gratia ipsius heredes simus secūdū spem vite eterne. In xp̄o iesu dño nostro. R̷ Viderūt omēs fines terre salutare dei nostri iubilate deo omis terra. V̷ Notū fecit dñs salutare suum ante cōspectū gentiū reuelauit iustitiā suā. Alleluia. V̷ Dies sanctificatus illuxit nobis venite gentes et adorate dñm quia hodie descendit lux magna super terrā. Prosa. Letabund⁹ Quere in col. fo. xi. Scd̄m lucā. ii.

In illo tp̄e. Pastores loquebātur ad inuicē. Trāseamus vsq̄ bethleem: et videamus hoc verbum quod factū est/quod fecit dñs et ostēdit nobis. Et venerūt festinātes: et inuenerūt mariā et ioseph: et infantē positū in presepio. Vidētes autē cognouerūt de verbo quod dictū erat illis de puero hoc. Et oms qui audierūt mirati sūt: et de his q̄ dicta erāt a pastorib⁹ ad ipsos. Maria autē conseruabat omnia verba hec: cōferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes/ꝛ laudantes deū/in oibus que audierant et viderāt: sicut dictum est ad illos: Offr. Tui sūt celi et tua est terra orbē terrarū et plenitudinē ei⁹ tu fūdasti iustitia et iudiciū p̄paratio sedis tue. Secre.

Oblata dñe mūera noua vnigeniti tui natiuitate sctifica: nosq̄ a pctōrū nr̄orū maculis emūda. P. Coio. Viderūt oēs fines terre salutare dei nr̄i. Postcoio.

Presta q̄s op̄s deus: vt nat⁹ hodie saluator mūdi sicut diui-

ne nobis generatiõis est auctoritas et immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecũ viuit. Item missa de beata virgine maria a circũcisione dñi vsq ad purificationẽ. Et primo ad missam. Introitus.

Puer natus est nobis et fili9 datus est nobis cui9 imperiũ sup humerũ eius: et vocabitur nomẽ eius magni cõsilii angelus. ps. Cãtate dño canticũ nouũ: qa mirabilia fecit: Gloria pa. Collecta.

Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecunda humano generi premia prestitisti: tribue qs vt ipsã pro nobis intercedere sentiamus: per quã meruimus auctorẽ vite suscipere dñm nostrũ iesũ xpm filiũ tuũ. Qui tecũ: Epla Karissime. Aparuit benignitas et humanitas. vts in officio proximo R. Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. V. Virgo dei genitrix quẽ totus nõ capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Alla. V. Ora pro nobis pia virgo maria vnde christus natus est pro peccatorib9 sis miserta. Euãgeliũ Pastores loquebãtur. vts in officio primo. Offr. Aue maria gratia plena dñs tecũ benedicta tu i mulieribus et bñdictus fruct9 vẽtris tui. Secre.

Muneribus nrĩs qs dñe precibusq susceptis: et intercedente beata maria virgine celestib9 nos mũda mysteriis: et clemẽter exaudi p. Coio. Beata viscera marie virginis q portauerũt eterni patris filiũ. Postcõ.

Hec nos cõmunio dñe purget a crimine: et intercedẽte beata maria virgine celestis remedii faciat esse consortes. Per dominum:

Item de beata virgine maria a lxx. vsq ad pascha totũ dic vt supra per annũ excepto Alla cũ V. loco cuius diebus sabbatis et festor ix. lec. dicit Tractus hic subsequẽs. Diebus autẽ ferialibus nec Tract9 nec Alla dicitur. Tractus.

Aue maria gratia plena dñs tecum V. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. V. Ecce concipies et paries filiũ et vocabitur nomen eius emmanuel. V. Quomodo inquit fiet istud quoniam virũ non cognosco et respondens angelus inquit ei. V. Spiritus sãctus superueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. V. Ideoq et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Item de beata maria a pascha vsq ad pẽthecostẽ. Introit9.

Salue sãcta parẽs enixa puerpera regẽ qui celũ terrãq regit in secula seculor. alla V. post partũ virgo inuiolata permãsisti: dei genitrix intercede p nobis Gloria Per ebdomadã. Collecta.

Deus q de beate marie vginis vtero verbũ tuũ ãgelo nũciãte carnẽ suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt qui vere eã dei genitricẽ credimus. eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eũdẽ. Diebus sabbatis. Collecta.

Concede nos famulos tuos q sumus dñe de9 perpetua mẽtis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia: et eterna perfrui letitia.

per dominum nostrum iesũ xp̃m. Ep̃la. Ab inicio et ante secula. vts. in missa per annũ. Alleluia. ℣. Angelus dñi descendit de celo et accedens reuoluit lapidẽ et sedebat super eũ. ℣. Respondens autẽ angelus dixit mulieribus quem queritis ille autẽ dixerunt iesũ nazarenum: Alleluia. ℣. Aue stella matutina peccatorũ medicina ora christũ p̃ famulis tuis qui surrexit victor a mortuis.

Prosa. Virgini marie laudes intonãt christiani. O beata dña tua per suffragia recõciliãtur pctõres. Fiant per te liberi a fermẽto veteri victime paschalis perceptores. Da nobis maria vgo clemens et pia. Aspectu christi viuentis et gloria frui resurgentis. Cum prece nos pia christo recõcilia. Que sola mater intacta es genitrix verbi dei facta. Credendũ est ex te deũ et hoiem natũ resurrexisse glorificatum. Scimus christũ processisse ex maria vere conserua mater nos et tuere. Alleluia. Scdm iohãnẽ. xix.

In illo tempore. Stabãt autẽ iuxta crucẽ iesu mater eius: et soror matris eius/maria cleophe/ et maria magdalene. Cũ vidisset ergo iesus matrẽ et discipulũ stantẽ: quẽ diligebat: dixit matri sue. Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit eã discipulus in suam. Offertoriũ Regina celi letare alleluia Quia quẽ meruisti portare alleluia. Resurrexit sicut dixit alleluia. Ora pro nobis deum alleluia. Per ebd. Secreta.

In mẽtibus nostris q̃s dñe vere fidei sacramenta confirma vt qui cõceptũ de virgine deũ verũ et hominẽ cõfitemur: per eius salutifere resurrectionis potentiã/ad eternam mereamur peruenire letitiã. P eundẽ. Dieb⁹ sabbatis Secreta.

Tua dñe propiciatione et beate marie sẽper virginis intercessione: ad perpetuã atq; p̃sentẽ hec oblatio nobis proficiat p̃speritatẽ et pacẽ. P do. Per ebdomadã. Prefatio cois. Sabbatis aũt dieb⁹. Prefatio. Et te in veneratione. Coĩo. Beata viscera marie virginis que portauerũt eterni patris filiũ all'a. Per ebd. Postcoĩo

Gratiã tuã q̃s dñe mentibus nostris infũde: vt q̃ angelo nũciante christi filii tui icarnationẽ cognouimus: per passionẽ eius et crucẽ/ad resurrectionis gloriã perducamur. Per eundem.

Sabbatis. Postcoĩo.

Sumptis dñe salutis nostre subsidiis: da q̃s beate marie nos patrociniis sẽper et vbiq; ptegi: in cuius veneratiõe hec tue obtulim⁹ maiestati. Per dominum:

De sancta trinitate. Introitus.

Benedicta sit sancta trinitas atq; indiuisa vnitas cõfitebimur ei quia fecit nobiscũ miam suam. Ps. Benedicam⁹ patrẽ et filiũ cũ sãcto spũ. Gl'ia. Collcã

Omnipotens sẽpiterne deus q̃ dedisti famulis tuis in ɔfessione vere fidei eterne trinitatis gloriã agnoscere: et in potẽtia maiestatis adorare vnitatẽ: q̃s vt eiusdẽ fidei firmitate/ab oibus sẽper muniamur aduersis. Per dominum.

Ad Chorinthios. ii. xiii.

Fratres. Gaudete: pfecti estote: exhortami idipz sapite. Pacem habete: et deus dilectiōis et pacis erit vobiscum. Gratia domini nostri iesu christi: et charitas dei. Et cōmunicatio sācti spiritus: sit semper cū omnibus vobis. Amen. ℟. Benedictus es domine qui intueris abyssos et sedes super cherubin. ℣. Benedicite deum celi et coram omnibus viuētibus confitemini ei quia fecit nobiscum misericordiā suā. Alleluia. ℣. Benedictus es dn̄e deus patrum nostrorum et laudabilis in secula. Scdm Johannē. xv.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cū venerit paraclitus quē ego mittā vobis a patre spiritum veritatis qui a patre pcedit: ille testimonium phibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab inicio mecū estis. Hec locutus sū vobis: vt non scādalizemini. Absqz synagogis facient vos: Sed venit hora: vt omis qui interficit vos: arbitretur obsequiū se prestare deo. Et hec facient vobis: quia non noverūt patrē neqz me. Sed et hec locutus sū vobis: vt cū venerit hora eorū reminiscamini: quia ego dixi vobis. Offertoriū. Benedictus sit deus pater vnigenitusqz dei filius sāctus quoqz sp̄us quia fecit nobiscum misericordiam suam. Secreta.

Sanctifica quesum⁹ dn̄e deus: per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiam: et per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Per dominū. Coio. Benedicimus deum celi et coram omnibus viuentibus confitebimur ei qa fecit nobiscū miam suā. Postcoio.

Proficiat nobis ad salutē corporis et anime dn̄e de⁹ noster huius sacramenti susceptio: et sempiterne sancte trinitatis eiusdemqz indiuidue vnitatis cōfessio. Per dominum. In vnitate eiusdem.

De angelis ad missam. Introitus.

Benedicite dn̄m omnes angeli eius potentes virtute q̄ facitis verbum eius ad audiendā vocem sermonum eius. ps. Benedic anima mea dn̄o et omia que intra me sunt noī sācto eius. Collecta.

Perpetuum nobis domie tue miserationis presta subsidiū quibus et angelica prestitisti suffragia non deesse. Per do. Lectio libri apocalypsis bti iohānis apl̄i. xix.

In diebus illis. Dixit mihi angelus: Scribe. Beati q̄ ad cenam nuptiarum agni vocati sunt Et dixit michi. Hec verba dei vera sunt. Et cecidi ante pedes eius: vt adorarem eū. Et dixit michi. Vide ne feceris. Cōseruus tuus sū: et fratrum tuorum habentiū testimonium iesu. Deum adora. ℟. Bn̄dicite dominum omnes angeli eius potentes virtute qui facitis verbū eius. ℣. Benedic anima mea domino et omnia interiora mea nomen sanctū eius. Alleluia ℣. In cōspectu angelorum psallam tibi domine deus meus.

Secundum Johannem. v.

In illo tempore. Ascendit iesus hierosolymā. Est autem hierosolymis pbatica piscina: que cognominatur hebraice bethsaida: quinqz porticus habens. In his ia-

cebat multitudo magna lāguētiū cecorum claudorū/aridorū: expectātium aque motum. Angel⁹ autem dñi secundum tempus descēdebat ī piscinā ꝛ mouebatur aqua Et q̄ prior descendisset ī piscinā post motionē aque sanus fiebat a quacūq; detinebatur infirmitate. Offer. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua et data sunt ei incensa multa et ascendit fum⁹ aromatū in conspectu dei alleluia. Secreta

Hostias tibi domine laudis offerimus suppliciter deprecātes vt easdem ꝑ nobis beati michaelis archāgeli et oīum ordinū angelorum et archangelorum iteruenīete suffragio et placatus accipias: et ad salutem nr̄am prouenire concedas. Per dominum nostrū. Coīo

Benedicite omnes angeli domini domino hymnum dicite et superexaltate eū ī secula Postcōmunio

Repleti dn̄e benedictione celesti supplicit̄ exoram⁹: vt quod fragili celebramus officio sanctorū āgelorum atq; archāgelorū nobis prodesse sentiamus auxilio. Per dominum nostrum iesum christū filium tuum/qui tecum viuit ꝛ regnat

Missa pro peccatis

Salus populi ego sum dicit dominus/ de quacūq; tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos/ et ero dominus illorum in perpetuum. Ps. Attendite popule meus legem meam: iclinate aurem vestram inverba oris mei. Collecta

Exaudi quesum⁹ domine supplicum preces/et confitentiū tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus ꝛ pacem. Per dominū nostrū iesum

Lectio hieremie prophete. xiiii.

Si iniquitates nostre respōderit nobis: dn̄e libera nos Quesumus fac propter nomen tuū: qm̄ multe sunt auersiones nostre. Tibi peccauimus expectatio israel: saluator noster ī tempore tribulationis. Tu autē in nobis es dn̄e: et nomen sanctum tuum inuocatum est sup nos: ne derelinquas nos dn̄e deus noster. ℞. Propici⁹ esto domine peccatis nostris nequando dicant gentes vbi ē deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et propter honorem nominis tui domine libera nos. Alleluia ℣. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. Scd'm Lucā xi.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Petite: ꝛ dabitur vobis: Querite et inuenietis. Pulsate et aperietur vobis. Omnis enī qui petit accipit: et qui querit inuenit: et pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panē nūquid lapidem dabit illi: Aut piscē: nunquid pro pisce serpentem dabit illi: Aut si petierit ouum: nūquid porriget illi scorpionem: Si ergo vos cū sitis mali nostis bona data dare filiis vestris/quāto magis pater vester celestis de celo dabit sp̄m bonū: petētibus se. Offer. De profūdis clamaui ad te dn̄e dn̄e exaudi vocē meam

Hostias tibi dn̄e placa Secre. tiōis offerim⁹: vt ꝛ delicta nr̄a miserat⁹ absoluas et nutantia corda tu dirigas. Per dn̄m no: Coīo

Amē dico vobis quicquid orantes petitis credite q2 accipietis et fiet vobis. Postcō

Presta nobis q̄s dn̄e eterne salua tor: vt pcipiētes hoc munere veniā peccatorꝫ/deinceps pctā vitemus Per dominum. Alia missa p peccatis. Et que hic requiritur inuenies i missa imediate pcedēte itroit⁹

Misereris omniū domine et nichil odisti eorꝫ q̄ fecisti/dissimulans peccata hominū propt̄ penitentiam et parce illis/ quia tu es domin⁹ de⁹ nr̄. ps. Miserere mei deus miserere mei:qm̄ in te confidit aīa mea.

Deus cui proprium Collec. est misereri semper et parcere suscipe deprecationē nostrā:et quos delictorum nostrorum cathena constrigit miseratio tue pietatis absolvat Per dominū. Alia Collecta

Ineffabilem misericordiā tuā quesumus domine nobis clementer ostēde vt simul nos et a peccatis oībus exuas/⁊ a penis quas p his meremur eripias et pacem tuā nostris cōcede temporibus. P dn̄m.

Ad Romanos vii.

Fratres. Condelector enī legi dei:secundum interiorē hominem. Video autem aliam legem in mēbris meis repugnātem legi mētis mee:et captiuātē me in lege peccati que est in membris meis. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis hui⁹: Gratia dei:per iesū christū dn̄m nostrū. ℟. Propici⁹ esto domine peccatis nostris nequādo dicant gentes:vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et ꝑpter honorē nois tui dn̄e libera nos. Alleluia

℣. Ostēde nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis. Euange. Petite et dabit̄ vobis vts. in officio precedenti. Offertorium Ad te domine leuaui aīaꝫ meā deus meus i te confido non erubescam neqꝫ irrideāt me inimici mei/ etenim vniuersi qui sustinent te non confundentur. Secreta.

Vivificet nos quesumus dn̄e muneris presentis oblatio et dignos eadem sacra participatione perficiat. Per do. Alia secreta

Propiciare domine supplicationibus nostris per has orationes famulorum famularūqꝫ tuarū quas tibi pro incolumitate eorꝫ offerimus benignus assume: et vt nullius sit irritum votum nullius vacua postulatio/presta quesumus vt quod fideliter petimus efficacit̄ consequamur. Per dominū nostrū iesum christum filium tuū / q̄ tecū viuit et regnat in vnitate spirit⁹ sācti deus per omnia secula seculorꝫ.

Cōmunio. Inclina domine aurem tuā accelera vt eruas me. Postcōmunio

Presta domine quesumus: vt terrenis affectibus expiati ad superni beatitudinē sacramenti cuius libauim⁹ sancta tēdamus. Per dominum nostrum iesū christū filium tuum/qui. Alia postcōmunio

Da famulis et famulabus tuis quesumus domine in tua fide et sinceritate constantiam: vt i caritate diuina firmati nullis temptationibus ab eius integritate vellantur. Per dominum nostrum iesum christū filiū tuū qui tecū viuit et regnat in vnitate spiritus sancti.

Missa in Nupciis. Et primo ad bñdicendum anulum. ℣. Adiutorium nostrũ in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terrã. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Et hoc nũc et vsqꝫ in seculum. Domine exaudi orationẽ meã. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oratio

Benedic domine anulũ istum quem nos i nomine tuo benedi✠camus/ et presta vt quecũqꝫ eũ secum portauerit gr̃a tua coopante in tua pace consistat/ in tua volũtate fidelis pmaneat/ et in amore tuo viuat et senescat/ et multiplicetur i longitudinem dierum. In nomine patris/ et filii/ et spirit⁹ sãcti. Amen

Benedicta sit scã Introit⁹ trinitas atqꝫ idiuisa vnitas confitebimur ei qr fecit nobiscũ misericordiã suã. ps. Bñdicam⁹ patrẽ et filiũ cum sctõ spũ. Collec.

Omnipotens sempiterne deus q̇ dedisti nobis famulis tuis i cõfessione vere fidei eťne trinitatis gloriam agnoscere/ et i potẽtia maiestatis adorare vnitatem quesum⁹ vt eiusdem fidei firmitate: ab omibus sẽp muniamur aduersis. Alia Collecta que cum pdicta dicitur ad vnum. p dñm.

Exaudi nos omnipotens ⁊ misericors deus: vt quod nostro ministratur officio: tua bñdictione potius impleatur. Per dñm nr̃m.

Ad Corinthios i. vi. c

Fratres. Nescitis qm̃ corpa vr̃a mẽbra sũt christi: Tollẽs ergo membra christi. faciam mẽbra meretricis: Absit. An nescitis quoniã qui adheret meretrici: vnum corp⁹ efficitur: Erunt enim inquit duo i carne vna. Qui autem adheret dño vnus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne enim peccatũ quodcũqꝫ fecerit hõ: extra corpus ẽ. Qui aũt fornicatur i corp⁹ suũ peccat An nescitis qm̃ mẽbra vestra templum sunt spiritus sancti/ qui in vobis est quem habetis a deo: et non estis vr̃i Empti eni estis precio magno glorificate et portate deũ: i corpore vr̃o.

℟. Benedictus es dñe q̇ ĩtueris abyssos et sedes sup cherubim. ℣. Benedicite deũ celi/ et coram omnibus viuentibus cõfitemini ei. Alleluia. ℣. Benedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis in secula. Scd'z Matheum xix.

In illo tẽpore. Accesserũt ad iesum pharisei tẽtantes eum et dicentes. Si licet homini dimittere vxorem suam quacunqꝫ ex causa: Qui respondens: ait eis. Non legistis/ quia qui fecit hominem ab initio: masculum et feminã fecit eos. Et dixit. Propť hoc dimittet homo patrem et matrem: et adherebit vxori sue et erunt duo i carne vna. Itaqꝫ iã non sũt duo sed vna caro. Qđ ergo deus coniunxit: homo non separet. Offertorium. Benedict⁹ sit de⁹ pater: vnigenitusqꝫ dei filius/ sanct⁹ quoqꝫ spiritus quia fecit nobiscum misericordiam suam. Secreta.

Sanctifica quesum⁹ dñe deus per tui nominis inuocationẽ huius oblationis hostiam et per eã nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Alia secreta

Suscipe quesumus dñe pro sacri cõnubii lege munus oblatũ: vt cui⁹ largitor es operis esto dispositor. Per dominum nostrũ iesũ:


Prefatio cõmunis. Antequã dicat Pax dñi sacerdos reponat tres partes hostie supra patenã et ante pedẽ calicis/ cooperiat qꝫ calicẽ corporali Postmodum transeat ad dextrum latus altaris et libro ad se converso sponsoqꝫ et sponsa coram altari genuculuatis/ atqꝫ sub mapa positis nisi alter ipsorum alias nupcialem benedictionem recepit/ mediocri voce quasi legendo missam suam pronunciet sive legat dicẽdo. Oremus

Propiciare domine Oratio supplicationibus nostris. et institutis tuis quibus propagationẽ humani generis ordinasti benign⁹ assiste: vt quod te auctore iungitur te auxiliante servetur. P dñm nrm iesum christum filiũ tuũ/ qui tecũ.


Hic alta voce dicat.






ad imaginem dei facto ideo
inseparabile mulieris adiutori
um cōdidisti vt femineo corpo
ri de virili dares carne principiū
docens quod ex vno placuisset
institui/ nunquam liceret disiū
gi Deus qui tam excellēti mi
sterio coniugalem copulam cō
secrasti: vt christi et ecclesie sacra
mentum presignares: in federe
nupciarum. Deus per quē mu=
lier cōiungitur viro: et societas
prīcipaliter ordinata ea benedic
tione donetur: que sola nec per
originalis peccati penā nec per
diluuii ē ablata sētenciam Res
pice propicius super hanc famu
lam tuā que maritali iungenda
est consortio: tua se expetit ptec
tione muniri. Sit in ea iugum

dilectionis et pacis fidelis et ca
sta nubat in christo / imitatrix
qȝ sanctarum / permaneat femi
narum. Sit amabilis vt rachel
viro: sapiens vt rebecca: lōgeua
fidelis vt sarra. Nichil i ea ex ac
tibus suis ille auctor preuaricati
onis vsurpet: nexa fidei manda=
tisqȝ permaneat vni thoro iūc=
ta: cōtactus illicitos fugiat mu=
niat infirmitatem suam robore
discipline Sit verecūdia grauis
pudore venerabilis doctrinis ce
lestibus erudita. Sit fecunda in
sobole sit probata et inocens et
ad requiem beatorum atqȝ ad ce
lestia regna ꝑueniat et videat fili
os filiorū suoꝝ / vsqȝ ad terciā et
quartam progeniem / et ad op=
tatam ꝑueniat senectutē. Per



dominũ nostrũ iesũ christũ filiũ



tuũ. Qui tecum viuit et regnat



in vnitate spiritussancti deus



Per omia secula seculorũ. Amẽ.

Nunc sacerdos ad mediũ altaris redeat vnde recessit discoopto calice accipiat ꝙ tres partes hostie de sup patena relictas et dicat. Pax dñi sit ꝛc. Communio. Benedicimus deum celi et coram omnibus viuẽtibus cõfitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiã suã.

Posẗcõ.

Proficiat nobis ad salutẽ corporis et anime dñe deus huius sacramenti susceptio: ꝛ sempiterne sancte trinitatis confessio.

Alia postcommunio

Quesumus omnipotẽs deus: instituta puidẽtie tue pio amore comitare/ vt quos legitima societate cõnectis/ longeua pace custodias. Per dominum nostrum iesum.

Benedictio thalami.

Benedic domine thalamum hunc et omnes habitantes in eo. vt in tua voluntate permaneãt et in tuo amore viuant et senescant et multiplicentur in longitudinem dierum. Amẽ. Benedictio dei omnipotentis patris/ et filii/ et spiritus sancti descendat super vos/ et maneat semper Amen.

Sequunẗ quedã votiue et deuotissime misse. Et primo de noie iesu. Ad missã introit⁹

In noie iesu omẽ genu flectatur/ celestium terestrium et infernorum/ et omnis lingua cõfiteatur quia dominus iesus christus i gloria ẽ dei patris. ps. Laudate dñm qm̃ bonus est dominus psallite nomini eius qm̃ suaue

Collecta

Deus q̇ gloriosissimũ nomen iesu christi vnigeniti filii tui domini nostri fecisti fidelibus tuis summe suauitatis affectu amabile/ et malignis spiritib⁹ tremẽdũ atq̧ terribile cõcede propici⁹: vt oẽs q̇ hoc nomen iesu deuote venerantur in terris sancte consolationis dulcedinem in presenti percipiant/ et i futuro gaudium exultationis et interminabilis iubilationis optineant. Per eumdem dominum nostrum.

Lectio actuum apostolorum iiii.

In diebus illis. Petrus replet⁹ spiritu sancto dixit. Principes populi et seniores israel audite. Si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi in quo iste saluus factus est: notum sit omnibus vobis/ et omni plebi israel: quia in nomine iesu christi nazareni quem vos crucifixistis/ quẽ de⁹ suscitauit a mortuis i hoc iste astat corã vobis sanus. Hic est lapis qui reprobatus est a vobis edificantibus q̇ fact⁹ est i caput anguli: et nõ est i alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen ẽ sub celo datum hominibus: i quo opor-

teat nos saluos fieri ℟. Constituit de us pater ad dexterã suam iesum christum in celestibus super omnem principatum et potestatem et virtutem et dominationem et omne nomẽ quod nominatur nõ solum in hoc seculo/sed etiam i futuro/et omnia subiecit sub pedib⁹ eius. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et propt gloriam nominis tui dñe libera nos ⁊ propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Alleluia. ℣. Dulce nomẽ nostri iesu/melos auri mel in esu/convertit i iubilum/et fugat mundi sibilum. In tempore paschali. Alleluia. ℣. Surgens iesus dominus noster in medio discipulorum suorũ et dixit pax vobis. Prosa

Dulcis iesus nazarenus pro salute sue gentis subit mortem cum tormentis factus pallens liuidus. Mulcet reos sanat eos fouet re os munit eos seruat ab insultibus. Nomen ei⁹ meditatũ belli fugat apparatum hostes victi fugiunt. Hoc est nomen salutare et solamẽ singulare quod succurrit tristibus. Ignacius hoc docuit illud passus ĩsonuit cor eius scissum patuit. Inscriptum iesu celice amat feruentissime amat cõstantissime amat fidelissime et suos vult iuuare. Habent hoc nature iura vt amãtẽ tota cura reamemus placitura prestantes ex ais Jesu nomen omne bonũ tenet dulcem facit sonum promeretur regni thronum auditũ letificat. Caput iesu cor mens manus vuln⁹ liuor sanguis planus pedes corpus vigor sanus parãtur hominibus. Jesus pulcher in decore summe bonus ĩ valore mitis lenis cũ dulcore pron⁹ a clementia Jesus est rex generos⁹ iesus forma specios⁹ iesus ligua glios⁹ et mirãdus opere. Jesus fama gloriosus ies⁹ cũctis fructuos⁹ iesus totus virtuos⁹ fouet suos optime. Sũme potẽs in vigore sũme celsus ĩ honore sũme grat⁹ in amore omẽs laudẽ optinet. Eya nomen nobis gratum dulcis iesus appellatũ sit i corde sic firmatum ꝙ nõ possit erui. Amen.

Infra septuagesimã Tractus

Dulce nomẽ iesu christi/felix omen ferens tristi iocũdans mẽtẽ iubilo ℣. Tollit luctum affert fructũ. et abductum et seductum purgat cor a nubilo. ℣. Nominatum inuocatum honoratũ pdicatum sẽper sonat dulciter. ℣. Tam peccatum ꝙ reatum condonatum expurgatum reddit multos leniter. ℣. Hostes ferit mores serit mala terit graues gerit plenũ est presidium. ℣. Nos defendit nos attendit nos intendit et extendit hoc nomen i gaudium. Secũdũ Matheum. i. c.

In illo tempe. Angel⁹ domini apparuit i sõnis ioseph dicens Joseph fili dauid: noli timere accipere mariã cõiugem tuam. Quod eni i ea natũ est: de spiritu sancto ẽ Pariet autẽ filiũ: et vocabis nomẽ eius iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum: a peccatis eorũ. Hoc autem totum factum est: vt adimpleretur quod dictũ ẽ a domino per prophetam dicentem. Ecce virgo in vtero habebit/et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel: quod est interpretatum nobiscum deus. Offertorium. In noie meo demonia eiicient linguis loquentur nouis serpentes tollent et si mortiferum quid

biberint non eis nocebit/ super egros manus imponent et bene habebūt. Secre.

IN veneratione nominis dilecti filii tui iesu christi domini nostri deus pater misericordiarum deuotis mētibus hostias tibi immolamus suppliciter dep̄cātes: vt earꝫ virtute cūctis egētibus prestet auxiliū/ vt in eodē noie delectantes salutarē sui ꝓpositi cōsequāt effectū. P eūdem. Coio. Dicenti dabo manna abscōditū et dabo illi calculū candidū. et in calculo nomen nouū scriptū qd nemo scit nisi qui accipit. Postcoio

SAcrosācta mysteria q̄ sūpsimus dn̄e ad honorē nois cōplacētissimi tibi: filii tui dn̄i nr̄i iesu christi deuot̄ precordiis recolētes q̄s/ vt incremētū nobis spiritualis exultationis accumulēt / et affectū nostrū ad hoc salutiferū nomē iesu nobis iprimēdū accendāt/et ad iubilandū iesu saluatori nr̄o dulcissimo totā mētis attentionē ꝓmoueant. P eūdem. Subscripta missa deuotissima quinqꝫ plagarꝫ christi fuit cōpilata a sancto Johāne euāgelista oī feria sexta dicenda. Papa iohānes xxii. cōcessit tā dicētibꝰ q̄ audientibus ducētos dies indulgētiarꝫ. Itē sāctus bonifatiꝰ papa egrotauit vsqꝫ ad mortē petēs a domino vitā suā prolōgari. Ad quem mittēs ipse dominus sāctū raphaelem archāgelū dixit sibi. Surge et scribe istud officiū ꝛ lege quinqꝫ vicibus et recipies sanitatē. Sanctus bonifacius stati se erigēs: ipsū raphaelē cōiurauit ꝑ oīpotētē deū vt absqꝫ sui periculo recederet et q̄s esset: vsqꝫ ad qd venisset idicaret. Cui stati se dixit archāgelū raphaelē a deo missū nūcians eidē bonifatio q̄ auctoritate apostolica indulgētias propter dictū officiū omnibꝰ cōcederet et largiretur. Tūc sanctus bonifacius oībus dictū officiū deuote celebrātibus ac audiētibꝰ septimā partē omniū peccatorū criminalium ꝛ omniū venialiū auctoritate apostolica predicta. in dn̄o misericordit relaxauit. Ad missā. Introitꝰ

HUmiliauit semetipsū dominus noster iesus christꝰ vsqꝫ ad mortē mortem aūt crucis: ꝓpter quod et deꝰ exaltauit illū ꝛ dedit illi nomē qd est sup omne nomē. Ps. Misericordias domini/in eternum cantabo. Collecta

DOmine iesu christe fili dei viui qui de celis ad terram descendisti de sinu patris/ et in ligno crucis quinqꝫ plagas sustinuisti: et sanguinem tuum in remissionem peccatorum nostrorū fudisti/te humiliter deprecamur/vt in die iudicii audire mereamur ad dexteram tuam illam dulcissimā vocem venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Qui cum eodē patre et sancto spiritu viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Lectio zacharie prophete. xii. c

HEc dicit dn̄s deus. Effundā super domum dauid ꝛ super habitatores hir̄lm: spūm gratie et p̄cū. Et aspiciēt i eū quem confixerūt. Et plāgēt eū plāctu quasi sup

vnigenitum: et dolebūt sup eū: vt
doleri solet in morte primogeniti. In
die illa magnus erit plāctus in hie
rusalem. Et dicet ei. Quid sūt iste
plage in medio manuū tuarum? Et
dicet. His plagatus sū in domo eo-
rū qui diligebāt me. Framea susci-
tare sup pastorē meū/ et super virū
coherētē michi dicit dn̄s exercituū.
Percutiā pastorem: et dispergētur
oues gregis. ℟. Improperiū expecta-
uit cor meū et miseriā/ et sustinui qui si-
mul contristaretur et nō fuit consolantē
me/ quesiui et nō inueni. ℣. Et dederūt
in escā meā fel/ et in siti mea potauerūt
me aceto. Alleluia. ℣. Aue rex noster/
tu solus tolleras nostros miseros errores
patri obediens ductus es ad crucem: vt
agnus mansuetus ad occisionē/ tibi glo-
ria osanna triūphans et victoria/ tibi sū
me laudis et honoris glā et corona. Tē-
pore resurrectionis. Alla. ℣. Dulce
lignum dulces clauos/ dulcia ferēs pōde
ra/ que sola fuisti digna sustinere regem
celorum et dominum. Prosa

Cenā cū discipulis christe ce-
lebrasti/ et mortē apostolis pa
lā nunciasti. Et auctorē sceleris iu-
dā demōstrasti/ et egressus protinus
ortulū intrasti. Tūc procidēs dn̄s
humi se prostrauit/ et trāsferri cali
cem a se postulauit. Sed patris ar
bitrio illud cōmēdauit/ et ecce mox
sāguinis sudor emanauit. Judas
post hoc osculū ori dedit christi/ ad
quid inqnit dn̄s amice venisti. Me
nunc tradis osculo quē iā vēdidisti
assistētes protinus irruunt ministri
Mox insōnis itaqz protūc ducebatur.
nulla prorsus reqes iesu prestabatur.
Magistrarū impia plebs iniuriatur:
alapis et collaphis inocens mactatur
Dū iesū eripere pilatus conatur/
iudeorum furia magis īflammatur.
Et tumultus populi ingēs excitatur
et plebis intonat vox vt crucifigatur.
Traditur militibus vinculis arctatur
vndiqz verberibus corpus cruciatur.
Caput regis glorie spinis coronatur
postqz flexis genibus quisqs irritatur.
Ecce caro tenera nostri saluatoris
ad colūnā nequiter coartatur loris
Et flagellis ceditur impii tortoris
hinc emanāt vndiqz riuuli cruoris.
Post vrbis mediū iesus pcedebat:
et crucis patibulū humeris ferebat
Ad fores et ostia populus fluebat/
quisqz confusio omnibus patebat.
Ad pudoris tumulū iesu denudaris
et ventis ac frigori nudus spoliaris.
Innocēs ab impiis ī cruce dānaris
et quasi dux sceleris medio locaris
Tēsa ligno brachia cordis extēdūtur
nerui vene seuili modo laniantur.
Cruci manus rudibus clauis cōfodiūtur.
plāte pedū domini ferro pforātur.
Fūdūt riuos sāguis fōtes saluato-
ris: ppteret huc aīa queqz peccatoris
Et hauriat quispiā sacrati liquoris:
quo frequēter liniat vulnera doloris
Ad hūc ergo ppera fontē redēpto-
ris/ vt fluētis ipleas viscera doloris.
Hauriēs quātūlibet in corde dulcoris
hinc tui curatio perfluat lāguoris
Loquens iesus postea sitio dicebat
acetūqz ptinus cū felle miscebat. Et
īfusū spongie ori porrigebat: qd de-
gustās paululū sumere nolebat O
iesu mirifice qd ē qd agebas: tu de
siti cōquerēs crucē sitiebas: nūquid

hāc dolorib⁹ magis sētiebas credo in hoc salutē nr̄az exprimebas. Hoc cē promēs vltimā patrē inuocasti cū clamore valido/tandē expirasti spiritūq3 manibus ei⁹ cōmēdasti sic ad salutē oīz dure ꝯsumasti. Diuisio

Cum ego superbio tu humiliaris. Ego penas pperto tu pena grauaris ego pomū mordeo tu felle potaris mollia desidero tu dure tractaris Demū cui⁹ valeat mēs vel ligua fari quātū virgo credit intus cruciari videns vnigenitū i cruce leuari atq3 eius viscera lācea forari. Corpus qdē mortuū iā nil sētiebat latus ei⁹ lācea miles perforabat quā fixā i filii latere videbat vnde aqua salutis ac sāguis fluebat. Ad hūc ergo propera fontē redēptoris vt fluentis qspiā haurias dulcoris atq3 vite lauachrū pciū cruoris: hinc tui curatio pfluat languoris.

Infra septuagesimā. Tractus

Christus factus ē p nobis obediēs vsq3 ad mortē mortē āt crucis ℣. Propter qd et deus exaltauit illū: et dedit illi nomen qd est super omne nomen

Secundū iohannem. xix.c

In illo t. Sciēs iesus qa iā oia ꝯsūmata sūt: vt ꝯsūmaretur scriptura dixit Sitio. Vas ergo positū erat aceto plenū. Illi ergo spōgiā plenā aceto: hysopo circū ponētes obtulerūt ori eius. Cū ergo accepisset iesus acetū dixit. Consūmatū est. Et iclinato capite/tradidit spiritū. Judei ergo qm̄ parasceue erat vt nō remanerent corpora in cruce sabbato. Erat eni magnus dies ille sabbati: rogauerūt pilatū vt frāgerent eoꝝ crura/et tollerent. Venerūt ergo milites/et primi qdē fregerūt crura: et alterius q crucifix⁹ erat cū eo. Ad iesū aūt cū venissent vt viderūt eū iā mortuū: non fregerūt eius crura. Sed vn⁹ militū lancea lat⁹ ei⁹ apuit/et cōtinuo exiuit sāguis et aqua. Et q vidit testimoniū phibuit/et scimus qa verū est testimoniū eius. Offertoriū. Insurrexerūt in me viri iniqui/absq3 misericordia quesierūt interficere me/ et nō pepcerūt in faciē meā exspuere: et lanceis suis vulnerauerūt me. et concussa sūt omnia ossa mea alleluia. Secreta

Domine iesu christe qui pro mūdi redēptiōe lignū crucis ascendisti: vt vniuersus mundus qui in tenebris erat illuminaretur illam lucem i anima et corpore nostro semper infige: per quā ad eternam lucem peruenire mereamur. Qui cū pr̄e et sācto spiritu viuis et regnas deus. P omnia secula seculoꝝ. Amen Prefatio. Qui salutē humani generis. Coīo. Foderunt manus meas et pedes meos/et dinumerauerunt oīa ossa mea al'la. Postcoīo

Domine iesu christe filii dei viui/ qui hora diei sexta pro redemptione mundi crucis patibulum ascendisti. et sāguinem tuum preciosum i remissionem peccatorum nostrorum fudisti/ te humiliter deprecamur: vt post obitum nostrum paradisi ianuas gaudenter introire mereamur. Qui cum patre et sancto spiritu viuis et regnas deus. P oīa s. s. Am̄. De corona dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Ad missam. Introitus

Gaudeamus oēs ī domino diem festū celebrantes sub honore corone dñi de cuius susceptione gaudēt angeli ꝛ collau dant filiū dei. ps Omnes gentes plau dite manib⁹: iubilate deo invoce exulta- tionis. Collecta

Presta q̄s oīpotens de⁹: vt qui in memoriā passionis domi ni nostri iesu christi coronā eius spi neā veneramur ī terris/ab ipso glo ria ꝛ honore coronari mereamur in celis. Qui tecū viuit. Lectio libri sa- pientie canticoꝝ. iii. c.

Lectulū salomonis sexagin- ta fortes ambiunt ex fortissi mis israel/oēs tenētes gladios. ꝛ ad bella doctissimi. Vniuscuiusqꝫ ēsis super femur suū / propter timores nocturnos. Ferculū fecit sibi rex sa lomō de lignis libani. Colūnas ei⁹ fecit argenteas/reclinatoriū aureū ascēsum purpureū/media caritate cōstrauit propter filias hierusalem Egredimi filie syon ꝛ videte regem salomonē in dyademate. quo coro- nauit illū mater sua in die despōsa tionis illius / et in die leticie cordis eius. Quā pulchra es amica mea/ q̄ pulchra es. Oculi tui colūbarum absqꝫ eo quod intrīsecus latet. Ve- ni de libano sponsa mea veni de li bano: veni coronaberis. R. Corona aurea sup caput ei⁹ expssa signo sāctita- tis gloria honoris et opus fortitudis. V. Dn̄e preuenisti eū in bñdictionib⁹ dulce dinis: posuisti in capite eius coronā de la pide p̄cioso. Alleluia. V. A corona spi- nea/vita surgit aurea: mirifice q̄ muta- ta tropice fit corona rosea. Prosa

Regis et pontificis dyadema mysticis honorem⁹ laudibus. Jocūdemur tropicis canticis ange licis cōcordemus moribus. Jn coro na dñi forma detur hoī pulchre ne- cessaria. Spina mortis stimul⁹ sed corone circulus mortis est victoria Leuitas arūdīs leuis casus hois cor natura labile. Fert coronā spineā spinā arūdineā cor cōtritū humile Spina pūgit cor elatū cor emollit īduratū pūgēs ex arūdine Orbis or bes ē corone vel vnguētū vite bone fragrās ex dulcedine. Hanc coronā hodie nostre cōfert gallie rex miseri cordie. Cuius testimonia vera cla- māt oīa mūd⁹ et demonia. Hec pu- gnātis galea triūphātis laurea tya- ra pōtificis. Primū fuit spinea po stmodū fit aurea tactu sacri vticis. Hanc celoꝝ rex portauit honorauit et sacrauit suo sacro capite. Jn hac galea pugnauit cū ātiquū hostem strauit triūphās ī stipite. Jesu pie ie su bone nr̄o nobis ī agone largire victoriā. Mores nr̄os sic cōpone vt ppetue corōe mereamur glā. Am.

Jn illo t. Apphē. S. iohēs. xix. dit pilatus iesū ꝛ flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius: et veste purpurea circundederunt eū. Et veniebant ad eum: et dicebant Aue rex iudeorum. Et dabāt ei ala pas. Exiuit iterum pilatus foras/ et dixit eis Ecce adduco vobis eum foras. vt cognoscatis quia nullam in eo inuenio causam. Exiuit er- go iesus / portans spineam coro- nam et purpureum vestimentum

Offertoriū. Lauda hierusalē dn̄m: qr dabit tibi coronam p cinere/et eris corōa glīe in manu dn̄i: et dyadema regni i manu dei tui allelaia. Secreta

Tuorū militū rex oipotens virtutē corrobora: vt quos in huius mortalitatis stadio vnigeniti filii tui corona letificas/ consūmato cursu certaminis: imortalitatis brauiū apprehēdant. p eūdem. Coio. Letare mat̄ nostra/ quia dabit dn̄s capiti suo augmēta gratiarū et corona inclita proteget te. Postcoio

Supplices te rogam⁹ oipotēs deus/vt hec sacramēta q̄ sūpsimus: p sacrosācte filii tui corone: cui⁹ solēnia recēsim⁹ virtutē/nobis pficiant ad salutē. Per eūdē dn̄m.

Missa pro euitāda mortalitate quā dn̄s noster papa Innocēti⁹ sextus constituit in collegio cū dominis cardinalibus: concessitqȝ eā dicētibus et audiētibus ducētos sexaginta dies idulgētie. Et oēs audiētes missā ipsā portātes vnā cādelā ardētē i manu p qnqȝ dies cōtinue seqntes: mors subitanea eis nocere nō poterit/et hoc est certū et approbatū in auinione p dictū dn̄m nr̄z papā Innocentiū sextū. Introitus

Recordare domine testamēti tui et dic angelo pcutiēti cesset iam manus tua/vt nō desoletur terra/ et ne pdas oēm aiam viuentiū. ps. Qui regis isrl̄ intēde/qui deducis velut ouē ioseph. Col.

Deus qui nō mortē sed penitētiā desideras peccatoꝝ: populū tuū in afflictione clamātem q̄s ad te cōuerte ppicius/ vt dū tibi deuotus extiterit/iracundie tue flagella ab eo amoueas. p dn̄m nr̄z iesū christū filiū tuū qui tecū viuit.

Lectio libri regū. ii. xxiiii.

In diebus illis. Immisit dn̄s pestilētiā in isrl̄/de mane vsqȝ ad tēpus ɔstitutū / et mortui sūt ex populo a dan vsqȝ bersabee septuaginta milia virorū. Cūqȝ extēdisset manū suā angelus dn̄i sup hierusalē vt disperderet eā/ misertus est dominus sup afflictionē/ et ait angelo pcutienti populū. Sufficit nūc cōtine manū tuā. Erat aūt angelus dn̄i iuxta areā areuna iebusei. Dixitqȝ dauid ad dn̄m/ cū vidisset angelū cedentē populū Ego sum qui peccaui/et ego iique egi/isti q̄ oues sunt q̄d fecerunt. Vertatur obsecro dn̄e man⁹ tua ɔtra me/et cōtra domū patris mei. Venit aūt gad propheta ad dauid in die illa: ꝛ dixit ei. Ascende et constitue altare dn̄o/ in area areuna iebusei. Et ascēdit dauid iuxta sermonem gad: quē precepe rat ei domin⁹ Et obtulit olocausta: et pacifica. Et propiciatus est dominus terre: et cohibita est plaga ab israel. ℟. Misit dn̄s verbum suum et sanauit eos et eripuit eos de interitu eorum. ℣ Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum. Alleluia. ℣. Sanabo populū meum in medio hierusalem / et ero illis in deum/et ipsi erunt michi in populum in veritate et iusticia. Infra septuagesimam. Tractus

Quāq̄ dn̄e q̄cquid patimur nostra peccata meruerint/dixisti/verūtamē nolo mortē pctōris: sȝ ut ɔuertat̄ et

uiuat. ℟. Conuerte nos ergo salutaris noster: et auerte pestē a nobis et vsqꝫ in senectam et senium ne derelinquas nos. ℣. Si dicatˀ q̇a deᵒ peccatores nō audit ecōtra dixisti pie pater/ quotiēs īgemuerit peccator/ mie recordabor: reminiscere miserationū tuarū et miarū tuarꝫ q̄ a seculo sunt. ℣. Dn̄e qui dixisti: ppter miseriā inopū / et gemitū pauperū exurgā in adiutoriū eorꝫ: exurge et preueni dies afflictionis nostre: et saluū fac populū tuū et benedic hereditati tue et rege eos ꝛ extolle illos vsqꝫ in eternū. ℣. O bone iesu q̇a misererēdi nunc tēpᵒ eget: si pietate qn̄qꝫ moueris/ extremā hanc vocē audi. Da pestem vitare: da fructᵒ augere/ da lites frenare: et pacē tuā nostris ꝯcede tēporibus.

Prosa

GRatulemur salua torē collaudātes creatorē dulci cum symphonia. Colletemur ritu morꝫ veneremurqꝫ sāctorꝫ gaudentes pconia. Christofori adriani nec nō et sebastiani pcipue laudibᵒ. Ut nos hostis arte cāi mūdi gloria inani spretis iuuent precibus. Chorus totus āgelorū q̇ secutᵒ est celorū regē ab inicio. Conuētus aplorꝫ martyrūqꝫ cōfessorꝫ virginūqꝫ cōcio. Ordo sic archangelorꝫ potestates superorꝫ hymnis cū virtutibus. Gerarchie supnorꝫ regis cū matre regnorū almis quoqꝫ cetibᵒ. Suffragia monachorꝫ vincula soluāt delictorū mellifluo carmine. Hinc celibes heremite nr̄e tergāt nexus vite decēti pcamine. Ut ouātes mereamur optinere qđ precamur dei dono grē Morte seruet repētina ne nos ledat serpētina bestia malicie Pro epidimie peste forti nos circūda veste ne q̇cquid pimat moleste corpᵒ lesū crimine. Animas ornās virtute digne q sint hee salute te christe rex consecute sēpiterno lumie. Humanā nāqꝫ naturā tuā formās ad figurā vitā prebes duraturā in celesti curia. Misertᵒ hinc creature tue subis sepulture morti iura passus dure torcmēta per varia. Precātes audi benignᵒ te cōdecet dulcis hymnᵒ pces nostras sume dignus ne nos predo baratrinus torq̄at supplicio. Mundi cerne nūc precatus eius delendo reatus: vt in fine trabeatᵒ astris tuis laureatus splēdeat indicio. Am

Secundum Lucam. iiii. c.

IN illo tempore. Surgens iesus de synagoga: introiuit in domum simonis. Socrus autem simonis tenebatˀ magnis febribus et rogauerunt illū pro ea. Et stans super illam imperauit febri: et statim dimisit illam. Et cōtinuo surgens ministrabat illis. Cum autē sol occidisset/ omnes qui habebant infirmos variis languoribus: ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponēs: curabat eos. Exibāt autem demonia a multis: clamantia et dicentia: quia tu es christus filius dei. Et increpans nō sinebat ea loqui/ quia sciebant ipsū esse christum. Facta autē die egressus ibat in desertum locum: et turbe requirebant eum/ ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnū dei/ q̇a ideo missus sum Erat āt pdicās ī synagogis galilee

Offertorꝫ. Stetit pōtifex iuxta viuos

et mortuos habens thuribulum aureum in manu sua: et offerens incensi sacrifici um ꝛ placuit deo/ ꝛ cessauit plaga a dño

Subueniat nobis Secreta domine q̄s sacrificii presētis operatio: que nos ab erroribus vni uersis potenter absoluat/ et a totiꝰ eripiat pditionis incursu. P dñm

Prefatio. Quia p incarnati Coio

Multitudo languentiū: et qui vexabātur a spiritibus imundis veniebant ad eum quia virtus de illo exibat et sanabat oēs

Exaudi nos deus Postcoio salutaris noster: et intercedēte beata dei genitrice sēperq̃ virgine maria: populū tuū ab iracūdie tue terroribus epidimie peste libera/ et misericordie tue fac largitate securū. P eūd.

Expleta missa et dicto euāgelio sācti iohānis. Dicunt infra scripte orationes. ℣. Dñe exaudi orationē meā. ℟. Et clāor meus ℣. Dñs vobisc. ℟. Et cū spū. Oro

Iesu nazarene respice tribulationes q̄ circūdederūt nos vndiq̄: et deprecor te toto corde contrito et humili ac ī spū humilitatꝭ. vt exaudias me de tribulatione/ ppter quam te inuoco et ad te proclamo: alpha et o. Jesu christe benedicte pater oīm credentiū: atq̄ oīm creaturarū/ et sicut verā carnem de beata virgine maria suscepisti. ita veraciter accipiamus qd a te petimus. ℟ Amen.

Alia oratio

Omnipotēs et misericors deus respice ppicius super populū maiestati tue subiectū: et ne nos furor seuiens inueniat: dextra tue propiciationis pueniat. P dñm nrm.

De sancto sebastiano. Introitus

Egregie christi martyr sebastiane pricepts et ppagator sāctissimorꝫ pceptorꝫ: ecce nomē tuū i libro vite celestis ascriptū ē ꝛ meōriale tuū nō dereliqꝫ i secula. ℣ Ora p nobis beate sebastiāe: vt digni efficiamur pmissiōibus xpi. Gla

Omnips sēpitne deꝰ q̄ merit Col. beati et glosi martyris tui sebastiani quādā generalē pestē epidimie hoibus mortiferā reuocasti/ presta supplicibus tuis: vt q̄ pro ↄsimili peste reuocanda ad te sub tua ↄfidētia cōfugimus: eius meritꝭ et pcibꝰ ab ipsa et ab oī tribulatione liberemur. P. Epla. Immisit deꝰ pestilētiā. Quere s in missa pcedenti

℟. O sebastiane christi athleta gloriosissime q̄ pro christo reliquisti terrene militie pricipatū: et suscepisti imane supplicium itercede p nobis ad dñm. ℣. O sācte sebastiane christi martyr egregie cuiꝰ meritis tota patria lōbardie fuit liberata a mortifera peste libera nos ab ipsa ꝛ a maligno hoste. Alla. ℣. O sācte sebastiāe militie presidiū: exaudi sero et mane preces ad te clamātium. Prosa

Aue martyr aue miles sebastiāe sacrate: ad te venimꝰ flebiles iuuamen petere a te. Aue nr̄a spes vnica: aue nr̄ꝫ refugiū christū pro nobis supplica ↄtra pestis incēdiū. Ad te flētes recurrimꝰ sperātes tua virtute/ ora xpꝫ te poscimꝰ p nostra sēp salute. Succurre iuocātibꝰ nomē tuū et iuuamē et da in te sperātibꝰ ifirmitatꝭ leuamē. Noli nos in te sperātes reliq̄re desolatos: sꝫ te corde venerātes redde sēper cōsola-

tos. A christo obtinuisti a tali mor-
bo sanare qđ tu grati accepisti p̃ci
b⁹ velis donare. Ab hac spe noli fru
strare te dulciter inuocãtes potes si
velis saluare salua nos in te sperã
tes. Aerem pelle funestũ et nature
contrarium tolle pestis morbũ me
